www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

NOTITIA
HISTORICO-LITERARIA
DE
CODICIBVS MANVSCRIPTIS
IN BIBLIOTHECA
LIBERI AC IMPERIALIS MONASTERII
ORDINIS S. BENEDICTI
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE
EXTANTIBVS.

CONGESSIT

P. PLACIDVS BRAVN
ARCHIVARIVS ET BIBLIOTHECARIVS
EIVSDEM MONASTERII.

IN FINE HABETVR
A D P E N D I X
CONTINENS
ANECDOTA
HISTORICO-DIPLOMATICA
EX IISDEM CODICIBVS EXCERPTA.



VOLVMEN QVINTVM.

AVGVSTAE VINDELICORVM.
SVMTIBVS FRANCISCI ANTONII VEITH, BIBLIOPOLÆ
PROPE FORVM VINARIUM, VULGO Weinſtadel, Nro. 29.

MDCCLXXXXIV.

ИВТС -
МЕЛЬНИЦА

REVERENDISSIMO et CELSISSIMO

S. R. I. PRINCIPI

AC

DOMINO DOMINO

MAVRITIO

PRINCIP. ET IMP. MONASTERII AC CONGREGATIONIS

AD S. BLASIVM

ORD. S. BENEDICTI IN SILVA NIGRA

ABBATI

VIGILANTISSIMO.

SACR. CAES. REG. APOST. MAIESTATIS

IN PROVINCIA ANT. AVSTR.

ARCHICAPELLANO HAEREDITARIO

DOMINO

IMP. DYNASTIAE BONDORF, IN STAUFFEN, KIRCHHOFEN GUTWEIL, OBERRIED &c.

STATVS ECCLESIAST. ANT. AVSTRIAE

PRAESIDI PERPETVO &c.

DOMINO SVO

CLEMENTISSIMO.

REVERENDISSIME ac CELSISSIME S. R. I. PRINCEPS!

DOMINE CLEMENTISSIME!

Ab obitu *Martini GERBERTI* Anteceſſoris *TVI* celebratiſſimi, *REVERENDISSIME ac CELSISSIME PRINCEPS*, gratus cum nuntius, S. R. I. *PRINCIPIS* et *ABBATIS* dignitatem vnanimi votorum ſuffragio anno proxime elapſo in *TE* deuolutam eſſe, ad meas peruenit aures; mox, ſuper id valde gauiſus, *TIBI*, nouam dignitatem proſperam, plurimisque meritis refertam, praeſentis Voluminis inſcriptione adgratulandi occaſionem me nanciſci poſſe, magno deſideraui deſiderio. Aſt a tanto auſu ex vna operis mei tenuitas, ex altera parte ſplendida *PRINCIPIS* dignitas me deternuiſſent, niſi *TVA* admiranda erga me Beneuolentia, et Reuerendiſſimi Abbatis noſtri voluntas animo addidiſſent animum.

Gaudeo profecto, *CELSISSIME PRINCEPS*, *TE* inter tot viros tam inſigni pietate, quam magna eruditione clariſſimos, quos Principalis S. *Blaſii* congregatio alit, in locum RR. ac Celſ. Principis D. *Martini GERBERTI*, qui iure Abbas religioſiſſimus, Pater amabiliſſimus, Princeps praeſtantiſſimus, Dominus prouidiſſimus, Vir tam ſacra, quam profana eruditione excellentiſſimus a toto orbe depraedicatur, ſubrogatum, et monaſterio, quod ſeruditorum ſeminarium, et ſcientiarum armamentarium lite-

rario innoteſcit orbi, fuiſſe praefectum. Ad iſta *TE* pridem diuina prouidentia, cuncta ſuauiter diſponens, & fortiter attingens finem, elegit, et praeparauit. Praedeceſſor *TVVS* Magnus *GERBERTVS* enim optimam *TVAM* conuerſationem, ingenii aciem, iudicii vivacitatem, in dicendo et agendo prudentiam in *TE* ſuſpiciens, ex *TVORVM* numero *TE* adſumſit, et iam tunc altiori manu ductus, et Abbatem et Principem *TE* excolere coepit.

Itaque praecipuum Monaſterii munus *TIBI* fuit demandatum, et labor, archiuium omnis generis documentis inſtructiſſimum in nouum redigendi ordinem, impoſitus: labor vtique plurium annorum, haud exigua moleſtia, aerumnis, animique taedio ſociatus, ac tam animae, quam corporis viribus, non parum inimicus, vt amicus noſter, et rei diplomaticae in Germania facile Princeps *Philippus Erneſtus SPIES* haud immerito *) adfirmauit. Aſt non timens laborem, non timens ſanitatis periculum, tantae molis operam ingenti animi laetitia in *TE* ſuſcepiſti, chartas diſperſas collegiſti, a puluere purgaſti, in praeſentem ordinem redegiſti, repertorium laboribus adcommodatum concinnaſti, diplomaticisque adnotationibus ditaſti; vnde maximum monaſterio *TVO* emolumentum praeſtitiſti. Inde, quaſi ex fontibus, S. *Blaſii* congregationis iura, quae ſint, didiciſti, tantamque notitiam hauſiſti, vt tanquam armatura inſtructus, tam domi quam in Vrbe *Germaniae* principe tum proprii, tum aliorum monaſteriorum negotia ſumma dexteritate et prudentia dirigere, iura defendere, reique triſtriſſimae feliciſſimum, ac optatiſſimum exitum reddere ſciueris: quo non ſolum magnam nominis gloriam, ſed amicos etiam nobiliſſimos *TIBI* comparaſti. Rei quoque literariae magnum praeſtare voluiſti emolumentum, cum veterum *Würtembergiae Comitum Hiſtoria diplomatica* literarium orbem exhilarare iam incepiſti.

His meritis permotus Praedeceſſor *TVVS*, ſenectutis infirmitate adgrauatus, Abbatis et Principis onus perturbatis hisce temporibus ſolum portare ſe imparem ſentiens, quamdam curarum domeſticarum partem in *TVOS* humeros

*) *Philipp Ernſt Spieſs*, Hochfürſtl-Brandenburgiſcher würklicher Regierungs-Rath vnd yorderſter Gebeimer Archiuar zu *Plaſſenburg* von Archiuen. *Halle* 1777.

meros deuoluit, et in procurandis monasterii negotiis *TE* adiutorem sibi adhibuit. Isto vero, summo omnium luctu, ad superos euecto, paucis post diebus maximo omnium gaudio, et congregationis *San - Blasianae* solatio in eiusdem locum suffectus es.

Abbatis et Principis dignitate decoratus, mox, quo duceris spiritu, in *Paraenetica* *) ad tuos ostendisti: nimirum sacrarum literarum studiis immersus, iisque perbene excultus, earumdem amorem *TVIS* instillare, eosque ponderosis verbis, paternisque admonitionibus ad idem stadium, monachis proprium, ad curam animarum destinatis permecessarium, nostris temporibus, religioni christianae valde infensis, praecipue amplectendum excitare, animare atque inflammare non cessasti.

Institutum illud longe lateque depraedicatum: videlicet *Historiam Germaniae sacrae* a *TVIS* conscribendi a Praedecessore *TVO* coeptum, non solum omni annisu fouere, sed et magis ac magis promouere studes. Itaque viros rei literariae et diplomaticae expertissimos consilii gratia aduocare **) vel *TVOS* ad illos mittere non dedignaris: immo ad sacra cimelia, bibliothecas literarumque scrinia perscrutanda, ad documenta vndequaque colligenda multo aere subuenire, consilio et auxilio eos animare, multisque modis inter laboris molestias recreare haud desistis. Faxint Superi, vt belli, literarum scientiis inimici, furor breui sopiatur, suauissimaque pax, illarum fautrix, redeat, nosque exhilaret: et paucis post annis sub *TVA* protectione opus istud excellentissimum, ab eruditis tamdiu desideratum literarium illustrabit orbem, *TVVM*que et *TVORVM* nomen post sera secula depraedicabit.

In

*) Legitur epistola illa paraenetica ad suos Operi, cuius titulus: *de Sublimi in Euangelio Christi iuxta diuinam verbi incarnati oeconomiam* ab immortali *Martino Gerberto* ante mortem suam completo, quod suis anno proxime imminente sacerdotii iubilaeo offerre voluit, a moderno RR. et Celsi. Principe praemissa, lectu certe dignissima.

**) Inter istos praecipue numerandus est *Phil. Ernestus Spiess*, qui iam lethali morbo laborans, facta humanissima inuitatione, *S. Blasium* petiit, longiorique tempore cum doctissimis viris ibidem de Opere iam proxime praelo committendo tractauit. Conf. *Lebensumstände des weil. Herrn Spiess von ihm eigenhändig verfasst, nebst bey dessen Beerdigung gehaltenen Standrede.*

In hoc inſtitutum labores meos literarios, ad Hiſtoriam Auguſtanae dioeceſeos illuſtrandam, tantum, quantum fieri potuit, conferre tum ſemper conatus ſum, tum adhucdum conabor. Itaque nullus dubito, quin tenue hoc obſeruantiae meae monumentum gratioſe *TVO* obtutu ſis dignaturus. Pro qua Benevolentia Deus O. M. *TE* principali *TVO* Monaſterio, totique reipublicae literariae quam diutiſſime ſaluum ac incolumem conſeruet! Vale. Dabam ex noſtro libero ac Imp. Aſceterio Cal. ſept. anno ſalutis MDCCXCIV.

Reuerendiſſimae Celſitudinis
TVAE

Obſequioſiſſimus
Placidus Braun,
Archivarius et Bibliothecarius.

CON-

NOTITIA
HISTORICO-LITERARIA
CODICVM MANVSCRIPTORVM
IN
BIBLIOTHECA
LIBERI ET IMPERIALIS MONASTERII
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE
ADSERVATORVM.

I.

Reginbaldi Moehner Monachi San-Vlricani Annales Auguſtani. Tom. II. in fol.

Annales praeſentes ſequentem externam exhibent faciem. Scripti ſunt perpulchre latinis iisque minuſculis literis: inſignibus imperatorum, Principum, Epiſcoporum, Abbatum, Familiarum &c. debitis coloribus expreſſis, et Autoris calamo delineatis exornati. In ſuperiori margine annus poſt Chriſtum natum, regiminis Papae, Imperatoris, Epiſcopi Auguſtani Abbatis San-Vlricani, et coloniae Auguſtam deductae denotatur; in laterali vero rerum geſtarum ſummaria habentur.

Opus duobus tomis conſtat, et in duodecim libros eſt diuiſum: primus octo, ſecundus vero quatuor eorum comprehendit. Titulus ſequens capitalibus literis expreſſus legitur praefixus: *Annales Auguſtani.* Denotantur Autores ordine alphabetico, quorum teſtimonio annales nituntur: inter iſtos ſequentes domeſtici reperiuntur, *Pirminius Gaſſer*, *Adilbertus Prior*, *Bernardus Herdtfelder*, *Bernhardus Zinck*, *Carolus Stengelius*, *Chronicon Auguſtanum*, *Clemens Sender*, *Conradus Peutinger*. *Marcus Welſer*, *Matthaeus* de *Pappenheim*, *Petrus Wagner*. *S. Vdalrici vita*, *Vdalſcalcus Abbas*, *Vitus Bild*, *Wilhelmus Witwer.* Prologi loco *Achillis Pirminii Gaſſari* et *Clementis Senderi* de vrbe Auguſta obſeruationes praemittuntur.

Liber primus hiſtoriam originis vrbis Auguſtanae vsque ad deductam coloniam, ſiue ad Imperatorem Auguſtum continet: vbi monumenta antiqua tum Auguſtae tum alibi reperta, et in M. *Velſeri* hiſtoria Auguſtana inſerta, ab ipſo *Moehnero* delineata continentur. Secundus liber hiſtoriam ab initio deductae coloniae vsque ad annum Chriſtis 1156. narrat. In hisce duobus libris Autor *Velſerum* preſſo pede ſecutus, eiusdem octo libros in compendium, vſis eiusdem verbis, redegit; vt ipſe in fine ſecundi libri his-verbis

ſucceſſit *Hanto*. Catalogi Epiſcoporum nimis diſſonant. 819. *Ludouicus* Aquisgrani Epiſcoporum conuentum conuocat. 820. Inundatio, peſtis, frigus, penuria quasdam prouincias depopulantur. 820. *Lotharius* imperator coronatur. Synodus compendienſis celebratur. Precationes pro auertenda Dei ira inſtituuntur. Puella per triennium non Auguſtae vt *Gaſſarus*, ſed in territorio Tullenſi ieiuna. 825. Aquisgrani *Ludouicus* Epiſcopos collegit. Monachis ſaginatis veſcendi priuilegium conceditur. Conſpirationes in *Ludouicum* deteguntur. *Pipinus* Bauariae rex bellum aduerſus patrem meditatur. Nouiomagi 830 ſeditio fuit pacata. 833. Filii et Epiſcopi in *Ludouicum* ſeditionem mouent. 834. In imperium reſtituitur. 835. Feſtum omnium Sanctorum a *Gregorio* inſtituitur. 837. Comitia Auguſtae fuiſſe celebrata, falſe a *Gaſſaro* refertur. *Ludouicus* Bauariae rex excluſus a haereditate aduerſus patrem arma ſumſit. 840. Imperator moritur.

Lotharius Imperator, vix obtento regno, a fratribus ſuis armis adpetitus eſt. Epiſcopi nouam regni diuiſion m meditantur. *Hantoni* in epiſcopatu *Gualtherus* ſucceſſit; iſti vero *Santo*. 847. *Rhabanus Maurus* Archiepiſcopalem Moguntinam ſedem conſcendit, et ſynodum celebrauit. Eiusdem quaedam excerpta. Thierhauptanum monaſterium ab Hunnis deuaſtatum ab Imperatore reſtauratur. Hiſtoria de *Ioanna* Papiſſa inter fabulas reiicitur. *Lotharius* abdicato regno monachum profeſſus eſt. Iſti in regno ſucceſſit eius filius *Ludouicus II*. 857. Moguntiae ſynodus fuit celebrata. 858. *Ludouicus* Germaniae rex fratrem ſuum *Carolum* armis inuadit, aſt poenitentia ductus delicti veniam ab Epiſcopis petit. 864. S. *Nidgarius* Epiſcopus eligitur. S. *Magni* Eccleſiam conſtruxit. 865. Wormatiae conuentus celebratur. 869. Eidem ſucceſſiſſe *Vdalmannum*, diſſentientibus *Bruſchio* et *Gaſſaro*, Autor adfirmat. 872. *Ludouicus* Imperator capitur. *Gerungus Amberger* Auguſtanus Abbas Campidunenſis moritur. Campidunenſe monaſterium gladii iure gaudet. 875. Caeſar moritur, Mediolani ſepultus. Eius Epitaphium. *Carolus Caluus* regni habenas arripit. 876. *Ludouicus* Germaniae rex obiit. *Carolus* Sueuiae dux in patrem rebellis reſipiſcit. *Widgerus* Abbas Ottenburanus Epiſcopus Auguſtanus renuntiatur. Regina cingulum B. V. M. ei donauit. Imperator veneno periit. 877. Ei ſucceſſit *Ludouicus* Balbus. *Witgero* Epiſcopo defuncto, alii *Lantonem*, alii vero *Adalberonem* ſucceſſiſſe credunt. Illius geſta ex *Stengelio*. 879. *Ludouico* defuncto Romanum imperium *Carolus* Craſſus obtinuit. *Henricus* Altorfenſis comes a Bauariae rege *Ludouico* haud exiguam ſuperioris Bauariae partem aſtu obtinuit. Ex iſto *Guelphi* originem ſumſerunt. Imperator regno priuatus in ſumma egeſtate moritur. Sciſſo imperio, tandem eius habenas anno 888. *Arnulphus* adeptus eſt. Moguntiae Epiſcoporum conuentus agitur. Quaedam de S. *Adalberone* ex chronico Laurisheimenſi. S. *Vdalrici* ortus et pueritia, eiusdemque genealogia, ſeu potius ſtemma comitum Kyburgenſium. 892. *Guido* dux Spoletanus Imperator Romae, *Carolus* vero Simplex Rhemis coronantur. Hungari Bauariam vaſtarunt. 895. Tuburienſis ſynodus celebratur. 896. *Arnulphus* Imperator, Roma, occupata, coronatus eſt. 899. E vita diſceſſit. *Ludouicus* eius filius ſucceſſit. Carolingorum ſtemma. 904. Schiſma in imperio oritur. Hungari Germaniam inundant, depopulantur, hominesque crudeliter vexarunt. Auguſta fuit ſpoliata. S. *Adalberonis* Epiſcopi hiſtoria. S. Vdalrici vitae ſeries continuatur. 909. S *Adalbero* naturae debitum ſoluit, ei ſubrogatus eſt *Heltinus*. *Ludouicus* rex viuere deſiit. *Conradus* Franconiae dux, Germaniae rex eligitur. Synodus Althemii cogitur. 913. Hungari a Bauaris et Sueuis deleti ſunt. Pax in imperio ſancitur Sueuiae duces pacem violant. Morte multantur. Bauariae regulus proſcribitur. 915. *Conradus* armis victus, moritur, cui ſucceſſit *Henricus*

Saxo-

Saxoniae dux, *Auceps* dictus. Illius electioni Sueuiae et Bauariae duces sese opposuere. Municipiorum in Germania frequens institutio. 923. S. *Vdalricus* Episcopus renuntiatus est. Eius vitae series continuatur. Hungari Germaniam deuastant. S. *Wborada* occiditur. *Berengarius* pacem petit a Caesare. 933. Hungari iterum Germaniam inuadentes, ad vnum omnes caesi sunt. 934 Hastiludia instituuntur. Recensentur nobiles in ludo isto praesentes cum eorum insignibus. 936. *Henricus* rex moritur, Quedlinburgi in coenobio sepultus. *Eberstenius* comes Caesaris filiam matrimonio sibi copulauit. *Otho* M. patrem suum in imperio sequebatur. *Wilhelmus* a *Relingen* in *Conradi* Palatini ministerio fuisse legitur. Campidonense coenobium restauratur. S. *Vdalrici* historia iuxta vitae eius scriptorem vlterius progreditur. 948. Synodus Ingolhemii fuit celebrata. *Arnulphus malus* moritur. *Otho* Imperator Gallos illudit. 952. Augustae comitia celebrantur. *Berengarius* Caesari se subiecit *Lintolphus* Sueuiae dux in patrem rebellis, cui Schirenses adhaerebant. S. *Vdalricus* cum Augustanis Caesaris partes secutus. Bauari Augustam depraedabantur. S. *Vdalricus Luitolphum* filium patri *Othoni* reconciliat. Hungari Germaniam inuadunt, monasteria et S. *Afrae* templum deuastarunt, Augustam obsederunt, ast tandem victi, fugam capessere coacti sunt: plurimi eorum interiere. Plures ex parte Caesaris occisi sunt, inter quos S. *Vdalrici* Frater *Dietpoldus* erat. Idem diruta restaurat, S. *Afrae* templum reficit, S. *Simperti* sepulchrum tegit. S. *Ioannis* templum extruit, et ad idem processionem instituit. Eius historia iuxta incertum Autorem vlterius enarratur. 961. *Otho* Caesaris filius Romanorum rex eligitur. Caesar cum milite Italiam petit, Romae coronatur. Papa ob perfidiam obsidetur. Caesar milites in Germania conscribit. 966. S. *Vdalricus* monasterium S. *Stephani* fundauit. Graeci erga *Othonem* perfidi clade multati sunt. S. *Wolfgangus* a S. *Vdalrico* sacris initiatur. Istius historiae continuatio ex incerto Autore. 972. Episcoporum conuentum Ingelhemii coegit. 973. *Otho* I. obiit. Eius vxores et proles. *Otho* II. patri successit. S. *Vdalrici* gesta, mors et miracula iuxta laudatum Autorem et Bernonem Abbatem enarrantur. S. *Vdalrico* successit *Henricus*. Sueuorum duces. Hoc tempore tres Episcopi Sanctitate celeberrimi natione Sueui floruere, S. *Conradus*, S. *Wolfgangus*, S. *Vdalricus*. *Henricus* Episcopus Caesari se opponit. Bauariae dux *Henricus* imperium ambit. Episcopus capitur: dimittitur, restituitur. Comitatum Geisenhausen anno 980. Ecclesiae Augustanae contulit. Traditio ista prolixius describitur. Caesari reconciliari studet. Caesaris crudelitas. Episcopus in Saracenorum expeditione in Calabria interiit. Abbas Fuldensis Episcopatum accipere renuit. *Otho* dux Sueuiae moritur. Caesar in praelio cum Graecis et Saracenis telo sauciatus e vita decessit. Eius filius *Otho* III. imperium obtinuit. 984. Episcopalem sedem ascendit *Etichus* Comes Altorfensis. *Conradus* Sueuiae ducatum adeptus est. 987. *Hugo* Capetus primus Gallos regere coepit. Aestus, fames, pestis Sueuiam vexarunt. 988. *Eutichus* Episcopus obiit, cui anno 989. *Luitolphus* succcssit. 991. Ignis ex Rheno flumine prorupit. Rustici seditionem excitant. 993. S. *Vdalricus* in Sanctorum album relatus est. Bulla Canonizationis. 994. Ecclesia cathedralis concidit, et *Adelhaidis* Imperatricis ope restituitur. Augustae exercitus Caesaris colligitur. *Otho* eiusque coniux a Papa coronantur. Electorum imperii origo. Electores primi. Eligendi caesarem mos antiquus. Electores qui et quare? Officiales imperii sequentes: Archiepiscopi electores: Electores laici: Vicarii IV. Abbates IV. Columnae IV. Marchiones IV. Landgrauii IV. Burggrauii IV. Comites IV. Familiae veteres IV. Semper liberi IV. Equites IV. Venatores IV, Ammeisteri IV. Ciuitates IV. Pagi IV. Rustici IV. Villae IV. Burgae IV. Mi-

tes IV. Domini prouinciales IV. Comites Caſtrenſes IV. Comites miniſteriales IV. Seruui IV. Ciuitates imperii III. 997. Luitolpho defuncto *Gebhardus* Epiſcopus ſubſtitutus eſt. 999. Cometa apparet. *Adelhaidis* Imperatrix et Papa *Gregorius* V. obiere. Iſtius epitaphium. In iſtius locum ſubrogatus eſt *Silueſter* II. 1000. *Gebhardo* in Epiſcopatu ſucceſſit *Sigefridus*, qui S. *Aegidii* templum conſtrui curauit. 1000. *Otho* IV. moritur. Eius viſcera in Eccleſia S. *Afrae* Auguſtae, Corpus vero Aquisgrani fuit humatum. S. *Henricus* Bauariae dux imperator eligitur. Hoſtes domat. 1003. *Silueſter* Papa obiit. Eius epitaphium. 1006. Caeſar Epiſcopatum Bambergenſem fundauit. 1007. *Sigefridus* Epiſcopus naturae debitum ſoluit. Eius Epitaphium. *Bruno* Caeſaris Germanus fuit in epiſcopatu ſubrogatus. Fames et peſtis graſſabantur. 1011. Bambergae Epiſcoporum coetum Caeſar coegit.

Liber quintus ab anno domini MXII. vſque ad annum MCCLXXIII.

Anno 1012. *Bruno* Epiſcopus Canonicos S. *Afrae* eccleſiam cum quibusdam bonis Monachis Benedictinis cedere coegit. Iſtis praefecit Abbatem *Reginbaldum*, qui dein ab Ebersbergenſibus, Laurishaumenſibus poſtulatus, tandem mitram Spirenſem obtinuit. *Hermanno* Sueuiae duci ſucceſſit *Erneſtus* Marchio. *Welfo* vrbis patronus renunciatur. 1014. *Henricus* coronatur. Bauari Auguſtam inuadunt. 1015. *Dego* ſecundus Abbas. *Erneſtus* ſub venatione ſagitta ſubito transfoſſus, publica confeſſione facta moritur. 1018. *Degoni* ſubrogatus eſt *Godesgenus*. 1019. S. *Mauritii* eccleſia a Caeſare fundatur. 1020. *Frideboldus* Abbas eligitur. Fuit Caeſari acceptiſſimus et a confeſſionibus. 1022. *Gebhardus* Epiſcopus Ratisbonenſis Thierhauptanum monaſterium reſtauravit, et *Werdenſe* dotauit. 1023. Seligenſtadii ſynodus celebrata eſt. Caeſar 1024 quibusdam bonis S. *Afrae* monaſterium cum imperatrice S. *Kunegunde* dotauit, priuilegiisque ditauit. Sequitur diploma. Obiit miraculis clarus. 1025. *Conradus Salicus* ſucceſſit. *Kunegundis* Bambergae monialem profitetur. *Bruno* a Bambergenſis Epiſcopatus euerſione ab *Henrico* Caeſare viſione deterretur. Lites inter epiſcopum et Bauariae ducem oriuntur. Imperator Auguſtae principes conuocavit. Italiam petit: Romae coronatur. Tumultus inter Caeſaris milites et Romanos oritur. *Welfo* Epiſcopum armis inuadit, Auguſtam expugnavit et diripuit. 1028. Caeſar Vlmae comitia habuit. S. *Afrae* monaſterium dotatur. 1029. *Bruno* Epiſcopus obiit, in eccleſia S. *Mauritii* ſepultus. *Eberhardus*, qui monaſteria S. *Afrae* et S. *Stephani* ditauit, epiſcopus eligitur. Diploma *Conradi* Imperatoris, quo illud S. *Henrici* confirmauit. 1030. *Hermannus* Sueuiae dux nominatur. *Henricus* Abbas electus monaſterium paterna haereditate ditauit. 1031. *Eberhardus* epiſcopus lici pontem cum vectigalis iure eidem tradidit. 1033. Caeſar S. *Chunegundis* dotationem eidem monaſterio factam confirmat. 1034. Caeſar Burgundiam occupat. *Hizzo* Palatinus comes in S. *Afrae* eccleſia humatur. 1036, Caeſar principum conuentum Auguſtam conuocauit. 1039. S. *Reginbaldus* et Caeſar obierunt. Huic ſucceſſit *Henricus III.* Huius de ortu fabuloſa narratio. 1040. Auguſtae comitia celebrantur. S. *Chunegundis* moritur miraculis clara. 1041. Fames, et peſtis graſſabantur. *Eberhardus* Canonicus Auguſtanus eccleſiae Aquileienſi praeficitur. 1042. Peſtis Auguſtanos vexabat. Auguſtae miles colligitur. *Otho* Wittelsbacenſis dux Sueuiae nominatur. Imperator in pauperes munificus. 1044. Conſtantiae comitia habebantur. *Henrico* Abbate defuncto, monaſterio noſtro praeficiebatur *Theodo-*

do. Romae tumultus et Schiſma oriebantur, 1046. *Eberhardus* Epiſcopus moritur, in cuius locum *Henricus* ſuffragatus eſt. 1048. Epiſcopi palatium extruitur. Sueuiae dux nominatus eſt *Otho II.* Comes Schweinfurtenſis. Epiſcopus S. *Stephani* templum inſtaurat et conſecrat. 1050. Abbatialem dignitatem mortuo *Theodone*, obtinuit *Adalbero* vir literatiſſimus, qui fratrum conſilio monaſterium vrbis muro cingi permiſit, S. *Agnetis* capellam conſtruxit et organum erexit, aesque campanum maius ſuſpendi fecit. Auguſtani Bambergenſes inuadunt. 1051. Leo IX. Papa S. *Galli* ſacellum conſecrat. Iſti 1054. ſuccedit *Victor II.* Epiſcopus Aiſtadianus, qui morienti imperatori adſtitit. *Henricus IV.* adhuc puer patri ſuccedit. Epiſcopus Auguſtanus cum Imperatrice rempublicam adminiſtrat. 1059. Sueuiae dux *Rudolphus* Rheinfeldius declaratur. Eccleſia cathedralis ambitibus cingitur. S. *Stephani* et *Georgii* templa conflagrant. *Stephanus* X Papa. 1058. Auguſtanos inter et Bauaros bellum oritur. Ob Sueuiae ducatum tumultus excitantur. *Sunigerus* de Balzhauſen vrbis aduocatus nominatur. Peſtis graſſabatur. Suburbium Auguſtae igne deuaſtatur. 1062. Terrae motus et peſtis. *Henricus* Epiſcopus coram Caeſare adparere renuit. *Conradus* Sonnebergius Comes, eiusque vxor bonis S. *Mauritii* eccleſiam ditarunt. *Henricus* Epiſcopus moritur. Varia de eiusdem vita iudicia. 1064. *Embrico* Epiſcopus. S. *Afrae* corpus, de quo quaedam reliquiae Coloniam miſſae ſunt, inuenitur. Item SS. *Witterpi*, *Thoſſonis* et *Adalberonis* Epiſcoporum; SS. *Dignae*, *Eunomiae*, *Eutropiae* corpora. De iſtius reliquiarum pars S. *Stephani* eccleſiae datur. Abbas *Adalbero* Romam profectus, rediens in itinere moritur, in cuius locum *Theodemarus* vi ſubrogatus eſt. 1066. S. *Petri* eccleſia collegiata a *Swiggero* Comite de Balzhauſen fundatur. 1068. Comitia Auguſtae celebrantur. 1070. Fame plures periere. *S. Martini* monaſterium a Familia Portneriana fundatur. 1071. Auguſtae Imperator principes conuocauit. S. *Afrae* templum conſecratur. Eccleſiae cathedralis valuae ponuntur. 1073. Imperator Auguſtae verſabatur. *Gregorius* Papa VII. Imperator 1076. Simoniae reus excommunicatur. Schiſma in imperio oritur. Imperator abſoluitur. *Rudolphus* Romanorum rex ſalutatur. Iſte Auguſtae comitia celebrauit. Auguſtani Caeſaris partes ſequuntur. Tumultus in Germania excitantur. *Embriconi* ſuccedit *Sigefridus*, cui Papa *Wigoldum* oppoſuit. *Henricus* Canonicus Auguſtenſis fit Patriarcha Aquileienſis. 1078. Auguſtani arcem Sibenaich exurunt. Eccleſia S. *Afrae* bonis ditatur. Sueuiam Caeſar deuaſtat. 1079. S. *Vdalrici* epiſtola fictitia reiicitur. Bellum inter Imperatorem et Regem Romanorum. 1080. Iſte ex vulnere moritur. Dux Sueuiae *Fridericus* de Hohenſtauffen a Caeſare nominatur. Antipapa ab eodem conſtituitur. Excommunicatur Caeſar. Auguſtae haſtiludium inſtituit. Nominantur ludo praeſentes, eorumque inſignia ſunt expreſſa. *Theodemarus* Abbas moritur; ſucceſſit *Sigehardus*, qui Canonicis eccleſiae Cathedralis in peruigilio SS. *Vdalrici* et *Afrae* horum eccleſiam viſitantibus vinum et cibos beneuolentiae ergo offeri iuſſit. Inſtituit S. *Vdalrici* progenitorum memoriam in eius profeſto celebrandam. Bonis coemtis monaſterii ditiones auxit. 1081. *Hermannus* Comes Luzenburgenſis Romanorum Rex eligitur. 1083. Auguſta ab Bauaris inuaditur; *Wigoldus* intruſus Epiſcopus epiſcopalem ſedem occupat. Eccleſiam et imperium ſchiſmata perturbant. *Henricus* Rex, Roma potita, ibidem coronatur. Reuerſus Auguſtam in gratiam recipit, et *Sigefridum* reſtituit. S. *Afrae* templum reſtauratur. Bauari Caeſarem Auguſtae obſederunt. S. *Mauritii* templum igne conſumitur. 1085. Quedlinburgae ſynodus cogitur, in qua *Sigefridus* Epiſcopus cum aliis fuit excommunicatus. Auguſtae peſtis graſſabatur. Abbas San-Vlricanus quemdam ſuorum Gerundam pro reliquiis S. *Narciſſi* Epiſcopi impetrandis mittit, quas

etiam

etiam cum Episcopi epistola hic inserta obtinuit. 1086. *Fridericus* a *Riethaim* primus vrbis Praetor legitur. 1287. *Welfo* Bauarus Augustam occupat, Episcopumque captum abducit. *Welfones* Episcopatus aduocatiam adpetunt. 1088. Hermannus Germaniae Rex occiditur. *Wigoldo* mortuo Canonici Augustenses Papae adhaerentes *Wernherum* eligunt. Quo in itinere mortuo *Echardus* Abbas Augiensis fuit postulatus, ast episcopatum non accepit. 1089. *Egino* monachus San-Vlricanus ab Episcopo Constantiensi *Gebhardo* Romam mittitur. Bauari vrbem oppugnantes fugantur. *Sigefridus* solus Episcopatum occupat. Augusta Bauaris reconciliatur. Vrbis documenta hoc anno ablata dicuntur. *Wernherus* vrbis aduocatus. 1093. *Hermannus* Comes Wittelsbacensis per simoniam Episcopalem adeptus est sedem. *Vdalricus* ecclesiae cathedralis praepositus Patauiensis Episcopus fuit consecratus; ei succedit *Ratpoto*. *Conradus* Italiae Rex. 1094. *Hartmannus* monachus Gottwicensis Abbatiam San-Vlricanam ab Episcopo obtinuit. Tumultus in Sueuia excitantur. 1095. S. *Aegidii* templum construitur. Abbas *Hartmannus* domum reuertens danubio submersus periit. Ei succedit *Berengarius* monachus Fuldensis, qui tamen post duos annos Fuldam petiit. 1097. Sacra expeditio Ierosolymam instituitur. Augustani in eadem militarunt. Pestis grassabatur. 1099. *Henricus V.* Romanorum Rex salutatur.

1100. Schisma in ecclesia Romana nutritur. 1102. Peste et Fame plurimi ciuium Augustae sublati fuere. 1104. Suburbium S. *Iacobi* flamma absumitur. Canonicis quaedam possessiones restitutae fuere. 1105. *Henrico IV.* in principum consessu exautorato, eius filius *Henricus* imperii habenas impetrat. Ille egestate premitur; clericus fieri petit: Leodii moritur. 1106. Guastallensis synodus celebratur. Episcopus *Hermannus* ecclesiam spoliat. Suspenditur ab officio. Pontificis epistola ad Canonicos ecclesiae Augustanae in adpendice N. I. relata, quam Episcopus intercepit. Aliae Papae epistolae ibidem N. II. insertae. 1107. *Guntherus* Abbas Wessofontanus S. *Vdalrici* monasterii gubernationem sponte suscepit, et iterum relinquere a San-*Vlricanis* coactus est. 1109. Abbas electus est *Egino* vir virtute percelebris. Quaedam miranda ab illo enarrantur. 1110. Caesar iura Episcopi, aduocati, Praetoris, et vrbis diserte diplomate desuper edito discernit. Viri et mulieres plegmata gestant. Augustani Episcopo quaedam munera offerre debuerunt. 1111. Caesar Papam capit; ille sauciatur, inuestiturae conceduntur: Caesar coronatur. 1112. Lateranense concilium celebratur. Imperator excommunicatur. *Egino* Abbas Episcopi scelera detestatur. Romae illum accusat. Papae literae ad clerum Augustanum, et Archiepiscopum Moguntinum quae in adpend. N. III. et IV. relatae sunt, et huius ad *Eginonem* et clerum Augustanum *). *Egino* Episcopum adhortatur. Literae Papae fictitiae. 1116. Imperator excommunicatur. Herbipolensis Episcopus Franconiae ducatum defendit. Moguntinus ex vinculis liberatur. Huius ad *Eginonem* epistola **) *Hermannus* Abbati et monachis valde infestus. *Gelasius* Papa imperatorem 1118 excommunicat. Moguntini literae ad clerum Augustanum ***). Augustensis Episcopus anathemate percellitur. *Egino* Fritislariensi synodo interest. *Callistus* Papa. Episcopus monachis S. *Vdalrici* molestus: priorem occidere nititur: sacrum interdicit: Abbati insidiatur: monasterium inuadit: monachos expellit: tumba S. *Afrae* rumpitur. *Egino* Thierhauptam fugiens reuertitur, eiicitur denuo. Monachos suos literis in adpendice N. V. relatis arguit.

Quae-

*) Legi poterunt in Corb. Kham Hierarch. P. II. p 234.

**) Ibid. eadem pag.

***) Ibid. pag. 235.

Quidam Abbatem ſequuntur. Iſtius literae in adpend. N. VI. ad fratres. Refractarios excommunicat. Suos ad ſe vocat. Auguſtanos increpat *). Romam proficiſcitur. Itinerarium ab ipſo conſcriptum. Papae literae *Eginoni* datae **). *Vdalſcalcus* abbatem infirmum Piſis reperit. Moritur in coenobio S. *Michaelis* ibidem ſepultus. SS. *Dionyſii* et *Cyriaci* corporum et S. *Afrae* inuentio. S. *Afrae* reliquiae Caeſari dantur. Schiſma inter eccleſiam et imperium tollitur. Praefectus vrbis *Adalgezo* Comes de Schwabegg conſtituitur. 1122. In *Eginonis* locum *Wollemarus* ſubſtitutus eſt. Imperator ſcripto inueſtiturae renuntiat. Papa regalia conferendi Epiſcopis poteſtatem confert, eumque ab excommunicatione abſoluit, et ita inter vtrumque pax fuit reſtituta. 1125. Fames et peſtis graſſabantur. Caeſar obiit, Spirae ſepultus. Iſti ſucceſſit *Lotharius* II. cui Sueuiae duces ſeſe oppoſuere.

1126. Defuncto *Wollemaro*, Abbas electus eſt *Vdalſcalcus* vir omni ſcientiarum genere apprime inſtructus, qui pluribus ingenii ſui partubus literarium ditauit orbem. Confirmata eius electio fuit a Legato apoſtolico. Confirmationis literae in adpend. N. VII. legi poterunt. Septem ſacra pro quolibet fratre defuncto dicenda inſtituit. S. *Gualſardi* vita et mors, nec non reliquiarum translatio. S. *Dignae* inuentio. Schiſma in eccleſia oritur. Nuptias in lici campo Bauariae dux *Henricus* cum Caeſaris filia celebrauit. Circa haec tempora *Fridericus Ilſung* comes de Moeringen floruit. 1132. Caeſar ab *Innocentio* Papa coronatur. Auguſtae miles colligitur. Magna vrbis pars flamma conſumta fuit. Lites Sueuos inter et Saxones. 1134. Epiſcopus *Herimannus* naturae debitum ſoluit. Succedit *Waltherus* Comes Tubinganus, qui monaſteria Anhuſanum et S. *Georgii* Auguſtae fundauit, et Caeſarienſis fundationem confirmauit. 1135. Vrbi praeficiebatur *Wernherus* a *Schwangau*. 1136. Auguſtae principum conuentus fuit coactus. Pax in Germania fuit reſtaurata. 1 37. Imperator Italiam ſubigit, Tridenti morbo correptus in reditu moritur. *Conradus III.* Imperator ſalutatur. *Henricus* Bauariae dux imperium ambiens, proſcribitur, ditionibus priuatur, moritur. *Conradus* donationem monaſterio noſtro factam confirmat. 1140. Bellum Caeſarem inter et Bauaros. *Winsbergium* obſidetur. *Gibellinorum* et *Welforum* origo. 1143. *Hermannus* Canonicus in noſtro monaſterio monachi induit habitum, cum prius plura eidem obtuliſſet. S. *Georgii* monaſterium extruitur. 1144. Romani tumultum excitarunt, et imperatoris Auxilium contra Papam implorarunt. 1145. *Lucio* Papae *Eugenius III.* ſucceſſit. *Iſingrinus* San - Vlricanus vir ſapiens in Abbatem Ottenburanum electus eſt. Fames et peſtis 1146 Germaniam valde deuaſtarunt. Rotwilae Caeſareum dicaſterium Caeſar inſtituit. 1147. Expeditio Hieroſolimitana adornatur. 1148. *Vdalſcalcus* Abbas, cum pluribus bonis monaſterium ditaſſet, e viuis abiit. Eius Epitaphium. In iſtius locum *Hezilo*, qui praediis aſceterium auxit, ſubrogatus eſt. Expeditio S. infauſtum conſecuta eſt exitum. *Henricus Leo* belli flammas excitauit. 1150. Praetor vrbis erat *Wernherus* ab *Andelau*. 1151. S. *Petri* eccleſia igne deuaſtatur. Peſtis graſſabatur. 1152. *Waltherus*, abdicato Epiſcopatu, monachum Selingenſtadii profeſſus eſt. Succeſſor nominatus *Conradus* de *Beel*. Caeſar obiit, Lorchae ſepultus. *Fridericus Oenobarbus* imperii habenas adeptus eſt. *Anaſtaſius* IV. Papa. 1153. *Henricus Leo* paternas obtinuit ditiones Imperator, collecto Auguſtae milite, Italiam petit. *Adrianus* IV. Papa. 1155. Imperator coronatus eſt. 1156. *Adrianus* Papa S. *Vdalſici*

*) Ibid. p. 237.

**) Ibid. p. 233.

rici monaſterium in apoſtolicam ſuſcipit protectionem. *Conradus* Epiſcopus noſtrum ingreditur monaſterium. Imperator Auguſtam venit. Auguſtani accuſantur. 1157. Papam inter et Caeſarem lites exortae ſunt. Auguſtae comitia habita fuere. Expeditio a Caeſare in Italiam inſtruitur. Leges caſtrenſes a Caeſare conditae. Daniae rex ab Imperatore inueſtitur. 1159. *Heziloni* Abbas ſucceſſit *Vdalricus* de *Biberbach*, qui bona monaſterii adauxit, et feſtum annuntiationis B. V. M. celebrari inſtituit. Schiſma in eccleſia defuncto *Adriano* exiſtit. 1160. Caeſar antipapae adhaerens ab *Alexandro III.* excommunicatur. 1162. *Fridericus* ius aduocatiae in vrbem Auguſtam ſibi et ſucceſſoribus attribuit. 1165. *Welfonem* inter et *Hugonem* Palatinum Tubinganum ob comitatum Brigantinum Belli flamma excitata eſt. 1167. *Conradus* Epiſcopus e viuis abiit, in noſtro monaſterio ſepultus. In iſtius locum *Hardwicus* de *Lierhaim* noſtri monaſterii Prior ſufficitur. *Welfones* eccleſiae Auguſtanae aduocatiam ambiunt. 1168. Imperator iterum excommunicatur regnoque priuatur. 1169. Ius patronatus in S. *Vdalrici* parochiam Abbati San-Vlricano adiudicatur. *Gerhohus* Auguſtanus Praepoſitus Reichersbergenſis. 1171. *Henricus* de *Maiſach* vir doctus Abbas eligitur. Canonicis B. V. in feſto S. *Afrae* ſolemnia peragentibus vrnae binae vini offerri inſtituit. De quibusdam praediis diem anniuerſarium fundauit. *Fridericus* donationem Pfaffenhofii confirmat, et in Fraternitatem receptus eſt. Defuncto *Henrico* Abbate, vir prouectae aetatis *Manegoldus* eligitur. Sanciuit vt dies annua pro fratribus defunctis perageretur. Monaſterium priuilegiis augetur. Iſtud 1183. vnacum templo igne abſumtum eſt. S. *Simperti* tumba ab imbre intacta manet. S. *Vdalrici* corpus inuenitur. Epiſcopus monaſterio infenſus punitur. S. *Georgii* praepoſitus ſacrilegii poenas dedit. Inuentus eſt etiam praeter alias reliquias S. Calix. *Manegoldo* ſucceſſit *Henricus III.* Abbas, qui eccleſiae et monaſterii ſtructuram ab illo inchoatam conſummauit. Feſtum immaculatae conceptionis B. V. M. peragi voluit. S. *Simperti* et *Adalberonis* diem ſolemnem celebrari iuſſit. Canonicis S. Virginis in feſto S. *Vdalrici* cibos benenolentiae ergo porrexit. *Hartwicus* Epiſcopus eccleſiam Caeſarienſem conſecrauit. 1184. *Hartwico* in epiſcopatu ſucceſſit *Vdalſcalcus* Comes de *Tenelohe*. *Wernherus Hoerwart* Auguſtae floruit. 1185. Imperator Italiae ciuitatibus filium ſuum praeficit. 1187. Eccleſia S. *Afrae* praeſentibus Caeſare et imperii principibus ab Archiepiſcopo Moguntino conſecratur. Imperator bona ſua S. *Vdalrico* oblata diplomate confirmat. Saraceni Hieroſolymam occupant. Noua expeditio in terram ſanctam paratur. Auguſtae miles colligitur. Nobiles cruciati nominantur. 1190. Imperatoris geſta. In iſta expeditione moritur. Patrem in imperio ſecutus eſt filius *Henricus IV.* Abbas *Henricus* plura bona emit, plura redemit. Eodem anno in illius locum ſubſtitutus eſt *Erchenboldus* vir ſumma morum ſuauitate praeditus. Is ambitum monaſterii muro, et columnis cinxit, et S. *Theſaurum* adauxit. Anniuerſarium pro benefactoribus et S. *Magdalenae* feſtum inſtituit. *Gebninus* oeconomus pluribus praediis rem familiarem promouit. 1191. Imperator coronatur. 1194. Canonia S. Crucis Hamelbergo Auguſtam transfertur. Caeſar diram aduerſus Nordmannos mouit perſecutionem. 1197. Auguſtae *Philippus* Sueuiae dux nuptias celebrauit. Electio Imperatorum abrogatur. Italiae ditiones imperio vniuntur. Caeſar moritur. Schiſma in imperio oritur. Hiſtoria de miraculoſo Sacramento in eccleſia S. Crucis adſeruato ennarratur. Eadem ius parochiale ab Epiſcopo obtinuit.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

nos et Canonicos. *Conradus* rex excommunicatur, moritur. *Ludouicus* quaedam oppida occupat. *Manfredus* Siciliae rex. Campana chori in aede B. V. fusa est. 1254. Lites ob iurisdictionem Episcopum inter et magistratum exortae componuntur Alexander IV. Papa. 1255. Fames plures sustulit. *Ludouicus* Bauarus, vxore occisa, Augustam fugit. S. *Seuerini* sacellum conditur. 1256. *Guilielmus* rex occiditur. 1257. Schisma in Germania oritur. Arx Fridbergae 1258 extruitur. San-Crucianis decimae tam in- quam extra vrbem ab Episcopo donantur. 1259. Papa nostro monasterio contra infestatores, raptores &c. priuilegium concessit. 1264. Augustani contra inuasiones auxiliares copias conducunt. *Conradinus* rex nostri monasterii familiam a seculari iudicio eximit. Episcopus etiam priuilegia ab illo impetrauit. Augusta quoque libertate donata est. 1266. Augustae Comitia celebrata sunt. *Theodoricus* a *Roth* monachus Einsidlensis nostro monasterio ab Episcopo praeficitur. *Conradinus* Italiam armis inuadit, capitur, capite plectitur. Augusta libera magistratum eligendi potestate gaudet. Transactionem cum Episcopo ciues inierunt, Bauariae duces 1270 de aduocatia ecclesiae Augustanae transigunt. Episcopus egestate premitur. Episcopus et Capitulum omnia iura, et bona intra vrbem, vnacum calice S. *Vdalrici* oppignorarunt.

Liber sextus ab anno Domini MCCLXXIII. vsque ad annum Domini MD.

1273. *Rudolphus* Comes Habsburgicus Francofurti Imperator electus est. *Alphonsus* Hispanus et *Ottocarus* Bohemus imperii ambiere coronam. 1274. Comitia Augustae celebrantur. Austria Habsburgicis subiicitur. Burggrauiatum Noricum Comites de *Zolleren* acquirunt. 1275. Vrbis Augustae praefectus constituitur *Bertholdus de Mülhausen*. Imperator Romam proficisci recusat. 1276. Conuentus principum Augustae cogitur. *Ottocarus* proscribitur. Augustanis priuilegia, et codex legum confirmantur. 1279. Magna vrbis pars flamma deuastata est. 1280. Annona decrescit. In comitiis Caesar feuda contulit. 1282. S. Spiritus hospitale dotatur. Rationibus hospitalis decanus Ecclesiae Cathedralis praesens erat. Vesperae siculae. Caesar Austriae ducatum filio suo tradit. 1284. *Martinus* Papa nostro monasterio contra infestationes Bullam transmisit. 1285. Iudaeis Augustae iuramenti forma praescribitur. 1286, Comitia ibidem celebrata sunt. *Hartmanno* Episcopo succedit *Sigefridus III.* Augustani apud Caesarem accusantur. Seditio aduersus Caesarem sedata est. Augustae Synodus celebrata est. 1288. *Sibotho Stolzhirsch*, repugnante Episcopo, Abbas San-Vlricanus electus est. Ciuium nomina albo inscribuntur. *Wolfardus* a *Roth* sedem episcopalem ascendit. Iste monasterium S. *Margarethae* Augustam transtulit. 1290. Curia igne consumta reaedificatur. Lites Episcopum inter et Augustanos transactione componuntur. Vectigalis concessio. Iudaeorum balneum Christianis interdictum. S. *Radegundis* prope Augustam vitae sanctimonia claruit. Germanica lingua publica instrumenta conscribi Caesar instituit. Germersheimii obiit, Spirae sepultus, quem Argentinenses statua lapidea honorarunt. Eius liberi *Adolphus Nassonius* in imperatorem eligitur. Fürstenfeldenses monachi domum cum horto Augustae possident. *Sibothone* abbatiam resignante, *Henricus* de *Hagenach* eidem praefectus est. 1293. Caesar Augustae conuentum coegit, vrbisque priuilegia confirmauit, ab alienisque iudiciis exemit. S. *Margarethae* monasterium extruitur. S. *Seruatii* xenodochium ab *Hartmanno* Langenmantel dotatur. 1296. Belli flamma inter Bauaros et Augustanos excitata, multa deuastabat.

1297.

1297. *Adolpho* exauthorato, *Albertus* Imperator eligitur. Annona creſcit. *Adolphus* occumbit. Saxoniae dux a plebis multitudine opprimitur Auguſtani arcem Schwabeck occupant. Caeſar vrbis priuilegia confirmat. S. *Mauritii* templum coruit.

1300. *Bonifacius* Papa Iubilaeum inſtituit. *Rehlingeri* ciuitate donantur. *Degenhardus* S. *Mauritii* Praepoſitus, defuncto *Wolfardo*, Epiſcopus eligitur. S. *Marci* feſtum Auguſtae ieiunio celebratur. S. Crucis monaſterium in cineres redactum eſt. 1301. Auguſtani Schongouiam obſident. Vrbs turribus munitur et moenibus cingitur. Auguſtani vindae vſum ratis acquirunt. 1302. S. *Vdalrici* monaſterio priuilegium *Friderici II.* a Caeſare confirmatum eſt. Patauii *Rudolphus* de Auguſta academiae rector claruit. 1303. Vrbis praetor dicitur *Petrus* a *Rorbach*. Vrbs maenibus munitur, et via regia Goeggingam verſus conficitur. Officiorum ambitio prohibetur. Caeſar Apputiae regis titulo a Papa honoratur. Belli flamma nuptiis ſedatur. 1304. Iudaei Auguſtae in carceres coniiciuntur. Quilibet bona acquirendi modus clericis Caeſaris priuilegio adimitur. *Stolzhirſchii* ob conſpirationem motam exilio multantur. 1307. *Fridericus Speth* Epiſcopus eligitur. S. *Vdalrici* monaſterium Dillingae fundauit. Canonici quatuor viri in eccleſia Cathedrali inſtituuntur. Canonicis teſtamento legare conceditur. *Albertus* Imperator occiditur. Eius vxor et liberi. *Henricus* Luxenburgicus ei in imperio ſucceſſit. Certum panis pondus ſenatus decreto conſtituitur. Caeſar vrbis priuilegia in comitiis confirmat, nouaqne concedit. Vrbis praefectus et praetor nominantur. S. *Stephani* moniales ius ad parochiam ab Epiſcopo obtinent. 1311. *Marquardus* de *Hageln* Ord. S. *Dominici* alumnus ab Epiſcopo noſtro praeficitur monaſterio. Templarii milites exterminantur. Eorum aedes Dominicani impetrarunt. 1313. Imperator e viuis diſceſſit. Auguſtani cum Bauaris ineunt amicitiam. Peſtis, famesque noſtram vexauit prouinciam. Defuncto *Henrico* duo eliguntur Caeſares, *Ludouicus* Bauariae dux, et *Fridericus* Caeſaris *Alberti* filius. Bellum inter vtrumque oritur. Auguſtani *Ludouico* adhaerent. Vrbis praetores. 1321. Vetus chorus in eccleſia cathedrali extruitur. Epiſcopus monaſterium S. *Annae* fundauit. Sueuiae prouinciae vnda, incendiis et latrociniis deuaſtantur. *Fridericus* Caeſar capitur. Auguſtani *Ludouico* auxilium praeſtantes Burgouiam et Laugingam occupant. Capella omnium Sanctorum a *Bertholdo Bitſlin* fundatur. 1324. *Ludouicus* Auguſtanis neceſſaria ex Bauaria exportandi libertatem conceſſit. Officiorum ambitio prohibetur. *Goſſenbrotorum* domus conflagrat. Caeſar monaſterium S. *Vdalrici* in ſpecialem ſuſcipit protectionem. *Portner* in ſummam redactus eſt egeſtatem. *Fridericus* 1326 e cuſtodia dimittitur. 1327. Ciuibus veſtigal imponitur. *Ludouicus* Romae coronatur. Excommunicatur. Papam conſtituit. Langenmantelliorum ſacellum ab Epiſcopo confirmatur. San-Vlricanis a Caeſare aduocatia libera conceditur. Epiſcopus noſtro aſceterio paraecias Oberndorf Tagbrechtshofen, Haeder et Inningen incorporauit. Auguſtani a *Ludouico* ob fidelitatem diuerſa impetrarunt priuilegia. 1330. Defuncto *Friderico* Epiſcopali mitra decoratus eſt Vdalricus de Schonegg. *Fridericus* Auſtriacus obiit. Vrbis praefectus nominatus eſt *Otho* Greiff. 1332. *Ludouicus* Auguſtae comitia celebrauit. Monaſterium Ettalenſe ab ipſo fundatur. 1333. Monaſterium d. *Vdalrici* cum illo S. *Margarethae* aliisque aedibus in cinerem redactum eſt, quod *Conradus Winkler*, qui *Marquardo* ſucceſſit, reſtaurare niſus eſt. Paucis poſt annis iterum conflagrare coepit, ſed SS. Tutelarium interceſſione flamma ſopita eſt. In gratiarum actionem adhuc quotannis proceſſio et ieiunium peragitur. Idem abbas Imperatoris confeſſarius et patrinus plura bona redemit, nouaque acquiſiuit. S. *Mauritii* campana funditur. 1334. Caeſar excommunicatur. 1335. Miſſa de S. Cruce in

noſtra eccleſia a rege Bohemiae *Henrico* fundata eſt. S. *Vrſulae* collegium oritur. 1336. *Henricus Schoenegg* Epiſcopus electus eſt. 1337. Locuſtarum multitudo terram noſtram inundat. Comitia Auguſtae habentur. 1338. Terra mouetur. Campana claſſica funditur. Prouinciae et vrbis praefectura a Caeſare oppignoratur. 1339. Amiſſae debitorum obligationes ſenatus decreto inualidae declarantur. 1340. Magiſtratus et officiales quotannis creantur, eiusque membra augentur. Eorum iuramentum. Auguſtani arcem Brenz occupant. Foſſis et maenibus vrbs munitur. Iudaeis magiſtratus magnam aeris ſummam debet. 1342. Ad magiſtratum nullus alteri domino obſtrictus ſummitur. Suburbium Wagenhals deſtruitur. Caeſaris filius monaſterium noſtrum in ſpecialem ſuſcepit tutelam. Eccleſia d. V. reſtauratur. *Vdalricus Hagenor* Caeſaris cancellarius. 1344. Auguſtani ab Imperatore ſuos hoſtes perſequendi et puniendi facultatem impetrant. 1345. Arbores ſenatus decreto exſcinduntur. 1346. Licus ſeſe effudit. Vindae vſus Auguſtanis a Caeſare conceditur *Vdalricus Hagenor* excommunicationis vinculo innodatus obiit, et in eccleſia cathedrali ſepelitur. *Ludouicus* Imperator 1347. moritur. Eius liberi.

Carolus IV. pluribus principibus contradicentibus Caeſar eligitur. Schiſma in imperio. 1348. Terra mouetur. Homines amentia laborant. Wellenburgum Onſongiis venditur. Wertingam Langenmantelii emunt. Peſtis graſſabatur. Iudaei de infectis fontibus infamantur, et rei inuenti concremantur. 1349. Flagellantes comparent. Eorum cantus in lingua vulgari. *Henrico* Epiſcopo exauthorato, *Marquardus* a *Randeck* electus eſt. Monetam cudendi facultatem a Caeſare obtinuit. Caſtrum Mindelberg Auguſtanorum ope deſtruxit. Exteris domus in vrbe poſſidere priuilegio Caeſareo prohibetur. Schiſma in imperio tollitur 1350. S. *Vrſulae* monaſterium dilatatur. Auguſtani 1351. Caſtrum Villenbach deuaſtabant. Seditio Iacobitarum Auguſtae compeſcitur. 1352. Auguſtani aere alieno grauati. 1353. Caementarius cum ſeptem filiis ſuſpenditur. Contra Heluetios miles Auguſtae colligitur. Caeſar 1354. imaginem argenteam auro obductam ad includendum caput S. *Dionyſii* coenobio S. *Vdalrici* dono mittit. 1355. Auguſtanorum priuilegia a Caeſare Norimbergae confirmantur. *Conrado* Abbati ſucceſſit *Ioannes* a *Viſchach*, qui ſcribendi arte excelluit. Monaſterium nonnullis bonis ditauit. *Vdalricus* Ilſung quinque miſſas fundauit. Imperator Romae coronatur. 1356. Nouus eccleſiae Cathedralis chorus extruitur, et coenobium Fratrum Min. ampliatur. Bulla aurea Norimbergae in principum conuentu compoſita fuit 1356. Epiſcopus Auguſtanus Caeſarem hoſtium manibus eripuit. Ille capitur, et iterum liberatur. Monetas cudendi facultatem domum reuerſus impetrauit. Auguſtani Comiti Wirtenbergenſi auxiliares miſerunt copias. Stipendiarii milites recenſentur, eorumque inſignia delineata habentu ; Magiſtratus ob aes alienum ſalis promtuarium oppignorat. Suburbium S. *Iacobi* comburitur. 1358. Caeſar diplomate cauit, ne vrbis praefectura oppignoraretur. Auguſtani arcem Altenburg diruunt. Ad peſtem auertendam proceſſio inſtituitur. *Ioanes Hoerwart* et *Conradus Vetter* ſecundi Xenodochii fundatores. S. *Victoris* beneficium ab Epiſcopo fundatur. Auxiliares copiae Wirtenbergenſi comiti mittuntur. Tributum vini, cereuiſiae et mulſi imponitur. Imperator Auguſtanorum copiis arcem Zwingenſtein occupat et deſtruit. Expeditionis militaris Auguſtanorum mos. 1361. Seditio ob tributum impoſitum et belli ſumtus exiſtit. 1362. Caſtrum Zwingenberg ab Auguſtanis deſtruitur. Militaris ciuium ordo. Dux eorum erat Teccii Dux. Epiſcopus arcem Killenthal redemit, Campana maior ad D. *Mauritii* funditur. 1363. Salis promtuarium redimitur. 1364. Suburbia extra portas rubeam, et Goeggingenſem deſtruuntur. Auguſtani aduerſus Armoricos Caeſari ſubſidia ferunt. Huius expeditionis lega-

legati et Stipendiarii enumerantur. 1365. Auguſtani Caeſari fidelitatis iuramentum praeſtiterunt. Annona decreuit. 1366. Auguſtani Iglingen, Fridbergam et Schongauium depopulati ſunt. *Fridericus* a *Gumeringen* Abbas eligitur, qui tam diſciplinae, quam oeconomiae ruinam promouit. 1367. Trium regum capella fundatur. 1368. Frumentum vili pretio emitur. *Marquardo* Epiſcopo, impetrato Aquileienſi Patriarchatu, ſuccedit *Waltherus* ab *Hochſchlitz*. Eodem anno Seditio inter ciues oritur: Tribunitium regimen introducitur. Tribus ennarrantur. Patriciorum familiae recenſentur. Quidam eorum ordini Patriciorum renuntiabant, alii vero vrbe exceſſerunt. 1369. Tributum imponitur. *Waltherus* Epiſcopus in obſidione Mindelhemii telo confoſſus occubuit. *Ioannes Schadland* ord. Praedic. alumnus ei ſucceſſit. Clericorum aedes a ciuibus deſtruuntur. Quidam ciuium exilio multantur. Tumultus exiſtit. Omnis conſpiratio interdicitur. Auguſtani cum Caeſare foedus faciunt. Stipendiarii eorum intercipiuntur. *Bitterich Iacobus* vrbis infenſiſſimus hoſtis capitur, et elabitur. Fuggerorum origo. *Otho* de *Schweiningen* vrbis hoſtis capite plectitur. Oberhuſium et Lechuſium concremantur. Ciues capiuntur. Monetae falſarii puniuntur. *Ioan. Gopold* proceſſionem ab Abbate San-Vlricano inſtituendam in feſto corporis Chriſti fundauit. *Sebaſtianus Ilſung* ſingulis ſabbatis *Salue regina* decantari inſtituit. Patricii extra vrbem morantes decreto reuocantur. Senatus aenea tormenta 1372. fundi curauit. Auguſtani *Henricum* de *Freyberg* adgrediuntur. Bellum Bauaros inter et Auguſtanos oritur. Vtrinque plura damna fuerunt illata, pluraque oppida deſtructa. 1373. Vectigal imponitur. Annona ingraueſcit. *Ioannes Schadlang* Epiſcopatum reſignat, in eius locum ſufficitur *Burchardus* de *Ellerbach*. Auguſtani Iudaeos a Caeſare poſtulatos dimittere renuunt: ideo multati ſunt. Diſſidia Bauaros inter et Auguſtanos componuntur. 1374. Vectigal ciuibus imponitur. Iudaei in vincula coniiciuntur. Epiſcopus omni ſolemnitate vrbem ingreditur. *Iacobus Bitterich* ſuburbium inuadit, quosdam interemit. Auguſtani Caeſari homagium praeſtant et foedus cum Bohemis renouant. Vrbis praefectus Comes de Oettingen *Conradus* denominatur. *Walleri* vrbis hoſtes. Quidam eorum multantur. 1376. *Wenceslaus* Romanorum Rex declaratur. Auguſtani, promiſſa priuilegiorum confirmatione, eidem fidelitatis iuramentum praeſtiterunt. *Vdalricus Dillinger* cum ſuis fratribus exilio punitur. Ea poena literarum falſatores multati ſunt. Incendio plures deuaſtatae ſunt domus. Auguſtani iuncto cum Bauaris et Epiſcopo foedere, Wellenburgum diripiunt. Foſſae ducuntur. 1377. Synodus Auguſtae celebratur. Auguſtani aduerſus Comitem Wirtenbergiae ſupetias mittunt. Nemini ciuium licet officium recuſare. *Carolus* Imperator moritur; ei ſucceſſit *Wenceslaus*. *Ioannes Schadland* obiit Confluentiae ſepultus. 1379. Imperii ciuitates foedus ineunt. Praefectura Auguſtana oppignoratur. Clerici penſionem ciuicam pendere coguntur. *Henricus* de *Gabelbach* Abbas eligitur. Plures phreneſi laborant. Ad malum hoc auertendum proceſſio inſtituitur. 1380. Peſtis graſſabatur. Belli flamma inter Bauaros et Auguſtanos reſuſcitatur. Foederatae ciuitates longe lateque per Rhetiam et Franconiam depopulatae ſunt. Epiſcopus vrbi aduerſatur. Canonicorum aedes deiiciuntur. Clerus vrbe expellitur. Auguſtani capiuntur. Pacis turbatores multantur. Impoſtores, haeretici et Iudaei puniuntur. *Stephanus* Bauariae dux ob conductum ab Langenmanteliis violatum Auguſta excedit, et eorum bona ſibi vendicare voluit. Idem dux monaſterium S. *Vdalrici* in ſuam ſuſcepit protectionem. S. *Barbarae* ſacellum fundatur. Cometa adparet. *Vdalricus Fugger* Auguſtam ingreditur. 1383. Cum Epiſcopo tranſigitur. Vrbis Praetor *Vdalricus* a *Welden*, Iudaei cuſtodiae traduntur. 1385. Iudaei vſurario lucro priuantur. Curia extruitur.

tur. Fluuii regionem noſtram inundarunt. Poenae in delinquentes decernuntur. Cenſores inſtituuntur. Ciuium bona a poſſeſſoribus aeſtimantur. Xenodochium S. Spiritus conſtruitur. 1386. Vectigal imponitur. Prominentia tecta porticus deiiciuntur. *Leopoldus* Auſtriae dux occiditur. Vrbi praefecit Caeſar *Wilhelmum Fronberger*, eidem aduerſarium. Auguſtani a Bauarorum duce contra induciarum ius capiuntur. Foederatae vrbes illius ditiones inuadunt, vtrinque plura deuaſtantur oppida. Merces Auguſtanorum in faucibus intercipiuntur. Epiſcopi palatium et aliae cleri aedes diripiuntur. Wittenbergiam inuadunt. Cum Bauaris 1389 tranſigunt. Vectigalia remittuntur. Damna, epiſcopo illata reſarcire tenentur. Cum eodem tranſigunt. Ciuibus et municipiis intra decennium vrbe excedere interdicitur. Ad peſtem auertendam proceſſio peragitur. Textores domum emunt. 1390. *Sigismundus* Leuchtenbergiae Landgrauius vrbi praeficitur. Macellum nouum extruitur. Area ante curiam amplior redditur. Merces Auguſtanorum Francofortia reduces intercipiuntur. Caeſaris mandato Iudaei nobilibus pignora, recepta pecunia abſque vſura reſtituere iubentur. Gladios portare cuncti prohibentur. 1393. Haereſis inquiſitor Auguſtam venit. Haeretici in carceres coniiciuntur. Illorum poenitentia, ſupplicium, et doctrina. S. *Vrſulae* moniales ord. Praedic. habitum adſumunt. Earum monaſterium ditatur, et amplificatur. Auguſtani cum Bois foedus ineunt. Eorum dux urbis praefectus conſtituitur. 1396. Domus ſaltatoria reaedificatur. Abbate *Henrico* defuncto, in Abbatem poſtulatus eſt *Ioannes Lauginger* monachus faucenſis. Caſtrum Wellenburg inuaditur et deuaſtatur. Auguſta proſcribitur. Foſſae ducuntur. Ruſtici vrbis clauſuram violantes capite plectuntur. Calcearia domus extruitur. Auguſtani proſcriptionem grauiaere auertere tenentur. Peſtis 1393 graſſabatur. Seditio oritur. Vectigal remittitur. Meretrices vrbe expelluntur. Piſtorum tribus impetrat domum. Franciſcanorum templum reſtauratur. Steura 1399 et vectigal ſoluitur. Auguſtani Biberbacum deuaſtant. Caeſar regno priuatur.

1400. Senatus decreto eccleſiaſticorum famulis gladiorum, et laruarum vſus interdicitur. *Fridericus* Brunsuicenſis dux a quibusdam Romanorum Rex creatus occiditur. *Rupertus* Comes Palatinus Imperator coronatur. S. *Vrſulae* monaſterium extruitur et ditatur. 1401. Foſſae ducuntur. Caeſar, Italiam petens, Auguſtam venit, militem colligit, fidelitatis iuramentum poſtulat. Fratres ord. Praed. conuentum Auguſtae celebrarunt. 1402. Horologium in S. *Vdalrici* turri ponitur. *Schwicardus* de *Gundelfingen* prouinciae et Auguſtae praeficitur. Peſtis magnam hominum copiam abſtulit. S. *Leonardi* ſacellum extra vrbem conſtruitur. Alearum interdicitur luſus. 1403. *Ioan Kiſſinger*, ex monacho San-Vlricano Abbas Ottenburanus poſtulatus, defuncto *Ioanne Lauginger* noſtro monaſterio Abbas praeficitur. Tempeſtate vrbs haud parum paſſa eſt. Foſſa a rubra porta vsque ad Goeggingenſen confecta eſt. 1404. Lateritia tecta facta ſunt. Defuncto *Burchardo* Epiſcopo, *Eberhardus* Comes a *Kirchberg* electus eſt. Auguſtani eidem fidelitatem promittunt. 1406. Bauariae Duces Auguſtae paſciſcebantur. Suburbium S. *Iacobi* inundatur. Luſitaniae Rex Auguſtam venit. Campana horaria in curiae turri ſuſpenditur. 1407. Textores balneum extruunt. Marchioni Badenſi ſuppetiae feruntur. Canonici extra vrbem horrea conducunt. 1408. Balneum ciuicum extruitur. *Buchardus* de *Schellenberg* ad matrimonium contrahendum proficiſcens a Landsbergenſibus occiditur. Vrbi Rottenburgo auxiliares copiae mittuntur. 1409. Sacerdotes Sodomiae rei morte puniuntur. Mercatorum merces in faucibus interceptae ſunt. 1409. Fridberga moenibus cingitur. Lites 1410 in imperio componuntur. *Rupertus* Imperator moritur. Subſequebatur

batur *Iodocus Barbatus* Morauiae Marchio. Auguſtani cum Epiſcopo paciſcuntur. Bombardae funduntur. Dies octaua feſti Purificationis B. V. M. a *Guilelmo Rembold* in eccleſia S. *Vdalrici* fundatur. S. *Antonii* Xenodochium a *Laurentio Egen* extruitur. 1411. Schiſma in eccleſia oritur. San-Vlricani Abbates mitrae vſum impetrant. *Eberhardo* Epiſcopo defuncto ſucceſſit *Anſelmus Nenninger*. *Sigismundus* Imperator eligitur. In eccleſia S. *Vrſulae* miſſa fundatur. 1412. Aquaeductus et fontes fiſtulares extruuntur. Campana horaria in colle Perlach fuit fuſa. Patricii domum conducunt. Auguſtani *Anſelmo* electo Epiſcopo infenſi, vt *Fridericus* de *Grauenegg* nominaretur et Schiſma in eccleſia Auguſtana oriretur, anſam praebuere. 1414. Conſtantienſe concilium celebratur. *Anſelmo* adhaerentes excommunicantur. Maior canonicorum pars vrbe excedit. Caeſar Auguſtam veniens ſolemniter *Fridericum* Epiſcopum inſtituit. Duo hi epiſcopi pactionem faciunt. Forum transfertur. Caeſari ſuppetiae feruntur. Benedictini in Moguntina prouincia triennale capitulum celebrare iubentur. Plateae Auguſtae lapidibus ſternuntur. Suburbium S. *Iacobi* muris cingitur. *Anſelmus* Epiſcopus ſolemni pompa vrbem ingreditur. *Ludouicus Hoerlin* aduentum adprecatus exilio multatus eſt. 1416. Triceſimus B. V. M. et octaua omnium Sanctorum in noſtro monaſterio fundatur. Zuſemhuſa *Anſelmo* ſubiecta a *Georg. Rhem* occupatur. Hac ex ratione Bauariae dux ſuis Auguſtam interdixit, et mercatorum merces intercepit. Lis fuit compoſita. Haſtiludium inſtituitur. Luſitaniae Rex Auguſtum venit. Patriciae familiae enarrantur. 1417. Benedictinorum capitulum Peterhuſii celebratur. *Martinus V.* Papa eligitur. *Anſelmus* Epiſcopus interdicti ſententia Auguſtanos percellit. Clerici Anſelmo adhaerentes vrbe expelluntur. Annona ingraueſcit. Caeſar Auguſtam venit. *Fridericus* Epiſcopus diuina tempore interdicti publice operatur. Imperator vrbis priuilegia confirmat, et ius vectigal de plateis petendi concedit. Caeſari pecunia mutuo datur. *Anſelmus* Romam citatur. Auguſta ab interdicto abſoluitur. Clerus Auguſtanus redit. Hoſtis ſuſpenditur. Legati Romam et ad Caeſarem mittuntur. S. *Georgii* Praepoſitus lite pendente, vicarius deſignatur. Diſſenſio inter canonicos excitatur. Bauariae dux commeatum Auguſtanis denegat. *Anſelmus* ſacerdotio initiatur. Vrbi 1420. praeficitur *Conradus* a *Reuſchach*. Fridberga comburitur. Peſtis graſſabatur. Interdictum innouatur. Mortui non ſepeliuntur, Epiſcopus et Auguſtani Romam citantur. Auguſtani auro ſibi epiſcopum acquirunt. *Anſelmus* exautoratus Blauburam ſecedit. *Fridericus* epiſcopali munere priuatur. Canonicus Epiſcopatum recuſat. Duo epiſcopi electi ſpe fruſtrantur. Tandem 1421. Papa *Petrum* de *Schaumberg* Auguſtanae eccleſiae praefecit.

Auguſtani aduerſus Bohemos militem mittunt. 1422. Puer a Iudaeis occiditur: iſti vero lento igne viui exuruntur. A foederatis arces Hohenzollern et Graisbach deſtruuntur. Annona viſi emitur pretio. Bellici conſiliarii a ſenatu conſtituuntur. Nuptias celebrandi ratio praeſcribitur et luxus in puerperio prohibetur. Laniones Auguſtani a Bauaro quodam capiuntur. Monaſterium Harbruck conflagrat. 1424. *Petrus* Epiſcopus Auguſtam omni pompa ingreditur, conſecratur, donis honoratur. Inuicem fidelitas promittitur. Inimicitiae inter *Sebaſtianum Ilſung* et *Petrum Rehlinger* ortae ſunt, quibus ille ab iſto occiſus eſt. *Rehlinger* vrbem relinquens, Haltenbergae a ſuis hoſtibus impetitus eſt. Senatus ex vtraque parte multa damna fieri videns, inquietos vrbem relinquere coegit. Monetae deprauantur. 1425. Baliſtarum luſus inſtituitur. Auguſtani ex nundinis reuertentes ſpoliantur. Nouus eccleſiae Cathedralis chorus abſoluitur. Auguſtani praefectum ſibi eligendia Caeſare priuilegium impetrarunt. Homicidium perpetratum multatur. Xeno-

dochium pro peregrinantibus fundatur. Steura de omnibus bonis a discedentibus soluenda remittitur. Sacerdos occiditur. Pestis grassabatur. Domus frumentaria altior construitur. Suppetiae Caesari aduersus Bohemos mittuntur. Steura militaris tam ecclesiasticis quam laicis imponitur. Hastiludia habentur. Turres extruuntur. Augustani spoliantur. 1428. *Ioanni Kissinger* Abbati defuncto *Henricus Heutter* successit. Episcopo Frisingensi a Papa bonorum monasterii nostri alienatorum reuocatio committitur. 1428. Caesar Augustam venit. 1429. Domus saltatoria destruitur. Macellum nouum aedificatur, monetae officina transfertur. Moneta deprauata signatur. 1430. Plures domus conflagrabantur. Vrbs fossis et moenibus munitur. Sclopetorum ludus instituitur. Pestis, famesque magnam hominum copiam abstulere. Chaldarium aquae benedictae aere funditur. 1431. Concilium Basileense conuocatur. *Margaretha* Austriae ducissa Augustam transit. Augustani contra Bohemos pugnant. Eorum duces. Caesar Augustae donis honoratur, pecuniamque mutuo accipit. Pignoris nomine aduocatiam acquirunt. 1432. Hyems saeuissima erat. Frumentum Bobingam moliendum ob aquam Augustae congelatam defertur. Annona ingrauescit. Magistratus ludum Balistarum conscribit. Imperator *Petri Egen* infantem e S. Fonte leuat. *Fuggeri* domus cupro tegitur. *Egen* nobilitate donatur. Hussitae caeduntur. *Aeneas Syluius* de Formicarum bello, et coruorum accipitrumque pugna mentionem fecit. In coenobio San-Vlricano capitulum prouinciale fuit celebratum 1433. Durante penuria, a senatu ciues subleuantur. Augustani a Tribunali Westphalico eximuntur. Barbara Brandeburgici marchionis filia a senatu munera accipit. Octaua omnium defunctorum in nostro monasterio fundatur. Tubicines et tibicines vrbi a Caesare conceduntur. Caesar in nostro monasterio diuertit. Iudaei croceos annulos vestibus insuere iubentur. Turris S. *Petri* plumbo tegitur. Iudaeorum tribunal a senatu in synagoga abrogatur. Synodus Basileensis nostri monasterii priuilegia confirmat. 1436. *Agnes Bernauerinn* Augustana ab *Alberto* Bauariae duce Straubingam deducta, *Ernesti* ducis iussu submergitur. Senatus decreto meretricibus vestium modus praescribitur. Turris S. *Petri* picturis ornatur. Frumentum Vienna adfertur. Stuprum violentum punitur. *Sigismundus* Caesar moritur. Augustani iudicio Westphalico addicti accusantur. 1438. Hastiludia fuere celebrata. *Albertus II.* Imperator coronatur. Istius mandato Iudaei vrbe expelluntur. Peste saeuiente, senatores alternatim consulatus officium administrarunt. 1439. Laniones seditionem excitant. Carnium venditio omnibus conceditur. *Ioannes* de *Hohenstein* Abbas electus, disciplinam monasticam instituere laborauit. Imperator e viuis abiit. 1440. Ars typographica a *Gutenbergio* inuenitur. *Fridericus* Austriae dux Imperator salutatur. Balistarum ludus celebratur. Iudaei Augusta expelluntur. Qua ex causa Augustani a Caesare pecunia multati sunt. SS. *Vdalrici* et *Afrae* sodalitium instituitur. Cardinales quidam Augustam veniunt. Ciuibus ad aliud tribunal adpellare non licet. Moneta 1441. cuditur. Vestium modus praescribitur. Hostis occiditur. Congelatis aquis frumentum moliendum Bobingam defertur. Monasterium S. *Catharinae* non sine monialium quarumdam renitentia arctius concluditur. Quaedam ex eis illud relinquunt. Molae manuales introducuntur. Pistores puniuntur. Eorum quidam Fridbergam fugiunt. Hastiludium fuit habitum. Caesari fidelitatis iuramentum praestatur. S. *Nicolai* moniales Abbati San-Vlricano subiectae, ab ipso reformantur. Sepeliebantur in nostro asceterio. Turris portae Goegginganae superstruitur. S. *Mauritii* chorus aedificatur. *Rehlinger* insignia mutat. 1444. S. *Iacobi* propugnaculum extruitur. Foederatae vrbes arcem Hirnhaim destruxerunt. Augustani aduersus Armoriacos pugnant. Balistarum ludus instituitur.

Mone-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

rantur. *Georgius Hoz* San-Vlricanus Thierhauptano monaſterio praeficitur. Iſto interemto ſucceſſit *Thomas* de *Gerzen* etiam San-Vlricanus. Principum conuentus Auguſtae celebratur. *Aegidius Alpishofer* vrbis hoſtis capite plectitur. 1458. *Ioanne* Abbatiam reſignante, eidem praefectus eſt *Melchior* de *Stamhaim* Mellici profeſſus, tunc Wiblingae degens, regularis disciplinae reſtaurator praecipuus. Haſtiludia inſtituuntur. Vrbis hoſtes capiuntur. Alii quoque Ingolſtadii cuſtodiae traditi, haud parum moleſtiae Auguſtanis crearunt, ducisque animum contra iſtos exacerbarunt. Vrbs Werdea a Bauariae duce occupatur. Auguſtani cum Bauaris foedus ineunt. Annona ex Palatinatu denegatur, mercesque Auguſtanis intercipiuntur. Bauariae Dux Auguſtanorum fidem tentat. Burgouia Epiſcopo oppignoratur. Turris in propugnaculo S. *Iacobi* erigitur. Domus praedicatoria picturis exornatur. *Ludouicus* Bauariae dux Auguſtanis fuit infenſus. Iſti ad iudicium Onolzabacicum ob *Petri* de *Argau* litem vocantur, poena pecuniaria multantur, et proſcribuntur. Lis tandem haud exiguo ſoluto aere, ſopita eſt. *Ludouicus* Bauariae dux ſoluta pecunia eisdem reconciliatur. *Albertus* Auſtriae dux Auguſtae muneribus honoratur. Plures tum morte tum exilio multantur. Werdea imperio reſtituitur. Campana maioris eccleſiae baptizatur. *Auguſtani* incinerationis oppidorum Waſſerburg et Horchenau rei apud Bauariae Ducem accuſantur. *Beſſarion* Cardinalis Auguſtam venit. Ducisſa Bauariae fugam capit. 1460. Eluacenſe monaſterium in eccleſiam collegiatam transmutatur. Auguſtani de ſententia mortis in quosdam lata Friſingam in ius vocantur. Aedes Capituli cathedralis et Carmelitarum coenobium conflagrant. Vrbs inundatur. 1461. Mercatores ſub excommunicationis poena Bulſanum ad nundinas proficiſci prohibentur. *Ludouicus* Bauariae Dux imperii hoſtis a Caeſare proſcribitur, et armis inuaditur. Auguſtani belli motibus implicati, nouum tributum ſoluere coguntur. 1462. Contra Bauariae ducem auxiliares copias Caeſari mittunt. Multa vtrinque damna illata ſunt. Clerici vrbem contra hoſtium inuaſiones defendere iuramento ſe obſtringunt. Bauari vrbem obſident, ſed fugabantur. Infeſtationes continuantur. *Fridericus* Palatinus, Bauarorum amicus proſcribitur. Hoſtes ſuos vincit. Bauaros inter et Auguſtanos induciae ad annum durantes ſanciuntur. *Petri* ab *Argau* bona Caeſareo fiſco addicuntur. Anno nondum elapſo, a quibusdam nobilibus Auguſtani infeſtantur. Peſtis ſaeuiebat. 1463. Viennenſes proſcribuntur. Hoſtes vrbi reconciliantur. Auguſtani in principum conuentu accuſati, culpam ſibi impoſitam diluunt. Peſtis graſſabatur. *Vdalricus* Comes de *Helfenſtein* bellicus Auguſtanorum dux conducitur. Aquaeductuum turris reaedificatur. In capitulo prouinciali Herbipoli habito, Abbas *Melchior* praeſidebat. Cruciati milites ſacro viatico muniti, et vino benedicto ex S. *Vdalrici* calice ſumto contra Turcas profecti ſunt. Nobiles quidam vicini ciues hoſtiliter tractant. S. *Dignae* Corpus reperitur. Seditio oritur. 1465. Senatus ab exteris iudiciis Caeſaris priuilegio liberatur. *Ioan. Schiller* noſtri monaſterii benefactor. Carnifex perimitur. *Iacobus Hauſtetter* largas fundat eleemoſinas. Nobiles ex arce Waſſerburg Auguſtanis plura intulerunt damna. Arx iſta ab Epiſcopo occupatur et funditus euertitur. Merces ab illis intercaeptae reſtituuntur. Hoc anno *Ioan. Bemler* Auguſtae biblia latina typis expreſſit. *Melchior* Abbas typographiam introduxit. 1466. *Ioan.* de *Reiſchenau* et *Iacobus* de *Argau*, licet a Caeſare proſcripti, Auguſtanos perſequi non ceſſarunt. Moenia reſtaurantur. Moneta falſa abrogatur. S. *Vdalrici* oeconomus ſubmergitur. Auguſtani Hungariae regi ſubſidia mittunt. *Scanderbegus* Albaniae princeps e viuis abiit. Seditio ob vectigal pannis et frugibus impoſitum oritur. Eo abrogato ſopitur. Campana claſſica ne ſine conſulis conſenſu pulſetur, et vt ordo occaſione in-

incendii et seditionis seruetur, decernitur. Augustani proditionis insimulati a Bauariae duce *Ludouico* Ingolstadium in ius vocantur, publicisque testimoniis purgantur. Dux comeatus et victus aduectionem prohibet. *Ioan.* de *Werdenberg* primitias celebrauit. Varia decreta et leges conduntur. 1467. Hastiludium celebratur. S. *Vdalrici* templum, senatu opem ferente, reaedificatur. Turris mirabili modo subsidet. Sodalitas SS. *Vdalrici* et *Afrae* incrementa coepit. Oboli cuduntur. *Petrus* Episcopus legatus Pontificis ad comitia Norimbergensia declaratur. Indulgentiae contra Turcas opem ferentibus conceduntur. *Melchior* in capitulo Bambergae celebrato praesedit. *Monachi* Deggingenses, sed non sine vitae periculo ab isto reformantur. Primarius lapis ad ecclesiae structuram omni solemnitate ab episcopo ponitur. Plura fiunt miracula. Campana funditur. Augustani veneficii apud *Ludouicum* Bauariae ducem insimulantur, iterumque absoluuntur. Annonae aduectio ab isto Augustanis interdicitur. Kuebacense monasterium ab Abbate nostro reformatur. Moenia vrbis altius extruuntur. Pestis grassabatur. 1468. Annona ingrauescit. Augustani iterum apud Bauariae ducem accusantur. Thierhauptense monasterium reformatur. Augustani frustra Bauaris reconciliari petunt. Hostiliter ab iisdem tractantur. Abbas *Melchior* plura aedificia, inter quae etiam lici pons erat, restaurauit. Vrbis hostes a Caesare proscribuntur. Comeatus per licum aduehendus intercluditur. Ex quo magna omnium reum penuria existebat. Pacem Augustani frustra tentant. 1469. Vinda et licus armata manu aperiuntur. Sub Abbate *Melchiore* cella vinaria conditur, oppidum Wengen emitur. Finningae piscina extruitur: reliquiae Sanctorum inueniuntur. *Petrus* Episcopus Dilingae moritur, Augustae in ecclesia cathedrali omni pompa sepultus. Isti succedit *Ioannes* Comes de *Werdenberg*. Bauaros inter et Augustanos lites componuntur, et pax restituitur. Pacis articuli, eorum promulgatio. Superstitio publice punitur. Luxus in celebrandis nuptiis decreto inhibetur. *Iacobus Fugger* obiit apud S. *Mauritium* sepultus.

1470. *Melchior* Abbas plura bona coemit, aedificia partim ampliauit, partim restauravit. Noua cum Bauaris orta dissidia componuntur. Episcopus solemni pompa in vrbem ingressus, omni honore tum a senatu tum a Clero susceptus, muneribusque honoratus est. Vicissim iura priuilegiaque illibate seruanda promittuntur. Choreae et hastiludia instituuntur. Ad diem S. *Vdalrici* ad balistarum aliosque ludos perplures literis inuitauit. *Melchior* Abbas in capitulo Erfordiensi praesidet. Meretrices vrbe expelluntur. 1471. *Vdalrici Schwarz* Consulis iussu patibulum purgatur. Corotrophium fundatur. Comitatus Caesari mittitur. Monasterium Fultenbacense ordini, instigante Abbate nostro restituitur, eique *Georgius Helfer* San-Vlricanus praefectus est. Eodem Abbate nostro Ottenburanum monasterium reformatur. Idem Bibliothecam ampliatam libris tum impressis, tum scriptis instruxit, eique fratrum cellas superstruxit. *Casparus Hofreiter* anniuersarium fundauit. *Bartholomaeus Rhem* sacris vestibus sacram suppelectilem ditauit. Sacellum S. *Seruatii*, vnacum coenobio S. *Nicolai Henricus Miller* restaurauit. *Sigismundus* ab *Argau* vrbis hostis captus, plurium precibus a morte liberatur, vrbique reconciliatur. 1472. *Henricus Erlbach* dissidiorum cum Bauaris fomes Ratisbonae capite plectitur. S. *Wolfgangi* sacellum extruitur. Plures ob crimina patrata multantur. Burgouium Episcopo oppignoratur. *Ioannes Frank* San-Vlricanus, qui varios libros picturis exornauit, obiit. 1473. *Iacobus* ab *Argau* vrbi reconciliari nequit. Augustae comitia celebrantur. Principes adventientes muneribus honorantur. Transitus in ecclesiam cathedralem pro Caesare conficitnr. Regalia conceduntur. Homagium a ciuibus praestatur. Priuilegia confirmantur. Choreae instituuntur. Caesar Vlmam se confert. Annona vili emitur pretio. S. *Vdalrici*

templi ſtructura completur. *Fuggeri* inſignia impetrant. 1474. Abbas *Melchior* aeternitatem adiit. Iſti ſuccedit *Henricus Fries*, virgineus dictus, qui cultum B. V. M. promouit, monaſterium inſtaurauit, bibliothecam libris adauxit, refectorium extruxit. Daniae Rex Auguſtam veniens, munera accepit. Caeſar Auguſtae comitia celebrauit. Sepulchra Chriſti in die paraſceues ab Imperatore et Epiſcopis viſitantur. In Comitiis principes quidam regalia accipiunt. *Fridericus* Palatinus proſcribitur. Imperator cum principibus in Corporis Chriſti feſto proceſſionem comitabatur. Feſto SS. *Petri* et *Pauli* ingenti turbine tecta deiiciuntur, arbores funditus euelluntur, et S. *Vdalrici* templum deuaſtatur, pluribus ſub ruina ſepultis. Bellum contra Burgundiae ducem paratur. Auguſtani a Caeſare inſolita inſolentia debiti ſolutionem poſtulant. Is filium ſuum Epiſcopo Auguſtano committit. Vino vectigal imponitur. Auguſtani Caeſari auxiliares copias mittunt. Tributum imponitur. *Henricus* Abbas nouam templi ſtructuram molitur. P. *Ioan. Figulus* muſicus et ſcriptor obiit. S. *Gothardi* capella ab *Henrico Miller* reſtauratur. Daniae regina Auguſtam ingreſſa donis honoratur. Tributum iuxta bonorum aeſtimationem pro bellicis ſumtibus deſtinatur. 1475. Auguſtani ex bello redeunt. Filii Auguſtenſium a canonicatu eccleſiae cathedralis excluduntur. Duci Bauariae nuptias celebranti munera Auguſtani mittunt. 1476. Conſul *Schwarzius* conſulatum ſua nequitia ad dies vitae ſibi ſtabiliuit. Heluetiis aduerſus Burgundiae duces ſuppetiae feruntur. *Conradus Agſt* Prior San-Vlricanus obitt. Impoſtor multatur. Bombardarum ludus inſtituitur. Senatus membra augentur. Moniales S. *Nicolai* Abbatis obedientiae ſe ſubtrahunt. *Henricus* Abbas aedificia a ſuo praedeceſſore incepta complet: S *Gregorii* ſacellum conſtruit. *Ioan. Rochus* parochiae noſtrae vicarius, et *Wolfgangus Stamler* noſtrae eccleſiae benefactores obiere. Mos ligna dimetiendi Auguſtae introducitur. *Schwarzius Vitelliis* fratribus maxime infenſus, eos cum ſuis complicibus capite plecti iubet. Funebria pro iisdem in noſtra eccleſia perſoluta ſunt. *Andreas Frickinger Ioan. Vitelli* ſocer in aſylo noſtro moritur. Alii criminum rei ſuſpenduntur. *Maximilianus* Rex muneribus honoratur. Haſtiludia celebrantur. 1478. Frater Vitelliorum apud Caeſarem vindictam in ſenatum Auguſtanum implorabat. *Schwarzius* conſul in ſenatus conſeſſu capitur, et cum ſuis complicibus in vincula coniicitur. Eius confeſſio. In patibulo periit. *Ioan. Onſorg. Schwarzii* aſſecla perfoditur. Iſtius ſocii diuerſimode puniuntur. Quidam Patriciis adiungi recuſant. Caelibes et vidui a ſenatu excluduntur. *Henricus* Abbas atrium monaſterii lapidibus ſterni, libros Chorales conſcribi curauit: decimas in Bobingen acquirit. Indulgentiae ſtipem pro bello contra Turcas dantibus conceduntur. Caeſari ſuppetiae feruntur.

1480. S. *Adalheronis* corpus reperitur. Epiſcopus imperii legatus ad Galliae regem miſſus eſt. *Wilhelmus Hagenoer* et *Hermannus Noerlinger* quatuor praedia S. *Vdalrico* obtulere. Septem fontium origo. *Hauſtetteri* fundationes. 1482. Haſtiludia inſtituuntur. Defuncto *Henrico* Abbate, *Ioannes* de *Gittlingen* electus eſt. Is Wiblingam reformauit. Caeſar 1482. ab imperii ſtatibus auxilia efflagitat. S. Crucis Praepoſitus reipublicae campanam et horologium in ſuae eccleſiae turri pati noluit. *Ioannes* legatus a capitulo prouinciali ad Epiſcopum Euſtadianum deputatur. *Henricus Pittinger*, qui plures libros ſcripſit et venuſte depinxit, obiit. S. Suppellex munificentia *Conradi Sartorii* ditatur. Monaſterii priuilegia a ſummo Pontifice confirmantur. *Iacobus* ab *Argau* Auguſtanis reconciliatur. *Albertus* Saxoniae dux Auguſtam tranſiens muneribus et ludis inſtitutis honoratur. Licus ſuburbium S. *Iacobi* inundauit. Mitra pretioſa, et deaurata catena comparantur. Lites cum Epiſcopo ob ſaluum conductum, et canonicis ob ciuium filiorum exclusionem

clusionem a canonicatu oriuntur. 1485. Augustani Bauariae ducibus auxilium mittunt. In nostro monasterio prouinciale fuit celebratum capitulum. *Fuggeri* ad mercatorum album transeunt. Vrbis priuilegia confirmantur et augentur. Abbas *Ioannes* a Papa calices consecrandi potestatem impetrauit. 1486. Burgouia Bauariae duci oppignoratur. *Maximilianus* Caesaris filius Romanorum Rex eligitur. *Ioannes* Episcopus Francofordiae obiit, Augustae sepultus. In eius locum *Fridericus* de *Hohenzollern* subrogatus est. Praepositus Augustanae ecclesiae *Ioannes* Ierosolymis moritur. Fraternitas corporis Christi ad ecclesiam S. *Vdalrici* transfertur. 1487. *Albertus* Bauariae dux munera Augustanorum recusat. Lis inter Episcopum et istos ob imperialem praefecturam Menchingensem oritur. Episcopus *Ioannem Kaiserbergerum* Argentina Augustam vocat, et concionatorem constituit. Ille cum quibusdam nobilibus Norimbergam ad comitia profectus est. In iisdem ludi, et comessationes habebantur. *Vitelli* Augustanis infensi quosdam eorum intercipiunt. *Petrus Wagner* San - Vlricanus congestum illustrium monachorum scripsit. Hastiludium vltimum Wormatiae celebratur. Recensentur nobiles ibidem praesentes, exhibitis etiam eorum insignibus. Hastiludii leges. Hastiludia omnia numero triginta sex et nobiles in iis praesentes, et in societates distincti memorantur, eorumque insignia exhibentur. Lis cum *Georgio* Bauariae duce componitur. 1488. Catenae angulis platearum adpenduntur. Caesari subsidia feruntur. Turri ecclesiae Cathedralis nouum tectum imponitur. Nocturnus exitus Episcopo et suis a senatu denegatur. Fuggerorum insignia mutantur. Prytaneum Patriciorum conflagrat. Suenicum foedus initium sumit, et in quinque circulos, quorum cuiuis dux attribuebatur distribuitur. Mellicenses monchos *Ioannes* Abbas Augustam vocat: monasterium restaurat, organum comparat. Corpora SS. *Wiberpi* et *Nidgarii* inueniuntur. Lites inter Bauariae ducem et Abbatem Vrsbergensem 1489. componuntur. Episcopus vrbi erat infestus. *Maximilianus* Rex Augustae omni honore excipitur, Suburbium S. *Iacobi* munitur. Episcopus diutius vrbem molestare prohibetur.

1490. Templum S. *Vdalrici* ornatur, et S. suppellectili ditatur. *Leonardus Wagner* scriptor eximius choralem librum scripsit. Augustani in capitulo ecclesiae Cathedralis, de non suscipiendis eorum filiis ad canonicatum conquesti sunt. Antemurale erigitur. Rex *Maximilianus* Augustam venit. Foedus Suenicum crescit. S. *Catharinae* monasterium extruitur. Episcopus vrbis subditos infestat. Bellum componitur. Ciues armis instruuntur. Canonici ab Augustanis saluum conductum postulant. 1491. Annona ingrauescit. *Maximilianus* Augustam venit. Pro ecclesia S. *Mauritii* historia passionis domini depingitur, turrisque altius ducitur. Senatus pauperes pane subleuare studuit. Molendinum iuxta xenodochium *Ioan.* Abbas redimit. Historia inuentionis S. *Simperti.* Liga Suenica Augustae conuentum habuit. Bauariae dux a foederatis proscribitur, armisque impugnatur. Adparatus belli enarratur. Ratisbona ab illis imperio restituitur. Burgouium Episcopo Augustano iterum oppignoratur. Translatio S. *Simperti* Rege Rom. imperiique principibus praesentibus omni solemnitate instituitur. Episcopus *Fridericus* cantum *tenebrae* introduxit. 1493. Dissidia cum Bauaris Augustani pecunia soluta composuerunt. Lege cauetur, ne quis alterius dominio subiectus ad municipium recipiatur. *Ioan.* Abbas crucem S. *Vdalrici* exornari, et bacula pastoralia elaborari curauit. Foedus spirituale cum pluribus monasteriis iniit. Genealogia SS. *Vdalrici* et *Simperti* a *Matthaeo* Marescalco de *Pappenheim* componitur. *Georgius Polster* monachus Andecensis poeta nostrum monasterium carminibus exornauit. S. *Simperti* cultus augetur. Molendina aliaque aedificia restaurantur. *Fridericus* Imperator Augustae moritur, Viennae sepultus. Eius

filius

filius *Maximilianus* eidem succedit. *Buchardus Engelberg* Vlmensem ecclesiam ruinae proximam firmauit. 1494. Augustanis a Bauariae duce Schwabeck oppignoratur: Caesar Augustae nuptias celebrare cupiens, morbo impeditus, Oeniponti celebrauit: ab Augustanis muneribus honoratur. Turris S. *Mauritii* structura completur. Nouum coemeterium conditur. Vrbs munitur. Parochia S. *Vdalrici* monasterio penitus incorporatur. 1495. Coemeterium extructum benedicitur. Lue gallica ingruente, pro illa infectis xenodochium extruitur. Alnid coemeterium conditur. *Ioan.* Abbas terrae sanctae tabulam depingi curauit, monasterio plura bona comparauit. Aethiopes monachi Augustam veniunt. Wormatiae principum conuentum Caesar coegit. Wirtenbergiae comes *Eberhardus* Dux creatur. Eidem regalia conferuntur. Puellae inuicem cohaerentes procreabantur. Licus non sine Haunstettensium damno per nouum canalem ad vrbem deducitur. *Georgius Vetter* Vlmensis Augustanis patriciis adscribitur. Defuncto *Ioanne* Abbate 1496. in eius locum per compromissionem suffectus *Conradus Moerlin*, qui septem altarium indulgentias impetrauit, et *tenebrae* cantum instituit. Patriciorum leges confirmantur. Antemurale extruitur. Comitia Augustae celebrantur. *Conradus* Caesari a Consiliis, ab ipso plura impetrauit priuilegia. Sacellum S. *Afrae* in lici campo restauratur et consecratur. Neresheimenses per nostros reformantur. Plura bona ab illo comparantur. Lindauiae comitia habentur. *Conradus Peutinger* et *Iosephus Grünbeck* necnon *Sigismundus Grimm* Augustae floruere. 1497. Altare in capitulo affabre sculptum consecratur. Tributum a Caesare imponitur. Moenia vrbis altius extolluntur. *Fuggeri* fortuna crescunt. Abbatissa S. *Stephani* deponitur. 1498. *Ioannes Langenmantel* sueuicae ligae dux declaratur. Caesar aduersus Heluetios et *Grisones* bellum parat. Augustani suppetias eidem ferunt. Lupi homines adgrediuntur. Moneta noua cuditur. Nouae orbis partes deteguntur. Augustani ad illas partes lucri causa se conferunt. Preces pro felici foederatorum successu instituuntur. *Conradus* Abbas templi nauim testudine concamerat, totumque absoluit opus.

Liber septimus ab anno MD. vsque ad annum MDXLVIII.

1500. Foederatorum articuli prelo euulgabantur. *Matthaeus Lang* Augustanus, resistentibus licet canonicis, praepositura ecclesiae Cathedralis a Papa decoratur. Is ab ipso canonicis obtinuit facultatem praepositum deinceps eligendi. Caesar imperii principes ad conuentum Augustae celebrandum conuocat. Qui aduenerant, recensentur. Imperatrix Augustam veniens, tum a principibus tum a clero solemni honore excipitur. Comitis Goerzensis exequiae Caesaris iussu Augustae peraguntur. Senatus pro lanionibus et hospitibus tractandis leges condiderat. Comitiorum decreta ecclesiae valuis affigi Caesar iussit. Processionem in festo corporis Christi cum principibus comitatus est. Principes vario ludo oblectatur. Ipso etiam praesente festum S. *Vdalrici* omni solemnitate peractum fuit. Describitur templi extructi dedicatio, et primi lapidis positio a Caesare facta. In huius memoriam statuam equestrem iustae magnitudinis extra chorum S. *Vdalrici* poni manda it, Ast eo defuncto, incompleta permansit. Hastiludia celebrantur. Regalia Marchioni Brandenburgico conferuntur. Inuestiturae istius ceremoniae recensentur. Comes *Frangepanis Langiam* sibi copulauit. *Fuggeri* Caesaris debita soluunt. Legatus Pontificius ob debita contracta detinetur. Comitiorum tempore annona vili emebatur pretio. lis solutis, pretium haud parum creuit. Verborum pronuntiatio immutari coepit.

Poeni-

Poenitentium cohors Auguſtam venit. Foederati conuentum ibidem coegerunt. Annona ingraueſcit. Licus noſtram regionem inundauit. Fame laborantibus ſenatus ſuccurrit. Officina pro fundendis aereis machinis cum armamentario extruitur. *Petrus Wagner* San-Vlricanus Thierhauptanus Abbas poſtulatur. Diſſidia inter ſenatum et Canonicos ob iurisdictionis violationem oriuntur. 1502. Templum S. Crucis cupro tegitur. *Sigismundus Goſſenbrot* veneno necatur. Caeſar, camerae imperialis iudicium in priſtinum nitorem reducturus, in Epiſcopi palatio ſeſſionibus intereſſe voluit. In quo iudicio *Conradus Peutinger* Fiſcalis officio functus eſt. Bombardae a *Nicolao Oberacker* fundurtur. Carceres ſubtus curiam extruuntur. 1503. Cruces in veſtibus conſpiciuntur. Qua ex cauſa ad iram dei mitigandam proceſſio, praeſentibus Caeſare et Imperatrice ad S. *Vdalricum* inſtituitur, plurimis cumImperatrice nudis pedibus incedentibus. Blaſphemi puniuntur. Piſcatorum ſcabinus vrbe expellitur. *Andreas Hoerwart* in ſacra peregrinatione in Aegypto moritur. Pulueris nitrati promtuarium extruitur. Ciues capillos tondunt, et barbam nutriunt. *Philippus* Hiſpaniarum rex Auguſtam venit. Caeſar diſcordias inter *Rupertum* Palatinum et *Albertum* Bauariae ducem ob haereditatem ortas fruſtra ſopire niſus eſt. *Fridericus* Epiſcopus miſſam de paſſione domini in Capella S. *Gertrudis* ſingulis feriis ſextis cum eleemoſina 42 pauperibus eroganda fundauit. 1504. Caeſar Auguſtam veniens a *Iuliana Peutingeri* filia quadrima latina acclamatione ſalutatur. Comes Palatinus proſcribitur. Bellum aduerſus illum paratur. Palatinatus deuaſtatur. Palatini cum ſuis foederatis Bauariam depopulantur. Monaſterium Thierhauptanum ab iſtis ſpoliatur et comburitur. Rebus omnibus dilapidatis, Palatinus arma depoſuit. Finito bello Caeſar Auguſtam rediens militare trophaeum S. *Simperto* conſecrauit. Auguſtani a Bohemis quinque vexilla obtinuerunt. Ludi ex ſclopetis et arcubus inſtituuntur. *Peutingerus* ſermones conuiuales typis euulgauit. 1505. *Vdalricus Walther* obiit, relictis 133. liberis nepotibus et pronepotibus. *Fridericus* Epiſcopus e viuis abiit. Huic ſucceſſit *Henricus* de *Lichtenau* vltimus ſuae gentis. Homicidae puniuntur. Textor in quadrageſima carne veſcens publice multatur. *Dietgezius* a *Beclichingen* foederatorum hoſtis ab Auguſtanis capitur. *Fuggeri* Indiano mercatu ingentes collegerunt diuitias. *Dieteinheimerus* patriciorum collegio adſcribitur. *Georgius Fugger* obiit. 1506. Caeſar tres ceruos in nemore cis licum arcu confodere concedit. Turris S. *Vdalrici* fundamenta ponuntur. Thierhauptenſe monaſterium reſtituitur. Hiſpaniarum rex *Philippus* moritur. Arculudium Francofurti celebratur. Sueuiae foederati lites inter Brandenburgiae Marchionem et Norimbergenſes compoſuere. Nouus lugendi mos Auguſtae introducitur. *Matthaeus Langius* Wellenburgum emit. *Kirchbergenſem* et Weishornenſem comitatum Caeſar *Fuggeris* oppignorauit. Mercatores Auguſtani capitui in arce Schwarzenburg detenti foederatorum ope libertatem obtinent. 1507. Notariis procedendi ratio praeſcribitur. Conſtantiae comitia habentur. Venetorum legatus Auguſtae expellitur. Caeſari ſubſidium fertur. Legatus apoſtolicus Auguſtam venit. 1508. Clerum inter et ſenatum ratione Anniuerſariorum et ſepulturae pacta fiunt. Caeſar Tridenti coronatur. Fons fiſtularis in foro vinario ex lapide conſtruitur. Epiſcopus in ſuo palatio praealtam erigi curauit Turrim. Arx Wellenburg reſtauratur. *Ioannis Stamler* dialogus de diuerſarum gentium ſectis ab *Erhardo Ratholt* typis expreſſus eſt. *Hoerwartorum* Epitaphium apud S. *Georgium*. Senatus diuerſis ludis ciues ſuos recreare ſtuduit. *Ioan. Trithemius* ſequentiam de S. *Anna* compoſuit. Diuerſi ludi a ſenatu inſtituuntur. Fabrorum ferrariorum officinae conflagrant.

Fons fiſtularis ad S. *Mauritium* erigitur. Indiana negotiatio optime ſucceſſit. Coemeterium apud eccleſiam Cathedralem complanatur.

1510. Fornax praegrandis e ferro fuſus in curia ponitur. *Conradus* Abbas, qui nouum chorum Caeſaris et Fidelium ope erexit, aere alieno relicto, obiit in periſtylio ſepultus. In huius locum ſubſtitutus eſt *Ioannes Schrott.* Floruere in noſtro monaſterio *Leonardus Wagner*, ſcriptor celeberrimus et *Otmarus Luſcinius* Argentina Auguſtam vocatus. *Anna Laminitia* impoſtrix, detectis impoſturis, multatur. Principes imperii Auguſtae coguntur. *Vlricus Fugger* obiit. Eius liberi. Tempore Comitiorum haſtiludium habetur. Horreum iuxta S. Crucem extruitur. 1511. Hyems erat aſperrima. Contra vſuras ſenatus decretum ſtatuit. *Vlricus* Wirtenbergiae Dux Bauariae duciſſam in vxorem duxit: pluribus principibus praeſentibus nuptiae fuere celebratae Fagabundi morte puniuntur. Homo guloſus Caeſari offertur. Familia Kirchbergenſis *Philippo* Comitis morte ſuit extincta. Lites ob iurisdictionem Gerſthofae cum Epiſcopo ortae ſopiuntur. *Petro Wagner* Abbati Thierhauptano, *Leonardus Gregg* etiam San-Vlricanus in eius locum ſubrogatus eſt. 1512. Magna pauperum copia Auguſtae inueniebatur. *Matthaeus Lang* Caeſaris Legatus Romam miſſus eſt. Bellum contra Gallos paratur. Sueuorum in illo egregia facinora. Sueuorum foedus in Comitiis Auguſtanis confirmatur. *Fuggeri* ad d. *Annam* organum erexerunt. Plures aedes flamma deuaſtantur. Auguſtani Caeſaris iuſſu arcem Hohenkre diruunt. 1513. Caeſar Auguſtae cum Anglis foedus fecit. *Ioan.* Abbas hiſtoriam veteris et noui Teſtamenti in oblongo panno *Melchioris Stunz* munificentia depingi curauit. Fratrum Ord. Praedic. templum extruitur. Textores bello bombyce orbati ſunt. *Georgius* a *Freundsberg* Venetos proſtrauit. Epitaphium *Ottonis III.* Imper. in eccleſia Cathedrali fuit poſitum. 1514. Tres ſoles adparent. Ruſtici Wirtenbergenſes ſeditionem excitant. Plures morte multantur. *Matthaeus Langius* Cardinalitia dignitate decoratus Auguſtam venit. Nocturnus introitus miro artificio conſtruitur. Fuggerorum ſumtibus in pluribus academiis plures de vſura et monopoliis inſtituebantur diſputationes. Templo Dominicanorum extructo, ad rei memoriam tabulam marmoream, inſignibus benefactorum ex vtraque parte exornatam poſuit. 1515. Caeſar magnifice ſe ad neptis ſuae nuptias cum Hungariae rege celebrandas praeparat. Diſſidia ob tranſitum ex Epiſcopali palatio ad eccleſiam Cathedralem cum tutoribus eccleſiae et de Oberhuſianis molendis orta componuntur. Patricii et ſenatores inter ſe diſſidentes. Hypocauſtum pro patribus conſcriptis extruitur. Campana pro eccleſia S. Crucis funditur. 1516. Vexillum Bauariae inſignibus depictum, et cis lici pontem poſitum a ſenatu dimouetur. Monſtroſus homo Auguſtam venit. Moniales S. *Catharinae* ob chori nouam ſtructuram Praedicatorum templum accedunt. Ioachimis Thaleri ex argento in Bohemiae alpibus reperto cuduntur. 1517. Multa pecuniaria in iniuriantes ſancita remittitur. *Henricus* Epiſcopus, qui plures arces et templum S. *Vdalrici* Dillingae reaedificauit, obiit Auguſtae tumulatus. In eius locum ſuffectus eſt *Chriſtophorus de Stadion.* In Abbatiſſam S. *Stephani* electa eſt *Anna* ab *Ochſenſtein.* Aethiopes monachi Auguſtam ad Caeſarem veniunt. In eccleſia Cathedrali officium decantant. *Fuggeri* a Papa parochum canonicum ad eccleſiam S. *Mauritii* praeſentandi facultatem impetrant. Annona ingraueſcit. Pauperes a *Wilhelmo Rhemio* ſubleuantur. Auguſtani cum Bauariae duce ob lici aedificium contendunt. Caeſar priuilegio in Auguſtanorum fauorem dato litem diremit. *Martinus Lutherus* contra indulgentias theſes publici iuris fecit. 1518. Sudor Anglicus magnam hominum copiam enecauit. Choreae praeſente Caeſare inſtituuntur. Mulieribus ſaltanti-

bus

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

tantur. Auguſtani a Caeſare haereſis arguuntur. *Lutherus* illos ad perſeuerantiam adhortatur. Proceſſio pro felici contra Turcas expeditione inſtituitur. *Matthaeus* de *Pappenheim* hiſtoriam de Epiſcopatus et vrbis Auguſtanae antiquitate ſcribit. Aedem pro concionatore fundauit. *Matthaeus Langius* Salisburgenſes ciues rebelles domauit. *Freundsbergius* Gallorum et Heluetiorum victor in Germaniam redit. 1524. Cardinalis Feltrenſis Auguſtae ob ſeditionis metum haud debito exceptus eſt honore. Senatus veſtium luxum decreto moderatur. *Lutheri* aſſeclae quadrageſimae tempore carne veſcuntur: S. communionem ſub vtraque ſpecie ſumunt, et aquam luſtralem deſpiciunt: imagines S. a petulantibus defoedantur, S. hoſtia ex ſacrario d. *Annae* auffertur. Principes *Lutheri* ſectam propulſuri Ratisbonae conueniunt, ſed ſero medicina paratur. Senatus Lutheranum praedicatorem *Ioan. Schilling* vrbe expellit, quod non ſine ſeditione factum eſt. Canonici tumultuantem plebem metuentes, vrbe exeunt, eosque plures ciues ditiores ſecuti ſunt. Bombardae ad templum S. *Mauritii* diſponuntur. *Schillingii* reditu ſeditioſi animi ſedati ſunt. Seditionis coriphaei capite plectuntur. Alii quoque ſeditioſi multati ſunt. Milites pro vrbis ſecuritate conducuntur. *Schillingius* iterum vrbe expellitur. Ruſticorum belli origo.

1525. Vſura prohibetur. Galliae rex a Caeſareis capitur. Ruſtici in Alſatia, Sueuia, Franconia, Turingia crudelem excitarunt ſeditionem; aſt centenis millibus occiſis, poſt tres menſes armis depoſitis, domum rediere. *Thomas Münzerus* huius ſeditionis anteſignanus cum pluribus ſociis capite truncatus eſt. Ruſtici campidonenſe monaſterium deuaſtant, et Abbatem capiunt. Arces et monaſteria diripiunt. Ruſtici ingenti clade in ſuperiori Sueuia proſtrati ſunt. Sed in Wirtenbergia inaudita crudelitate nobiles trucidarunt. Occiſorum nomina et inſignia. Monaſteria ab illis in Wirtenbergia diruuntur. Omnia Wirtenbergiae oppida in ſuam redegerunt poteſtatem. Omnem vbique crudelitatem, furorem et petulantiam exercent, nec ſacris perſonis, rebus et locis pepercere. Tandem a *Georgio Truchſeſſio* foederatorum duce horribili ſtrage proſtrati ſunt. Eorum anteſignani crudeli morte poenas dedere. Ruſticorum decreta referuntur. Hic erat nouae ſectae fructus. Auguſta munitur. His motibus Auguſtani tanquille ſe habuerunt. *Lutherus* aliique vxores ducunt. Confeſſio et miſſa abrogantur. *Iacobus Fugger* obiit, ad d. *Annam* ſepultus. Eius Epitaphium. 1526. Pulſo ab Abbate San-Vlricano, Lutherano praecone, templi praefecti ab illo domum praedicatoriam et magnam Campanam fruſtra poſtularunt. S. *Iacobi* itaque eccleſiam in ſuburbio contradicente capitulo occupant, ſacrosque ritus abrogant. Solemnis proceſſio his turbulentiis in feſto Corporis Chriſti intermittitur. Ad ſeditiones cohibendas militum numerus augetur. Canonicus Lutheranus a capitulo excluditur, beneficioque priuatur. Canonicorum nomina, et inſignia. Sutor a doemone abreptus eſt. Senatus decreto cauetur, ne ciuium bona clericis peregrinis aut oppignorentur, aut diuendantur. Moenia vrbis reaedificantur. Fuggeris praediuitibus merces ablatae reſtituuntur. 1526. Quaedam vrbis moenia corruunt, pluresque viros proſtrauerunt. Lutherani in quadrageſima clam carnes edunt. In S. Crucis eccleſia ſcelera ab iſtis perpetrantur. Anabaptiſtae in hortis conueniunt. Eorum dogmata. Iſti carceri committuntur, vrbeque expelluntur, alii vero capite plectuntur. Mulieres Lutheranos lapidibus adpetunt. Turris S. *Petri* abſoluitur, horologium in ea cum campanis ponitur. Aere alieno grauati a mercatorum ſocietate excluduntur. Bauariae duces non ſolum a ſuis ſubditis, ſed etiam ab exteris tributum poſtulant. Roma a Caeſareis occupatur et Papa captiuus tenetur. Iudae laqueum ibidem *Sebaſtian Schertlin* abſtulit.

1528. Anabaptiſtis vrbs interdicitur. Alii vero diuerſis modis multantur. *Ioan. Itelius Langenmantel* haereſis reus, eadem prius abiurata capite plexus eſt. Lutherani in Bauaria variis multantur modis, anabaptiſtae vero comburuntur. Caeſar Auguſtanos per legatum a *Lutheri* ſecta ad ſuitam religionem reducere nititur. Otmarus Luſcinius, eoquod liberius Anabaptiſtas et Luthera os ſuis ſermonibus adpe eret, concionatoris officio a ſenatu priuatur. Praedicantibus lutheranis vt in doctrina vnanimes ſint, a ſenatu mandatur. Ab eodem feſta ſanctorum abolentur. Haereticorum conuentus Bernae agebatur. Reſignante *Ioanne Schrott*, *Ioannes Koenlin* Abbas electus eſt, a ſenatu muneribus honoratus. *Comitatus Schwabeck* Auguſtanis oppignoratus a Bauariae duce redimitur. *Freundsbergius* moritur. Eius Epitaphium. Vitae eius quaedam circumſtantiae. *Welſeri* in America quandam ditionem, Valentiolam dictam, poſſidebant; quae tamen, aliquot elapſis annis ab Hiſpanis illis fuit erepta. *Georgius* de *Argau* ob haereditatem ſuam cum ſenatu litem mouet. Illa durante Fridbergae obiit. Lutherani ſcholas aperiunt. Vrbis moenia ante annum incepta abſoluuntur, et iterum corruunt. Sueuiae foederati Auguſtam Haſſiae Landgrauium citant. Ob ſeditioſas motiones factas, damnaque illata multatur. Sueuiae Ligae confoederati recenſentur. Mulier homicidii rea viua ſepelitur.

1529. Imagines e ligno ſculptae in Franciſcanorum eccleſia a *Michaele Cellario* praecone, aliisque deiiciuntur, proculcantur, in fruſta diminuuntur, facto blaſphemiis excuſato. *Sigismundus Welſer* ob id fuit punitus, *Cellarius* vero cum aliis inpunitus remanſit. Iconum demolitio, abraſio ſenatus mandato prohibetur. Eccleſia S. *Vdalrici* et domus praedicatoria omni petulantia nefandisque ſceleribus a *Lutheri* aſſeclis inhonorantur. *Cellarius*, effuſis in S. Euchariſtiam et miſſae ſacrificium blaſphemiis, omnem miſſarum. et veſtium ſacrarum adparatum coram copioſa hominum multitudine ſepeliuit. Templum arae ſpurcitiis, libidinibusque prophanatur, domus praedicatoria vi occupatur. *Wilhelmus* Bauariae dux, et *Otho Henricus* Comes Palatinus ea de cauſa ſenatum rogarunt, monaſterii priuilegia et immunitatem illaeſa conſeruent. Aſt magiſtratus, id conſulto factum fuiſſe, reſpondit. Abbas S. *Vdalrici* ad Caeſarem atque imperium adpellat. Senatus ſe inſolentem erga monaſterium exhibuit, domusque praedicatoriae proprietatem eidem abiudicat. Blaſphemiae prohibentur. Chartarum ludus et compotationes interdicuntur. In Comitiis Proteſtantium nomen originem ſumſit. Proteſtantes principes et imperii Status nominantur. Ab iſtis prouocaruut ad Caeſarem, et ab hoc ad generale concilium. Plures ciuitates altaria deſtruxerunt, imaginesque combuſſerunt. Marpurgi fit diſputatio inter *Lutherum* et *Zwinglium*. Regis legati Auguſtam veniunt, ſuppetias contra Turcas petituri; aſt nihil impetrare potuerunt. *Matthaeus Chem* Lectores B. V. M. plurium criminum apud Papam falſe inſimulans, eorum curtes in Langeneiſnach ſibi vendicare ſtuduit. Idem *Raymundi Fuggeri* ſubditum in eodem loco cuſtodiae tradidit, quem ille cum precibus non potuit, armata manu extraxit. *Fuggeri Iacobi* laudes, et *Sulzeri* ingratitudo enarratur. *Ehem* iniuriam ſibi illatam vindicaturus, armis *Fuggerum* perſequi, eumque cuſtodiae tradere conatus eſt, ſed fruſtra. *Fuggerus* liberius coram ſenatu locutus, ipſius iuſſu cuſtodiae committitur, ex qua tamen Bauariae ducis interuentu dimiſſus eſt. Feſta quaedam abrogata ſenatus decreto iterum reinducta ſunt. Item ſancitur, vt contractus literis conficiantur. Vienna a Turcis obſidetur. Imperatori Auguſtani ſuppetias ferunt. Annona valde ingraueſcit. Pauperes panibus a ſenatu ſubleuati ſunt. *Ambroſius Hoechſtetter* iniquus negotiator, reipublicae haud exigua intulit dam-

na. Sudor anglicus magnam hominum copiam abſtulit. Anapabtiſtae in Wirtenbergia capti diuerſo mortis genere peremti ſunt.

1530. Comitia ab Imperatore Auguſtae indicuntur. Auguſtani Legatos ad Caeſarem ſibi reconciliandum Aenipontum mittunt. Milites praeſidiarii conducuntur; ſed Caeſaris mandato dimittuntur. Omnia ad excipiendos principes praeparantur. Primus cum ſuo comitatu, qui recenſetur, Saxoniae Elector comparuit. Huius praedicatores Catholicorum in templa ſeſe intrudunt, *Lutherus* in Saxonia remanens, quosdam ſuae doctrinae articulos ad comitia miſit. Sequentes principes et imperii ſtatus cum ſuo comitatu memorantur, eorumque inſignia exhibentur: ſcilicet *Ioachimus* Marchio Brandeburgicus: *Philippus* Landgrauius Haſſiae: *Erneſtus* Dux Brunuicenſis, Elector Colonienſis; Elector Moguntinus, Epiſcopus Herbipolenſis, *Georgius* Marchio Brandeburgicus, *Georgius* Dux Saxoniae: *Albertus* Dux Mechleburgicus, Epiſcopus Bambergenſis, Archiepiſcopus Bremenſis, *Gualterus* de *Cronburg* Teuton. Equitum ſupremus magiſter, Epiſcopus Euſtadianus, Epiſcopus Auguſtanus, Epiſcopus Wormatienſis, *Erneſtus* Marchio Badenſis, Epiſcopus Leodienſis. Praeter hos venerunt et alii quam plurimi, quorum nomina non innotuerunt. Caeſar et Rex Hungariae ac Bohemiae cum aulica Familia, quae ordine ſuo recenſetur. Iſtos comitabantur *Otto Henricus* et Philippus Fratres Comites Palatini. *Wilhelmus* et *Ludouicus* Duces Bauariae, *Erneſtus* Dux Bauariae, Epiſcopus Tridentinus, omnes cum comitatu, *Matthaeus Langius* Cardinalis et Archiepiſcopus Salisburgenſis, Regina Hungariae. Denique Legati Regum, principum, imperialium ciuitatum et catholicorum Heluetiorum. His ennarratis fuſius deſcribitur ordo, et ſingularis pompa, qua Caeſar in vrbem introductus fuerit. Muneribus a ſenatu honoratur choreaeque inſtituuntur. Caeſar feſto Corporis Chriſti cum principibus exceptis Sectae *Lutheri* addictis, proceſſionem comitatus eſt. Totus iſtius ordo recenſetur. Caeſar Principes Lutheranos ad auitam fidem reducere fruſtra conatus eſt. Praedicantes Caeſaris edicto ſermonem ad populum dicere prohibentur; aſt Principes proteſtantes eosdem intruſerunt. Comitia Moguntinus Cardinalis a re diuina auſpicatur. Principum ordo cum eorundem inſignibus delineatus habetur. Euangelio decantato *Vincentius Pimpinellus* orationem, quae integra eſt inſerta, de comitiis auſpicandis habuit. Officio miſſae finito Caeſar cum *Ferdinando*, vniuerſisque imperii ſtatibus ad Senatoriam curiam ſe contulit, ac animi ſui ſententiam per *Fridericum* Rheni Palatinum breui oratione explicauit. Sermonem dein totius conuentus nomine ad Caeſarem *Ioachimus* Elector Brandenburgicus direxit, ad quem *Fridericus* Palatinus reſpondit. Iuſſu Caeſaris in area Epiſcopaii grandis lignorum ſtrues in formam pyrae igne ſuccendendae — *Johannes Feur* — extruitur. Haſſiae Landgrauius Sacroſanctum Euchariſtiae ſacramentum ſubſannat. Pontificis legatus in comitiis perorat. Auſtriae Legati ſubſidium contra Turcas poſtulant. Proteſtantes confeſſionem ſuam Caeſari offerunt. Iſta plurimis erroribus infecta reperitur. Ciuitas Vberlinga ob fidem catholicam ſeruatam laudatur. Ab Auguſtanis homagium Caeſari praeſtatur. Iudicii camerae imperialis aſſeſſores aduenerant. In S. *Vdalrici* feſto Caeſar cum principibus officio ab Abbate decantato interfuit. Ordo ibi ſeruatus. Caeſaris mandatum de obſeruandis in comitiis curiae valuis affigitur. Werdenbergiae comes vltimus Auguſtae obiit. Ciuibus leges promulgantur. S. *Iacobi* feſtum ab iſtius ordinis equitibus celebratur. Daniae Rex Auguſtam venit. Regalia conferendi, et Caeſaris inter electores ſedendi mos deſcribitur. Pomeraniae ducibus regalia conferuntur. Pomeraniae dominia enumerantur. Illorum habitus et iuramentum. Marchio Branden-

bur-

burgicus cum Pomeranis vexilla tangit. Regalia conferendi mos describitur. Teutonicorum equitum magister *Albertus* Brandenburgicus, *Lutheri* assecla, matrimonio inito, omnibus bonis et dignitate priuatus est. In eius locum *Woltherus* de *Cronberg* substitutus, regalibusque donatus est. Istius ordinis vexilla et habitus delineatus conspicitur. Equites aurati creantur. Augustana Confessio refutatur, et damnatur. Confutationem Caesar nonnisi certa lege protestantibus concessit. Hassiae Landgrauius Caesarem explodere haud timuit. Caesar principes et status imperii adhortatus est, vt SS. Sacramentum adorarent, et Missae sacrificium non contemnant. Festo S. *Afrae* omnes Sacris interesse iussit. Hassiae Landgrauius insalutato hospite vrbem reliquit. Praeco Saxoniae Electoris filium ad discessum admonuit, eoquod Caesar tam ipsum quam patrem custodiae tradere statuit. Iste Protestantes, vt a falsa et damnata opinione desistant, admonuit. *Ioan. Schmid* praeco capitur. Reliqui praecones male sibi conscii fuga sibi consuluere. Octo ex principibus, qui de instituenda politia et reipublicae Christianae tranquillitate mutuis consiliis tractent, deliguntur. Istorum et consiliariorum nomina recensentur. Istis doctores et iurisconsulti adsociati sunt. Caesar vlterius principes protestantes ad auitam religionem reducere adnisus est. *Lutheri* doctrina, et praedicantium mores describuntur. Disputatio inter Catholicos et protestantes instituitur. *Welserorum* fata. Catenae Caesaris iussu in plateis amouentur. Regalia Austriae Archiduci conferuntur. Conferendi modus, vexilla, archiducalis habitus, ludi, epulae, et choreae hac occasione institutae, describuntur. Protestantes in colloquio instituto nimium erant inconstantes. Iisdem leges praescribuntur. Iterum quaedam disputatio peragitur; aft sine sperato fructu. Caesaris decretum contra Augustanam confessionem emanauit, cui tamen protestantes sese opposuerunt. *Ioachimi* electoris Brandenburgici ad istos sermo contra Augustanam confessionem. Respondent isti, quibus iterum reposuit. Elector Saxoniae et Marchio Brandenburgensis vrbem reliquerunt. In Minoritarum ecclesia iterum sacra peraguntur. Caesar Augustanos de religione arguit. Lutherani Sacris ad d. *Petrum* interfuerunt. Ciues apud suos capitaneos, pulsata classica campana, conuenire senatus decreto iubentur. Zwingliana haeresis reiicitur. Augustani Caesari deliberatione prius habita, respondent, se eius edictum de religione salua conscientia accipere non posse, Comitiorum recessus promulgatur. Sequuntur eorum nomina, qui isti subscripserunt, sigillisque munierunt, *Fuggeri* Barones a Caesare declarantur, et cudendi monetas obtinent facultatem. Caesar cum Vngariae rege discedit. Vlmae diuerti recusauit. Protestantes Schmalcaldiae conuenfunt. Comitiorum tempore annonae pretium significatur.

1531. Catholici senatu excluduntur. Plures hominum subito mortui sunt. Bombardae funduntur. *Ferdinandus* Rex Romanorum, reclamantibus principibus protestantibus, Coloniae eligitur. Anabaptistae exulantur. Alii vero aduenientes praedicant. Praedicantes in doctrina dissident. Nouus communionem recipiendi modus et baptismi forma introducitur. Suppetiae contra Turcas feruntur. Lutheri assectae a *Ioachimo* Brandenburgico multantur. Vlmenses in suis ditionibus Catholicam exulant religionem, istiusque ministros. Annona ingrauescit. Fruges ex Austria petuntur. Patibulum renouatur. Senatus ex legato *Vdalrici Langenmantel* Canonici S. *Mauritii* S. *Annae* gymnasium erexit. Comitatus Schwabeck oppignoratus a Bauariae duce redimitur. 1532. Fratrum ord. Praed. monasterii pars in cineres redigitur. Senatui reddituum libros tradere isti recusant. Sodomitae puniuntur. Liber Zwingliana haeresi infectus, Augustae impressus, Caesaris et senatus mandato prohibetur. Munera desponsatis dari solita decreto abrogantur. Co-

piae militares, quarum dux *Schertlinus* erat, contra Turcas mittuntur. Auguſtani aliis militare ſenatus decreto prohibentur. Fruges ad forum publicum vendendas exponi ſenatus voluit. In die paraſceues campanae pulſantur. Panni fraus detegitur. *Georgius* ab *Argau* vltimus huius Familiae ſurculus moritur. Eius bona diſtrahuntur. Quadam eorum parte S. *Antonii* xenodochium fuit ditatum. Reipublicae cancellaria extruitur. *Ambroſii Hoechſtetteri* mercatoris infortunia. Minoritarum S. ſuppellex diuenditur. 1533. *Marcus Ehem* cum ſociis ſuis Catholicorum ritum in eccleſia S. *Mauritii* abrogare ſumma inſolentia iuſſus eſt; praecipue vero in feſto aſcenſionis domini haud ſine magno tumultu illam celebrare ſtuduit impedire. Ex quo inter *Antonium* et illum virum inſolentem controuerſiae ortae ſunt. *Antonius Fugger*, tumultus reus accuſatus, ſenatus iuſſu cuſtodiae traditus eſt. Inſolentiae etiam in eccleſia S. *Vdalrici* et Cathedrali patratae ſunt. Proceſſio in feſto corporis Chriſti ſenatus decreto interdicta fuit. Eccleſiae S. *Vdalrici* caldarium benedictae aquae confringitur. Coemeterium S. *Mauritii* profanatur. Senatus quosdam ad Epiſcopum ablegauit, vt officium miſſae abrogetur, campanarum pulſus inhibeatur, et Magiſtratui poteſtas in parochias et parochos concedatur. Petitiones iſtas Epiſcopus reiecit. Sacrilegia in eccleſiis perpetrantur. Canonici B. V. et S. *Mauritii* proceſſionaliter S. *Vdalrici* templum in ipſius profeſto adire timuerunt. Literae ad ſeditionem excitantes reperiuntur. In iſtarum autorem fruſtra inquiritur. Moniales monaſterii *Harbruck* ſenatui iſtud tradiderunt. Annona ingraueſcit. Coemeterium extra rubram portam pro Lutheranis extruitur. Sueuica liga diſſoluitur. Auguſtani cum Vlmenſibus et Norimbergenſibus contra Lutheranae doctrinae hoſtes foedus ineunt. *Antonius* Fugger pagum Oberndorf emit. *Ioan. Rumpfart* monachus San-Vlricanus in Abbatem Thierhauptanum poſtulatur. Horologium in S. *Vdalrici* eccleſiae turri a Lutheranis non ſine Abbatis et conuentus proteſtatione ponitur. Conciones catholicorum interdicuntur. Scholae San-Annanaeae adperiuntur. Annonae pretium creſcit. Lici et Vindae inundatio haud exigua intulit damna. *Vdalricus* Wirtenbergiae Dux in ducatum reſtituitur. *Fuggeri* cum ſenatu de annuo cenſu tractant.

1535. *Lutherus* concionatorem *Ioan. Forſter* Auguſtam mittit. Concordiae domini eliguntur. Clerici, obſiſtentibus transactionibus, cuſtodiae traduntur. *Raymundus Fugger* obiit. Eius Epitaphium. Peſtis ſaeuiebat. 1536. Tribus luſtrantur, tribuliumque nomina in tabulas referuntur. Conſilium eccleſiaſticum et militare conſtituitur. Schmalcaldico foederi addicti recenſentur. Auguſtani Caeſari auxilia mittunt. *Antonius Fugger* praefecturam Werdenſem redemit, et pagum Glett coemit. *Hieronymus Meiting* Canonicus Patauienſis Chiemenſis renuntiatus eſt Epiſcopus. Praedicantes haud parum in ſuis opinionibus diſcordes erant. Catholici ritus iterum a ſenatu interdicuntur. 1537. Aſt, Clericis huic decreto parere renuentibus, altaria deiiciuntur. Clerus vrbe expellitur, altaria profanantur: moniales S. *Nicolai* coactae ſunt ſuum relinquere monaſterium, dein penitus deſtructum. Auguſtani hoc factum apud Caeſarem aliosque principes defendere conati ſunt, clero et Catholicis falſo accuſatis. Epiſcopus Auguſtanorum iniurioſam violentiam accuſat. Facto iſto illi in Caeſaris offenſionem incurrerunt. Praedicantes Catholicorum cathedras occupant. Ritus noui. Dies feſtiui abrogantur. Liber caeremonialis imprimitur. Conſiſtorium inſtituitur. Ex omnibus monaſteriis libri collecti ſunt. Scholae catholicae abrogantur. Catholicis miſſae interdicuntur. Contra Turcas auxilia feruntur. Quidam ad Proteſtantium conuentum mittuntur. Conſtituuntur morum cenſores. et 1538. Patritiorum numerus nouis familiis, reclamantibus quibusdam tribulibus, augetur. Illo-

rum familiae cum earum insignibus recensentur. Confoederati Protestantes in conuentu Brunsuicensi foedus suum prolongarunt. Fit senatus decreto ponderum lustratio. Turres quaedam et S. *Martini* sacellum destruuntur: SS. omnium Capella profanatur. Templum S. Spiritus extra vrbem euertitur. Monasterium Harbruck in corotrophium, et illud minoritarum in Xenodochium mutantur. Senatus decreto cauet, ne durantibus concionibus portae minores aperiantur, et nemo in plateis circumuagetur, et ne vllus sine denuntiationibus nuptias celebret. *Ioachimo Gawold* San - Vlricano monacho apostatae Haunstettam occupatam Bauariae dux eripuit. *Antonius Fugger* Babenhusam emit. *Hieronymus Fugger* obiit. Eius Epitaphium. Hospitale in Waltenhusen fundauit. *Ioan. Koenlin* Abbas Wittelsbaci obiit Thierhauptae sepultus. Nuptiae celebratae. 1539. Praedicantes seditiosas monerunt querelas. Mulier catholica ob infantem a sacerdote catholico baptizatum punitur. Praedicans vrbe expulsus est. Pro pauperibus studiosis stipendia fundantur. Sub concionibus in plateis diuagari, et extra vrbem missas audire prohibetur. Scholas Lutheranas frequentare omnes tenentur. Tesserarum et alearum ludi prohibentur, aliaeque leges conditae sunt. *Dauid Tettikofer* patritiorum societati, reclamantibus patritiis, adiungi voluit. Dissidia ista per liberum eius discessum sopita sunt. Tres patritii, eoquod senatui obloquuti fuerunt, custodiae traduntur. Vrbs munitur. *Simon Gollius* Wittelsbaci Abbas S. *Vdalrici* electus est.

1540. Templum S. Spiritus vnacum hospitalis villa destruitur, pecora autem et tota Familia in monasterium S. *Margarethae* transferuntur. Rationum libri summa cura conseruari senatus voluit. S. *Leonardi* turris deiicitur. Praedicantibus conuiuia interdicuntur. Leges Iudaeos respicientes factae sunt. Plures a consistorio Lutherano adulterii rei multati sunt. Hagenoae conuentus ob restitutionem ducatus Wirtenbergiae et bonorum ecclesiasticorum coactus est. Catholici punsiuntur. Comitia 1541. Ratisbonae a Caesare celebrata sunt. In istis Augustani stipendia octo studiosorum ab Abbate S. *Vdalrici* extorquere meditati sunt. Impetrarunt quoque priuilegium a senatu ad camerae iudicium non adpellandi. *Ioan. Schoener* relegatur. Stipendia studiosorum augentur. Contra Turcas auxilia mittuntur. Ludi in publicum moeroris indicium interdicuntur. *Matthaeus* de *Pappenheim* canonicus ecclesiae cathedralis obiit. 1542. Concilium Tridentinum indicitur. Adulteri multantur. S. *Leonardi* templum extra vrbem destruitur. Subsidia contra Turcas *Ferdinando* Regi feruntur. Nuptiae hoc anno celebratae. 1543. Caesaris Legatus ad comitia Norimbergam proficiscens Augustam pertransiens muneribus honoratur. Episcopus Augustanus Caesaris legatus in istis mortuus est. In eius locum *Otto* Baro *Truchses* de *Waldburg* subfectus est. SS. Trinitatis confraternitas, quae singulis annis ad S. montem peregrinari solet, instituitur. Burgouium Episcopo oppignoratur. Augustanos inter et Burgouienses ob iurisdictionem lites ortae sunt. Scholae San-Annaeae praefecti leges condunt. S. *Wolfgangi* et S. *Seruatii* templa destructa fuere. *Wolfgangus Rehlinger*, consulatu resignato, Argentinam se contulit. Monetae deprauator cum suis complicibus multatur. Nuptiae hoc anno celebratae. 1544. Capucinus apostata Augustae praedicat. Ob nimias licentias leges matrimoniales conduntur. Spirae comitia celebrata sunt, *Otto* Episcopus cardinalitia decoratur dignitate. Germanorum exercitus in Italia clade prostratus est. Vrbis Augustae insignia augentur. Senatus decreto mercatores affines et generos suos in album suum inscribere iussi sunt. Vrbs aduersus Goeggingam munitur. *Hoechstetteri* Caesaris iussu e carcere dimittuntur.

1545. Ex xenodochii S. *Antonii* redditibus ſex ſtudioſi alebantur. Foſſa piſcatoria ducta eſt. Aediles creantur. Codices manu exarati 800 ducatis Venetiis emuntur. Scholarchae *Chriſtophorus Seld*, et *Simpertus Hofer* denominantur. Pueri a puellis in ſcholis ſeiunguntur. Iudaeorum commercia interdicuntur. Wormatiae comitia habebantur. Proteſtantes aduerſus Caeſarem et Catholicos bellum parant. Auguſtani ciues luſtrant et in centurias diuidunt. 1546. Proteſtantes Francofurti conuentum coegerunt. Caeſar Ratisbonae principes conuocauit, arma contra quosdam principes ſumſit. Saxoniae Electorem et Haſſiae Landgrauium proſcripſit. Colloquium inter Catholicos et Proteſtantes inſtituit. *Lutherus* Iſlebiae obiit. Saxo et Haſſus Caeſari bellum indicunt. Auguſtani perduelles illis ſe adiunxere, Epiſcopus Auguſtanus a Caeſare annonae praeficitur. Auguſtani Tyrolim duce *Schertlinio* inuadunt, monaſteria et templa ſpoliant: Dillingam occupant. Saxoniae Electore et Haſſiae Landgrauio Werdeam aduentantibus, ſe illis coniunxerunt. Vrbem muniunt. Proteſtantes Ingolſtadii Caeſarem obſidentes, a iſtius copiis obſidionem ſoluere coacti, profligati, et ex oppidis Neuburgo et Lauginga pulſi ſunt. Auguſtani Caeſaris aduentum timentes, pontes deiiciunt, ciues luſtrant, atque ad defenſionem ſe parant. 1547. Videntibus illis, vrbes imperii in Caeſaris poteſtate eſſe, ſuos quoque legatos veniam deprecaturos ad Caeſarem miſerunt, quam iſte ſub quibusdam conditionibus promiſit, iſtisque acceptatis eam impetrarunt. Milite ex vrbe dimiſſo, Caeſar praeſidium in eam introduxit. Homagium a ciuibus praeſtatur. Confirmantur iterum priuilegia. Aerario belli ſumtibus exhauſto vectigal ciuibus imponitur. Clerus vniuerſus ex exilio in vrbem rediit. Caeſar cum Saxoniae Electore captiuo Auguſtam venit. Caeſaris aulici vrbem intrant. Recenſentur omnes principes cum ſuis aulicis, delineatis eorum inſignibus, qui Auguſtam venere. Auguſtani damna *Ferdinando* Regi, Bauariae duci et Epiſcopo multa pecunia reſarcire coacti ſunt. Milites non ſine tumultu ſtipendia ſua petunt. Seditioſi multantur. Caeſar in eccleſia Cathedrali, prius expiata, ſacra peragi iubet. Praedicantes vrbe ſe clam proripiunt.

Tomus ſecundus reliquos Annalium libros complectitur.

Liber octauus ab anno Domini MDXLVIII. vſque ad an. MDLXXXII.

1548. Comitia principibus et ſtatibus aduentantibus, fuere celebrata. Noui conſules eliguntur. Tunetarum Rex Auguſtae a Caeſare humaniter exceptus eſt. Legati et principes adueniunt. Tres laeſae maieſtatis rei capite plectuntur. Caeſar Saxoniae Electori *Mauritio* regalia tribuit. Iſtius et electorum habitus, et conſerendi mos deſcribuntur. Caeſar ſenatui a ciuibus iuramentum praeſtandum differri iubet. Vrbis praetor ab iſto nominatur. In die Paraſceues Domini ſepulchra eriguntur, et flagellantium, crucemque ferentium proceſſio fuit inſtituta. Colonienſis Archiepiſcopus in paſchatis ſolemnitate praeſentibus Caeſare et imperii principibus fuit conſecratus. Aedificium pro pilarum luſu extruitur. Cardinalis Tridentinus Auguſtanorum merces detinuit, et ſolutis decem millibus florenis remiſit. Exequiae pro *Sigismundo* Poloniae rege Caeſaris iuſſu peractae ſunt. In feſto Corporis Chriſti Caeſar cum Rege et principibus proceſſionem comitabatur. Vini vectigal imponitur. Annona vili emitur pretio. Epiſcopus Conſtantienſis

comi-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

corum templa reſerantur. Caeſar, poſt ſuum Auguſtae aduentum, regimen ariſtocraticum reuocauit, tribus abrogauit; quidam praedicantium exulantur, caeteris vero leges praeſcribuntur. Homagium Caeſari fuit praeſtitum. Saxoniae dux libertate donatur. Caeſar Auguſtae praeſidium reliquit. Vrbs munitur. Noui praedicatores ex Wirtenbergia vocantur. 1553. Cuilibet opificio quidam praeficiuntur. *Eberhardus* prouinciae et vrbis praefectus renuntiatus eſt. *Otto* Cardinalis Eluacenſis praepoſitus declaratur. Status Sueuiae foedus contra pacis perturbatores cum Caeſare inire recuſant. Magiſtratus electio. Super domum praedicatoriam iuxta S. *Vdalrici* templum campanile ponitur. *Schertlin* Caeſari reconciliatur. *Ioachimus Fend* Abbas Thierhauptanus obiit. Eius Epitaphium. Miles praeſidiarius dimittitur. Nuptiae celebratae. 1554. Frigus, tempeſtas, pruina, grando haud parum nocuerunt. S. *Martini* ſchola pro Catholica iuuentute inſtituta fuit. Xenodochium S. *Antonii* reſtituitur. Dillingae academia fuit erecta. Illius doctores. Romanorum Rex Auguſtam principes conuocat. *Xyſtus Betuleius* ſcholae rector obiit. 1555. Recenſentur principes qui ad comitia Auguſtam venere. Haſtiludia inſtituuntur. Cardinalis Auguſtani proteſtatio contra quosdam articulos facta. Romam proficiſcitur. Paſſauienſis transactio confirmatur. Exequiae pro Regis matre in eccleſia Cathedrali peraguntur. Proteſtantes articulos fidei ſuae Tridentum mittunt. Illos *Petrus* a *Soto* refutauit. Magiſtratus forma Caeſaris conſenſu mutatur. Iſtius membra. *Albertus* a *Roſenberg* a proſcriptione abſoluitur. Diſſenſiones inter praedicantes ortae ſunt. Rex in Auſtriam reuertitur. Nuptiae hoc anno celebratae.

1556. Auguſtae pro defenſione miles conſcribitur, et extra vrbem caſtra poſita ſunt. Clerus ligni plauſtra contribuit. Milites luſtrantur. Iſti magiſtratui et *Schertliniis* iuramentum praeſtitere. Cardinalis contra falſas incuſationes ex Italia rediens ſe defendit. *Carolus* abdicato imperio, in ſolitudine reliquam vitae ſeriem transegit. Landsbergae foedus icitur. Iſti et Auguſtani ſe adiunxere. Milites dimittuntur. *Ioan. Günzburger* centurio inceſti et adulterii reus capite plectitur. Magiſtratus electio. In coemeterio S. *Georgii* veteri domo praedicatoria deſtructa, noua extruitur, non ſine praepoſiti proteſtatione. *Hier. Wolfius* Scholae Annanaeae praeficitur. Granarium magnum in S. *Stephani* ſuburbio extruitur. *Fuggeri* Caeſari auxiliares mittunt copias. 1557. Ratisbonae comitia habita ſunt. Patriciorum prytanaeum reaedificatur. Aedificia plura conſtruuntur. Statuta pro academia Dillingana publicantur. 1558. *Carolus V.* aeternitatem adiit. Aqua fontana cuiuis ciuium pro annua penſione conceditur. *Leonardus* im *Hof* haud exiguam pecuniae partem in dotem pauperum virginum et ſtudioſorum alimentum legauit. Auguſtae comitia indicuntur. Ad huius anni finem Caeſar Auguſtam venit, omni pompa exceptus. In *Antonii Fuggeri* aedibus diuertit. 1559. Principes per legatos in comitiis adparent. Caeſar a magiſtratu muneribus honoratur. Pro 12 viris egenis xenodochium conſtruitur. Caeſar in venatione aprum perſequens periclitatur. *Caroli V.* exequiae Auguſtae celebrantur. Earumdem ſolemnitas deſcribitur. Eaedem pro regina Hungariae, et Angliae peraguntur. Priuilegia Caeſar confirmat. Hiſpani praedicantem adoriuntur. Legati principum a Caeſare ad coenam inuitantur. Ob egenorum frequentiam, pauperioribus municipium denegatur. Virgines ſponſam ad eccleſiam comitantur. Horologium horam et quadrantes ſonans curiae imponitur. Varia magiſtratus iuſſu aedificia fuerunt conſtructa. Vſuris modus ponitur. Lex hoſpitii conditur. Poſt Caeſaris diſceſſum ludus equorum decurſorius fuit inſtitutus. Ieſuitae Auguſtam introducti. Lutheranis valde exoſi exti-

1560. Lignum menſuratim diuenditur. Auguſtani a Galliae Rege nec ſummam mutuo datam nec vſuram impetrant. Annonae penuria ciues magiſtratus ſubleuare ſtuduit. *Antonius Fugger* obiit, Babenhuſae ſepultus. Magnam pecuniae copiam pauperibus, et in xenodochiis diſtribui iuſſit. Pro tribus ſubditorum filiabus dotem, Babenhuſae ſcholas et in academiis pro aliquot ſtudioſis ſtipendia fundauit. Multa bona coemit. Eius liberi. Tempus ante fores canendi pueris praeſcribitur. Medicus a *Schertlinio* pugnis excipitur. Mercatores defraudarunt creditores. *Antonius Rudolph* teſtamento ſuo praedicantibus certam pecuniam dari legat. In periſtylio S. *Annae* deletis S. Scripturae figuris, ciuium epitaphia eriguntur. Pro aqua fontana penſio determinatur. Porcorum forum extra vrbem transfertur. Vigiliae 400 viris augentur. Nuptiae hoc anno celebratae. 1561. *Ioan.* a *Rechberg* vrbi et prouinciae, amoto *Eberhardo* a *Freyberg* praeficitur. In turre Perlach figurae aſtronomicae horologii ſciaterici finguntur. *Albertus* dux Bauariae cum ſuis Auguſtam venit. Ludi diuerſi inſtituuntur. Senatus electio. *Ioan Stoeklin* pro vlceroſis noſocomium fundauit. Lycus nouo canali ad vrbem deriuatur. Statua limitaris Ducis conſenſu euellitur. Sacellum S. *Othmari* A. C. addicti occupant. Nuptiae 1562. Hoſpitalis magiſter violenta manu ex noſtri monaſterii aſylo ereptus, ad carcerem deductus eſt. Foedus Landsbergenſe renouatur. Epiſcopus ad conuentum circuli ſueuici ſuos deſtinat legatos, cum mandato, vt nulli rei contra religionem aut rem eccleſiaſticam conſentiant. Bibliotheca ciuica ad d. *Annam* extruitur. Moniales Laugingenſes expulſae Dillingam ſe conferunt. Mendici vegetiores inuenti ad laborem impellebantur. Anabaptiſtae in vincula coniiciuntur. Coemeterium B. V. aequatur. Magiſtratus electio. *Maximilianus* Caeſaris filius Romanorum Rex ſalutatur. Auguſtae omni pompa exceptus, muneribusque honoratus eſt. Nuptiae celebratae. 1563. Concilium Tridentinum finitur. Ad matrimonium ſenatus decreto pauperes, et qui viceſimum quintum aetatis annum non attigit, non admittuntur. Cauponum numerus minuitur. Puella a doemonio liberatur. Militum praeſidiariorum numerus augetur. Nouum coemeterium extra piſcatoriam portam extruitur. Pro auertenda peſte proceſſiones inſtituuntur. Magiſtratus electio. Ieſuitas Epiſcopus Dillingae introduxit, eorumque collegium fundauit. Peſtilentia durante choreae et luſus interdicuntur. Coemeterium iuxta noſocomium extruitur. Capitulum Cathedrale vrbem relinquit. Precationes et proceſſiones ad Dei iram placandam ordinantur. Foederati Landsbergenſes Epiſcopo Herbipolenſi auxilium ferunt. Mulieres monetariae exilio multantur. Sueuiae ſtatus imperii Vlmae conuentum agunt, in quo ſancitum, ſolum Catholicos et A. C. addictos in imperio tollerandos eſſe. Sequuntur pacificationis puncta. Ad executionem huius pacificationis tria decernuntur I. De perſonis neceſſariis. II. De rebus. III. De modo. Nominantur Sueuiae circuli ſtatus, qui his tractatibus ſigilla ſua ſubdebant. Hoc anno 2680. Auguſtae mortui ſunt. 1564. Carnis eſus ſenatus decreto ciuibus die veneris, ſabbato et per quadrageſimam interdictus eſt. Ob patibulum inter Burgouienſes et Auguſtanos lis mouetur. Plures diuerſis ex cauſis hoc anno morte multati ſunt. *Iacobus Hoerbrot* Neoburgi ad Danubium defunctus, haereſi infectus in maleficorum loco ſepelitur. Plures conturbarunt ſuas rationes, creditoresque deceperunt. Imperator Viennae obiit. Eius liberi. Eius filius *Maximilianus* Imperator ſalutatur. Peſte durante media ſenatorum pars ſeſſiones habuit. Mortui ſunt 2542. Academia Dillingana Patribus S. I. traditur. Auguſtanorum priuilegia a Caeſare confirmantur. Hyems horrida ſaeuiebat. 1565. *Otto* Epiſcopus Tridentinum concilium acceptauit. Ad Papae electionem Romam tendit. Eius aulici recenſentur. Wirtenbergiae dux

Auguſtanorum merces intercepit; ſed iterum remiſit. Menſe Maio hyberno frigore fluuii congeliati fuere. *Sigismundus Seldius* Caeſaris cancellarius ex caſu obiit. *Hieron. Welſer* aere alieno grauatus, et ſolutionis impotens, pauperrime ſimul et miſerrime mortuus eſt. Nuptiae hoc anno celebratae.

1566. Auguſtae comitia celebrantur. Caeſar omni pompa exceptus, debitis condecoratus eſt muneribus. Epiſcopus ad Cleri reformationem Dillingae ſynodum habuit. In hiſce Comitiis regalia pluribus conferuntur. *Auguſtus* vero Saxoniae Elector omni, qua potuit, pompa eadem accepit. Tota illa ſolemnitas prolixe admodum ab Autore noſtro deſcribitur, illa quoque, qua Theutonicorum equitum magiſtro feuda collata ſunt. Ludi equeſtres fuerunt inſtituti. Auguſtani Caeſari homagium praeſtiterunt. Caeſar Danubio Viennam translatus eſt. Subſidium nummarium contra Turcas Auguſtani ſerunt. Supplicationes publicae ordinantur. Magiſtratus electio. Epiſcopum inter et magiſtratum ob auxilium contra Turcas praeſtandum lis oritur. *Carolus Welſer Philippinae* frater Baronis titulo donatus Burgouiae praefecturam adeptus eſt. Mendicorum numerus. Nuptiae ſolemniter hoc anno celebratae. 1567. Ad conuentum circuli Sueuici Auguſtani ſuos mittunt legatos. Sueuiae ſoederati Noerdlingae conuentum habuerunt. Frumenti penuria magiſtratus panes viliori vendit pretio. Caeſar Ratisbonae principum et ſtatuum conuentum coegit. *Wilhelmus* a *Grumbach* proſcribitur. Gotha occupatur, et Caeſareae maieſtatis rei capti, omnes, praeter Saxoniae ducem, capite plexi ſunt. Inter illos *Wilhelmus* de *Grumbach* erat. Feras ſylueſtres capientes, et captas ementes multantur. Frumentum ex Auſtria danubio aduehitur. Magiſtratus Bauariae duci opiparum parauit epulum. Impoſturae rea relegatur. Horologium domui praedicatoriae ad S. *Vdalricum* imponitur. Pulſus contra Turcas abrogatur. Baliſtarum ludus inſtituitur. Senatus a Bauariae Duce Fridbergae ſplendido epulo honoratur. Abuſus quidam apud opifices et artifices interdicuntur. *Ioan. Ilſung* et *Timotheus Jung* inter Caeſaris Conſilarios ſublimati ſunt. Nuptiae hoc anno celebratae. 1568. *Wilhelmo* Bauariae Duci nuptias agenti munera per legatos mittuntur. *Otto* Cardinalis muneribus honoratur. Romam petit. Stipendia pro S. Scripturae ſtudioſis fundantur. Magiſtratus electio. Sclopetorum ludus inſtituitur. Lis inter Epiſcopum et Auguſtanos ob venationem exorta componitur. 1569. Duciſſa Lotharingiae patriciorum filios ad conuiuium et choreas Fridbergam inuitauit. Vlmae conuentus a Sueuiae circulo agitur. Landsbergenſes foederati Monachii conuentum celebrant. *Ferdinandus* Archidux Auſtriae Iudaeis Pferſae habitare conceſſit. Horreum conſtruitur. In terrae effoſſione monetae antiquiſſimae repertae ſunt. Baliſtarum ludus celebratur. Conſiſtorii Epiſcopalis contemptor punitur. Annonae penuria pauperes panibus ſubleuantur. Foederi Landsbergenſi Moguntinus et Treuirenſis Electores ſe adiunxerunt. *Hieronymus Fuggerus* doctrina clarus moritur. Eius Liberi. *Raymundus Fugger* animam egit.

1570. Vrbis Praetor *Antonius Preis* Labacenſis denominatus eſt. Ruſticos armata manu ad homagium praeſtandum coegit. *Vdalricus* Comes a *Helfenſtein* cum ſuis ſubditis catholicam amplexus eſt fidem. Hunc *Gablerus* medicinae doctor ſequebatur. *Paulus Hainzel* aſtronomicum quadrantem Goeggingae erigi curat. Annona ingraueſcit. Hac in neceſſitate magiſtratus ciuibus omni annonae genere ſuccurebat. *Daniel Keller* arte Chymica nihil producere potuit. Magiſtratus electio. Fruges ex Bauaria aduehi prohibetur, ſed precibus Auguſtanorum motus dux ſuam reuocauit prohibitionem. Vindae inundatio. Nobiles de *Welden* monaſterium pro monialibus S. *Franciſci* Weldae fundarunt. Doe-

mone

mone obſeſſa liberatur. Nuptiae hoc anno celebratae. 1571. Annonae caritas durat. Magiſtratus Ducis Liguicenſis patrinus fit. Ex Rheni prouinciis fruges Auguſtam vehuntur. Peſtis ſaeuibat. Decreto cauetur, ne vagabundi in diuerſoriis ſuſcipiantur. Diſſidia inter Epiſcopum et vrbem Ratisbonenſem per Auguſtanos componuntur. Bauariae dux mandatum de non adſportandis Auguſtam frugibus reuocat. Ille cum ſuis ſaepius Auguſtam animum recreandi gratia venit. *Fuggeri* ad nuptias Bauariae duciſſae fuerunt inuitati. Negotiatorum ciſtae propter ſpurias monetas Caeſaris iuſſu viſitantur. Nouus monetas cudendi modus introducitur. *Fuggeri* domum pro ſyphilide laboribus extruunt. Turca in mari corinthiaco vincitur. 1572. Monachii Foederati Landsbergenſes conuenerunt. Bauariae dux Auguſtanis epula et ludos inſtituit. Peſtis et fames ſaeuiebant. Fruges in Turciae ditionibus emuntur. Inter praedicantes vehemens oritur diſputatio. Lotharingiae duciſſa *Raymundi Imhofii* nuptiis interfuit. Mercatores Auguſtani bello Belgico durante ingens patiebantur damnum. Annona vili emitur pretio. Orphanotrophaeum fundatur. 1573. Fluuii prouinciam noſtram inundarunt. Lotharingiae duciſſa apud *Fuggeros* diuertit. *Otto* Cardinalis et Epiſcopus Romae obiit. In eius locum ſubrogatus eſt *Ioan. Egolphus* de *Knoeringen*, ſcientia clarus, qui Ingolſtadienſem Bibliothecam fundauit. Fores ad aquaeductum corruerunt. Eſus carnium feriis ſextis et Sabbatinis diebus, per quadrageſimam interdicitur. Circulus Sueuiae Vlmae monetis perſcrutatis Auguſtenſem optimam reperiit. Mandatum fruges ex Bauaria Auguſtam non vehendi reuocatur. Saccarum *Conradus Roth* coquere coepit. Idem aromata Auguſtam ex India reduxit. Nuptiae celebratae. 1574. Bauariae dux ad conuiuium Fridbergam inuitauit Auguſtanos. *Philippo* Comiti Palatino nuptias celebranti munera per oratorem mittuntur. Epiſcopus viſitatione clericorum mores emendare ſtudet, proceſſionem hebdomatariam cum ven. Sacramento Dillingae fundauit. Iudaeos ex ſuis ditionibus proſcripſit. 1575. Auguſtanorum quidam Iubilaei tempore Romam petunt. P. *Gregorius Roſephius* eccleſiae Cathedralis concionator nimium in vſurarios inuehens a ſenatu apud capitulum accuſatur. Norimbergae conuentus ob rem nummariam habebatur. Annona iterum ingraueſcit. Auguſtana confeſſio a Patriarcha Conſtantinopolitano reprobatur. Magiſtratus electio. *Ioannes* Epiſcopus obiit. Epius Epitaphium, *Marquardus* de *Berg* mitra decoratus eſt. Fomes ceſpitius prope Stezlingam foditur. Bauariae dux Auguſtanos Fridbergam inuitauit. *Rudolphus* Auſtriae Archidux in Romanorum regem Ratisbonae eligitur. *Ioan. Iacobus Fugger* obiit. Eius liberi.

1576. Epiſcopus praeſente Bauariae duce primitias celebrat. Dillingae in Epiſcopum conſecratur. Magiſtratus electio. *Maximilianus* Caeſar moritur. Eius liberi. Concionatoribus tam Catholicis quam A. C. conuitia, diffamationes ex cathedra proferre prohibetur. Praedicanti a ſenatu bonae famae teſtimonium praebetur. 1577. Patricii iuuenes choreas inſtituunt. *Achilles Pirmin. Gaſſerus* obiit. *Sebaſtianus Schertlin* moritur. Eius epitaphium. 1578. Ludi per tormenta inſtituuntur. *Martinus Zobel* xenodochium — *Pilgerhaus* — fundauit. S. *Seuerini* ſacellum in Welſerorum aedibus extruitur. Nuptiae. S. *Simperti* oſſa transferebantur. Ex *Chriſtophori Fuggeri* bonis S. I. collegium ſundabatur. Nuptiae celebratae. 1580. Senatus conſenſu ſub quibusdam conditionibus collegium Patrum S. I. extruitur. *Fuggeri* beneficio collegium S. *Annae* erigitur. *Philippina Welſerinn* Archiduciſſa Auſtriae obiit. Eius laudis encomia. 1581. Concordiae formula a *Iacobo Andrea Schmidlino* fabricata, et a pluribus principibus et ciuitatibus adprobata. Auguſtae fuit promulgata. Praedicans Ieſuitas conuitiis offendit, et deprecari cogitur. *Mar-*

cus *Fugger* S. *Marci* ſacellum conſtrui curauit. *Marcus Beſch* San - Vlricanus Monachus ab Abbatiam Metenſem poſtulatur.

Liber nonus ab anno MDLXXXII. vſque ad an. MDC.

1582. *Rudolphus* Imperator principes, ſtatusque imperii propter Turcarum hoſtiles incurſus, belli motus in Belgio, et reipublicae bonum promouendum ad comitia Auguſtae celebranda vocauit. Recenſentur nomina principum ac ſtatuum eorumque aulici conſiliarii &c. omniumque inſignia delineata conſpiciuntur. Primus eorum erat, qui aduenerat, Auguſtanus Epiſcopus cum ſuo comitatu, dein *Vdalricus* Dux Mechlenburgenſis: Saxoniae Elector, duces Wimarienſes: *Ludouicus Madrucius* Papae legatus: *Wolfgangus* de *Dalberg* Elector Moguntinus: *Ioachimus Fridericus* Marchio Brandenburgenſis Electoris loco: *Martinus* a *Schaumburg* Epiſcopus Euſtettenſis: *Iulius Echter* Epiſcopus Herbipolenſis: *Philippus Ludouicus* Comes Palatinus Rheni Neoburgenſis cum fratribus: *Ioannis Baſilidis* Ducis Moſcouiae Legatus: *Iacobus* Marchio Badenſis: *Franciſcus* dux Saxoniae: *Ioan.* Comes e *Manderſcheid* Epiſcopus Argentoratenſis: *Erneſtus* dux Bauariae Epiſcopus Leodienſis: *Balthaſar* a *Dernbach* Abbas Fuldenſis: Legati principum et ſtatuum abſentium: Abbates et Comites: horum legati: Legati ciuitatum imperialium Legati regum, principumque extra Romanum imperium: *Rudolphus* Imperator cum Fratre *Carolo* Archiduce Auſtriae et ducibus Bauariae, ac horum ampliſſimo comitatu. Caeſar ab imperii principibus et ſtatibus apud lici pontem exceptus eſt. Vrbem ingreditur. Ingreſſus et quomodo ſuſceptus fuerit, deſcribitur. Poſt Caeſarem aduenerat *Ludouicus* dux Wirtenbergiae. Caeſar cum principibus et ſtatibus ad eccleſiam cathedralem ſe contulit. Ordo in eccleſia, confeſſus in Comitiis et in conuiuiis a principibus paratis, deſcribuntur et delineantur. *Marcus Fugger* prandium in ſuo horto principibus inſtruxit. Vltimus vrbem ingreſſus eſt. *Ioan.* a *Schoenenburg* Treuirenſis Elector. Auguſtani Caeſari homagium praeſtant. Priuilegia confirmantur. *Mathias* et *Maximilianus* Caeſaris Fratres Auguſtam cum comitatu iſtum viſitaturi veniunt. Archiepiſcopus Treuirenſis a Cardinale *Madrucio* conſecratur. Iſti a Caeſare regalia collata ſunt. Conferendi modus deſcribitur. Calendarium emendatum, eoquod inconſultis Caeſare et imperii principibus eiusmodi emendationem Papa inſtituiſſet, proteſtantes accipere noluerunt. Caeſar id negotium diſtulit. Doctores nationis Germanicae in comitiis praeſentes et ſtipendiarii belli peritiſſimi hoc anno vrbem defendentes memorantur. *Gebhardus* Elector Colonienſis *Lutheri* doctrinam profeſſus, vxorem duxit, nec Papae, nec Caeſaris monitis ad auitam reduci potuit fidem. Collegium S. *Annae* nouiter extructum omni ſolemnitate initiatum eſt. 1583. Calendarii iuſſu *Gregori XIII.* emendati et a Catholicis recepti hiſtoria. Auguſtae praedicantium quorumdam inſtinctu A. C. addicti illud acceptare in ſenatus decretum rebelles renuerunt. Templum patrum S. I. conſecratur. *Gebhardus* Archiepiſcopus et Elector Colonienſis a Papa anathemate, et a Caeſare proſcriptione perculſus, poſt cruentas dimicationes, miſer et pauper diem ſuum clauſit extremum. 1584. Diſſidia inter magiſtratum et A. C. addictos ob noui calendarii introductionem orta, eorumque compoſitio prolixe enarrantur. D. *Millerus* ſeditionis caput exilio multatur. Ob id noua excita ta eſt ſeditio. *Burchardus Furtenbach* San - Vlricanus monachus in Abbatem Fultenbacenſem poſtulatur. 1585. Mandato Caeſaris nouo Calendario repugnantes, et praedicantibus

tibus liberum miniſterium praetendentibus adſiſtentes vrbe ad quoddam tempus pulſi ſunt. *Millerus* nec in ſuo exilio tumultus Auguſtae nutrire ceſſauit. Magiſtratus electio. *Ioan. Georgius Fugger* in Hiſpania mortuus Auguſtae tumulatus eſt.

1586. Ius eligendi praecones ſenatus accedente Caeſaris confirmatione, ſibi vendicauit. Praedicantes contradicentes vrbe expelluntur. Nouos electos *Millero* inſtigante populus reſpuebat. 1587. Senatus libello apologetico typis expreſſo *Milleri* mendacia et calumnias refellere ſtuduit. Nuptiae hoc anno celebratae. 1588. Latrocinia multantur. Nobiliores hoc anno defuncti. 1589. Boues hoc anno a lanionibus mactati 15155 numerantur. S. *Galli* ſacellum ab Abbatiſſa S. *Stephani* reſtauratur. Inſcriptio ibidem inculpta. S. *Antonii* ſacellum a ſenatu reparatur. Inſcriptio ibidem exſculpta.

1590. Iuris et medicinae doctores Auguſtae commorantes recenſentur. Granarium in S. *Georgii* ſuburbio extruitur. *Ioan. Otto* de *Gemmingen* Canonicus Auguſtenſis Epiſcopatum Euſtettenſem adire recuſauit. Nuptiae celebratae. 1591. *Wilhelmus* Bauariae Dux cum ſplendido comitatu in aedibus *Octauiani Fuggeri* diuertit, muneribus a ſenatu honoratus. *Leonardus Rauhwolf* medicinae doctor hac aetat floruit. *Marquardus* Epiſcopus meritis clarus obiit. Eius Epitaphium. *Ioan. Otto* de *Gemmingen* eidem ſucceſſit. Bachanaliorum diebus varia ludicra exhibentur. Alchimiſta capite plectitur. 1592. Turcae Hungariam depopulantur. Contentio de Argentinenſi Epiſcopatu armis ſopitur. Augustani et *Fuggeri* auxiliares contra Turcas miſerunt copias. Peſtis faeuiebat. Ea durante Bauaris vrbem adire a duce interdictum eſt. 1593. Peſte ceſſante Bauaris vrbem adire conceſſum eſt. Turcae ſtrage proſtrati ſunt. *Alexii Fuggeri* liberi. Fons fiſtularis ante curiam figuris ex aere fuſis decoratus erigitur. 1594. Horologium ante Eccleſiae cathedralis valuas fuit poſitum. Turris S. *Vdalrici* anno 1506 inchoata hoc anno abſoluitur. Eius ſtructura deſcribitur. Caeſar comitia indicit. Bellum cum Turcis varia fortuna geritur. S. *Margarethae* ſacellum confecratur. 1594. Pragae et Poſonii ob Bellum Turcicum comitia fuerunt habita. *Carolus* Mansfeldiae Comes Turcarum victor, in medio fortunae curſu, diſſenteria proſtratus obiit. Fons fiſtularis cum *Mercurii* imagine cum inſcriptione iuxta S. *Mauritii* templum erigitur. *Ioan. Fridericus* Saxoniae dux moritur. 1596. Turcarum Imperator belli haud parum ſecundi pertaeſus Conſtantioopolim reuertitur. Fons fiſtularis *Herculis* in foro vinario extruitur. *Ioan Sebaſtianus Schertlin* obiit. Eius epitaphium. 1597. Peſtis per omnem Germaniam faeuiebat. *Marcus Fugger* obiit, ad d. *Vdalricum* ſepultus. Eius epitaphium. Eius liberi. Iubilaeum in Auguſtana dioeceſi promulgatur. *Fuggerorum* nuptiae. 1508. Iaurinum a Caeſareis occupatur. Auguſtae in gratiarum actionem proceſſiones publicae iterum inſtituuntur. *Iacobus* et *Ioannes Fuggeri* moriuntur. Eorum liberi. *Ioan. Otto* Epiſcopus aeternitatem adiit. Eidem ſucceſſit *Henricus* de *Knoeringen*, cleri reformator, et *Lutheri* doctrinae infenſiſſimus hoſtis. 1599. Bellum cum Turcis aliquandiu intermiſſum inſtauratur.

Liber decimus ab anno Domini MDC. vſque ad an. MDCXXXII.

1600. Turcae Caniſiam Stirae oppidum occupant. *Marcus Welſer* doctrina et rerum experientia praeclarus duumuiratus dignitate potitus eſt. *Iacobus Koeplin* Abbas, qui 52 annis noſtro monaſterio praefuit et proſuit, iuraque ſeruauit, viuere deſiit. In eius locum ſubrogatus eſt *Ioannes Merk*, qui magnis ſumtibus exornauit eccleſiam. Coemeterium Catholicorum extra portam Goeggingenſem ſtipe collata extructum, conſe-

cratur. Nobiliorum perſonarum obitus et nuptiae. 1601. Alba regia a Caeſareis Turcis eripitur, Sacriſtia eccleſiae S. *Vdalrici* et ſacellum ſuper id B. V. dicatum conſtruitur. Kirchheimenſe monaſterium pro duodecim patribus ord. Praedic. a *Marco Fuggero* fundatur. Nobiliorum obitus et nuptiae. 1602. *Philippus Emanuel* dux *Mercurii* obiit. Alba regia a Turcis iterum occupatur. Monaſterium capucinorum a Fuggeris fundatur: eccleſia conſecratur, et B. *Gualfardi* reliquae ſolemni proceſſione ab Epiſcopo in eam transferuntur. Patrum Capucinorum concionibus pietate, et arduae vitae exemplo Catholica religio reſtaurata fuit. Sacellum B. V. M. Lauretanum a *Carolo Langenmantel* extruitur. Inſcriptio inſculpta: B. V. M. ſacellum in campo Licio a *Regina im Hoff* extructum conſecratur. Nobiliorum obitus, et nuptiae recenſentur. 1603. Bellum contra Turcas longius prouehitur. Chorus eccleſiae S. *Vdalrici* ſuperior cum vtroque inferiori abſoluitur. Templi ſtructura deſcribitur. Nobilium obitus et nuptiae. 1604. Turcarum bellum continuat. In templo S. *Vdalrici* altare ſummum a *Ioan. Degler* Weilheimenſi e ligno ſculptum et plurimo auro per *Eliam Greuter* oblinitum et coloribus exornatum ponitur. Extra Fridbergam ſacellum Saluatoris renouatur, et ampliatur. Nobilium nuptiae. 1605. Germania ſeditiouibus et Turcarum bello miſere deuaſtatur. *Henricus* Epiſcopus feſtum SS. Ang. cuſtodum celebrari iuſſit, et pulſum Angelicae ſalutationis inſtituit. *Ioannes* Abbas altare S. Crucis aeneum opera *Ioannis Reichlin* ſtatuarii et *Wolfgangi Neidhard* elaborari curauit. Nobilium obitus, et nuptiae.

1606. Pax cum Turcis firmatur. Altaria SS. *Vdalrici* et *Afrae* eriguntur. Lampas argentea lampadibus tredecim inſtructa in eccleſia Cathedrali ante ſummum altare appenditur. Inſcriptio cum inſignibus. S. *Aegidii* ſacellum a *Raymundo Minderer* medico reſtauratur. Nobilium nuptiae et obitus. 1607. Hungari ad Caeſaris obſequium redeunt. Armamentarium prope S. *Mauritii* templum renouatur. Altaria in eccleſia S. *Vdalrici* conſecrantur. Ruſtici in Algouia rebelles ad officium rediguntur. Werdenſes rebelles, et catholicis valde infenſi a Bauariae duce, vrbe capta, ad officium coguntur. Nobilium obitus et nuptiae. 1608. Noui in Hungaria exorti tumultus pacificatione reſtinguuntur. *Henricus* Epiſcopus fundationem ab Ottone pro Patribus S. I. Dillingae factam confirmat et auget. Eius iuſſu in eccleſia cathedrali SS. reliquiae in dedicationis feſto populo oſtenſae ſunt. Angelica ſalutatio in noſtrae eccleſiae choro a *Ioan. Rotenhamer* picta eſt. Suggeſtum quoque hoc anno poſitum eſt. Nobilium obitus et nuptiae. 1609. Turris eccleſiae cathedralis cupro tegitur. Horologium amouetur. Macellum hodiernum extruitur. S. *Sebaſtiani* ſacellum aedificatur. *Mathias Kager* trium regum Ieſum cum muneribus adorantium hiſtoriam in choro noſtro exhibitam pinxit. Iuliae et Cliuiae ducis mors Germanici belli flammam excitauit. *Fuggeri* PP. Franciſcanorum monaſterium extruxerunt. Nobilium obitus et nuptiae.

1610. *Henricus* Epiſcopus Auguſtae ſynodum celebrauit, in qua Romanarum ceremoniarum introductio, et Seminarii Dillingani erectio fuit decreta. Recenſentur Canonici Auguſtani et dioeceſin Praelati cum eorum inſignibus in eadem praeſentes. Sequuntur ciuitates, et monaſteria ad dioeceſin pertinentia, beneficia et praecipue vrbis eccleſiae. Proteſtantes Hallae Sueuorum et Catholici Herbipoli foedus iecere. Hac occaſione bellum inteſtinum enatum eſt. *Henricus IV.* Galliarum Rex occiditur. Foederatorum Catholicorum vexilla delineata exhibentur. *Friderici* de *Moerberg* et *Befort* legionis, quae prope Auguſtam locata fuit, vexilla. S. *Vdalrici* ſodalitas reſtituitur. 1611. Paſſauienſis exercitus vrbem minorem occupat. Nobilium obitus et nuptiae. 1612. *Rudolphus*

Im-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

tiones poſtulat. Proteſtantes noſtris tranſitum per praedicatoriam domum intercludere voluerunt. Feſtum S. *Simperti* ſub ritu duplici per totam dioeceſin celebrari coepit. In noſtra vero eccleſia omni ſolemnitate, proceſſione inſtituta, per integram octauam peractum eſt. Huius anni nuptiae celebratae. 1625. Tota Europa claſſicum ſonat. *Ferdinandus* Caeſaris filius Vngariae rex coronatur. Imagines S. *Vdalrici* et S. *Simperti* ex argento Abbas fieri curauit. Nobilium nuptiae. 1626. *Bethlen* Caeſari reconciliatur. *Mansfeldius* Comes et Halberſtadienſis Epiſcopus obiere. Ruſtici Luheri doctrinae adhaerentes in Auſtria ſeditionem mouent, quae tamen ſopita eſt. *Ferdinandus* Hungariae rex nuptias celebrat. Nobilium obitus. 1627. Hoſtibus profligatis, Caeſar publica lege ſancit, vt bona eccleſiaſtica poſt transactionem Paſſauienſem ablata catholicis reſtituantur. Epiſcopus Auguſtanus iſti transactioni aſſentiens, integram reſtitutionem et praedicantium expulſionem poſtulat. Nobilium obitus et nuptiae. 1628. Auguſtam Caeſaris Commiſſarii de reſtitutione tractaturi veniunt. Domum a Capellano tempore peſtis inhabitandam iuxta S. *Iacobi* ſacellum *Ioan.* Abbas extrui curat. Iſtam Carmelitae diſcalceati primum inhabitarunt; donec monaſterium extra portam rubeam aedificaſſent. Peſtis ſaeuiebat. S. *Simperti* feſto ſolemnis inſtituebatur ad templum S. *Magdalenae* cum SS. reliquiis proceſſio. *Caſſianus* Monachus San-Vlricanus Schwarzachium Abbas poſtulatur. *Fridericus Endorfer* patricius defraudationis reus in vincula coniicitur. 1629. Proteſtantes confoederati arma contra Caeſarem parant. Caeſaris decretum, quo magiſtratui ſignificatur, quae religio in vrbe tenenda, quae ſacra quaeue ceremoniae tolerandae quis magiſtratus eligendus, quid de bonis eccleſiaſticis ſtatuendum, commiſſarius Auguſtam detulit. Praeconibus ſilentium imponitur, et qui ciuitate non gaudebant, vrbe excedere iubentur. Ruſticorum centuriae in Epiſcopali palatio cuſtodias agebant. Ex ſolis patriciis ſenatus eligitur. Templa catholicis reſtituuntur. Aedes praedicatoriae deiiciuntur. Patrini etiam Lutherani in baptiſmo ab Epiſcopo admittuntur &c. Nobilium nuptiae.

1530. *Guſtaphus Adolphus* Sueuiae Rex Romanum inuadit imperium. Proteſtantes Auguſtae in priuatis domibus canunt, et ſermones dicunt, erga Caeſarem et magiſtratum inobedientes ſe exhibent, mandataque ſpernunt: Suecorum regem adeunt. Magiſtratus decreto ab omni officio excluduntur, praebendis priuantur &c. Monaſteria in ducatu Wirtenbergenſi reſtituuntur. *Carolus Stengelius* Abbas Anhuſanus denominatur. Saxoniae Elector cum ceteris proteſtantibus principibus foedus cum Suecorum Rege ineunt, et arma contra Caeſarem et Catholicos parant. Iſtis ſe adiunxerunt Galli. Nobilium nuptiae. 1631. Magdeburgum a Caeſareis expugnatur. Magiſtratus ex catholicis eligitur Electi omnes recenſentur. Sueciae Rex Caeſareis Lipſiae profligatis, Herbipolim occupat. *Ioannes* Abbas quaeque pretioſa in ſecurum transferri locum curauit. Nuptiae hoc anno celebratae. 1632, Sueciae Rex Werdeam occupat, Rhainam obſidet. Bauariae Elector Ingolſtadium reducit copias. Proteſtantes Auguſtae armis priuantur. Clerus, et nobiles faeminae vrbe excedunt, alii in Tyrolim, alii Salisburgum fugientes. Auguſtanis auxiliares copiae e Bauaria ſubueniunt. Eorum vexilla. Lici pons flammis exuritur. Sueci Lechhuſi adueniunt. Inferior Lici pons deſtruitur. Auguſta obſidetur, et Lutheranorum ope occupatur. Exercitus pars vrbem, a praeſidiariis dimiſſam intrat. Suecorum vexilla delineata exhibentur, et legiones recenſentur. Suecorum praedicantes concionabant. Regi ab Auguſtanis homagium praeſtatur. Rex Ingolſtadium mouet. Magiſtratus contra factionem Catholicorum e ſolis Lutheranis eligitur. Recenſentur tam

mino-

inoris quam maioris ſenatus membra. Catholici armis priuantur. A Suecis Gubernares vrbis conſtituti ſunt *Georg. Frid.* Comes de *Hohenlohe* et *Benedictus Ochſenſtirn.* ero iuramentum obtruditur. Monachi San-Vlricani fidelitatis iuramentum nec conentiae, nec religionis exercitio, nec priuilegiis nec canonibus noxium promiſſis et inis coacti, Suecis praeſtiterunt. Penſionibus grauibus onerantur, et magiſtratui tritum ſoluere coguntur. Sequuntur Auguſtanorum vexilla et ſigna. Eccleſiae S. *Crucis* S. *Georgii* a Lutheranis occupantur. Tranſitum ad Baptiſmalem eccleſiam interclure Proteſtantes noſtris conati ſunt. Rex Memmingam verſus ſe confert, ſed mox lux Monachium contendit. Obſides Auguſtam Monachio deduxit. Eorum nomina cenſentur. Omnes incolae deſcribuntur. Mandata San-Vlricanis imponuntur. Falſi ud Gubernatorem inſimulantur Clerus fidelitatis iuramentum praeſtare renuit. Manta promulgantur. Fridberga a Croatis expugnatur. Sueci ac Lutherani, hoc rumore rterrefacti, ad defenſionem ſe parant. Senatoribus Catholicis et Eccleſiaſticis domo ire ſub captitis poena prohibetur, campanarum pulſus interdicitur. Clerici et ſenato in curia cuſtodiuntur. Captiui memorantur. Fridberga a Suecis et Auguſtanis flam deuaſtatur, et ciues trucidantur. Captiui iudicialiter examinantur. Iſti libellum ſupcem ad Gubernatorem mittunt, ſed non audiebantur. Tandem e cuſtodia dimiſſi dom rediere. *Ioannes* Abbas in exilio ſuo obiit, *Schwæzii* in Tiroli ſepultus. *Bernardus rdtfelder* adminiſtrator eligitur. Nuptiae hoc anno celebratae.

His Autor noſter annalibus ſuis, et hiſtoriae politicae finem imponit, et quidem motiue, ab ipſo adducto: ait enim. „*Quae alia interea, et poſtea geſta ſunt, omitto ribus deſcribere, cum ea quae hoc adhuc anno contigerunt, et poſtero biennio patrata, ius Reuerendiſſimus Dominus Abbas S. Vdalrici* — Bernardus Herdtfelder — *digeſta, blico in rerum Auguſtanarum Exegeſi diuulgarit* *), *et ego in Ephemeride triennali Sueço uguſtana Germanice conſcripta collegerim* **) *ad quae beneuolum lectorem remitto.*

Liber vndecimus.

uguſta ſancta pia, Sanctorum Auguſtanam Dioeceſin Incolentium geſta, templorum, Collegiorum, Monaſteriorum, Xenodochiorum, Aliarumque piarum fundationum origines breuiter complectens.

Autor diuerſas diuerſorum circa fidei Chriſtianae in vrbe Auguſta originem opines refert. S. *Lucius* Britanniae Rex Auguſtanus fuit apoſtolus. Sacellum S. *Galli* mitus fuit extructum. S. *Narciſſus* ſub *Diocletiano* Imperatore S. *Afram* cum tota milia ad fidem Chriſtianam conuertit. S. *Dionyſius* primus Auguſtanae vrbis Epiſcopus ſſe creditur. S. *Hilariae* domus in eccleſiam SS. *Philippi* et *Iacobi* mutata eſt. S. *Vdali* eccleſia Martyrii locus habetur. S. *Afrae* templum Epiſcopi in vita ſedem, et poſt rtem ſepulchrum elegerunt. S. *Afrae* bona *Conſtantinus* Imp. eccleſiae eidem ſacrae

 con-

*) Abbas ille doctiſſimus, ocularis iſtorum geſtorum teſtis tecto nomine iſta anno 1693 Auguſtae hac inſcriptione prelo diuulgauit: *Exegeſis rerum Sueco-Auguſtanarum, a quodam praeſente teſte fideliter olim deſcripta, nunc publici iuris facta*: in fol. Codex manu exaratus de laudato opere numero ſequenti recenſetur.

**) De iſto numero ſequenti fuſior texetur ſermo.

contulit. *Fortunatus* Episcopus Augustam venit. *Sozimus* primus Augustanorum episcopus censetur. Floruit ad seculi VI. finem. Episcopi cum clero communem professi sunt vitam. *Eustasius* Abbas Augustanos S. doctrina imbuisse perhibetur. Monasterium Faucense a S. *Magno* erigitur, et a *Pipino* Rege dotatum fuit. S. *Wikterpus* Episcopus synodum celebrauit. fundauit monasterium Fultenbacense. Ei successit *Thosso*. Fundata sunt monasteria Benedictoburanum, Wessofontanum, Pollingense, Eluacense, Ottenburanum, Thierhauptense, Neresheimense, Werdense, et Rothense. S. *Simpertus* ad finem seculi VIII. Episcopus S. *Asrae* templum et monasterium S. *Magni* restaurauit, scholam B. V. M. instituit. 850. *Rathardus* Comes andecensis Monasterium Diessense fundauit. *Nidgarius* ex Abbate Ottenburaro fit Episcopus Augustanus. *Adalbero* ex Abbate Eluacensi Episcopus creatur. S. *Vdalricus* anno 923. Episcopalem obtinuit sedem. Monachi Wessofontani ab Hungaris occiduntur. Ipse S. *Ioannis* et S. *Asrae* templum restauraut, S. *Stephani* monasterium fundauit. S. *Wolfgangum* sacris initiauit. S. *Ratho* 954 obiit. Wettenhusana canonia fundatur. Ecclesia cathedralis collapsa S. *Adelhaidis* Imperatricis auxilio restauratur. *Ottonis III.* intestina in eadem tumulantur. Epitaphia. S. *Aegidii* sacellum extruitur. Monasterium Monialium O. S. B. Neoburgi a S. *Henrico* dotatur. Xenodochium Memmingae fundatur. S. *Vdalrici* monasterium originem 1012 sumsit. Collegiata ecclesia S. *Mauritii* 1020 constructur. 1031. S. *Vdalrici* monasterio pons Lici cum virgultis donatur. B. *Leodegarius* Comes de *Lechsgmünd* floruit. *Leo IX.* Papa Augustam venit. 1066. S. *Petri* collegium *Schwiggerus* Comes de Balzhausen fundauit. *Embrico* Episcopus S. *Martini* monasterium et templum constructit. S. *Vdalrici* templum consecrauit. S. *Gertrudis* collegium fundauit. S. *Georgii* canonia a tribus Canonicis fuit erecta. Hebacense collegium fundatur. Nereshaimense monasterium 1095. restauratur. 1132. S. *Norbertus* Augustam venit. Floruere B. *Egino* S. *Vdalrici* Abbas, *Vdalricus* Dillinganus monachus Cluniacensis, *Gerhohus* praepositus Reichersbergensis, *Diemuta* Monialis *Gualfardus* Augustanus, *Waltho* Abbas Wessofontanus, *Richildis* monialis in Hohenwartensi pathenone, *Wolfholdus*, *Herluca* virgo, *Druda*, *Iuditha*, *Mechtildis* Andecensis. Seculo duodecimo fundata aut restaurata sunt monasteria: Werdense, Lorchense, Echerbrunnense, Anhusanum, Vrsbergense, Roggenburgense, Edelstettense, Elchinganum, Deggingauum, Fultenbacense, Caesareense, Herbrechtinganum, Staingadense, Weinbergense S. *Nicolai* prope Memmingam S. Crucis Augustae, Liezhaimense, Holzense, Vrsinum. *Conradus* Episcopus fit S. *Vdalrici* monachus. *Hildegundis*, sub nomine *Iosephus* claruit. Miraculosum Sacramentum in S. Crucis ecclesiam 1194 transfertur.

Seculo XIII. Floruere ord. S. *Francisci* alumni *Caesarius*, *Dauid*, *Bertholdus* et *Tertericus*. S. *Sepulchri* sacellum fundatur. Monasterium Schoenfeldense inferius transfertur. S. *Leonardi* sacellum extruitur. S. *Catharinae* parthenon in vrbem transfertur. *Sibotho* Episcopus Caesareae monachum induit. *Hartmannus* Episcopus fundauit xenodochia Augustae et Dillingae monasterium Medingense et S. *Margarethae* Augustae. Donauit ecclesiae S. Crucis decimas tam in- quam extra vrbem. Fundatur monasterium Mindelhemii. B. *Albertus* Dominicanus claruit. *Hartmannus Langenmantel* xenodochium S. Spiritus dotauit. Sacellum omnium SS. extruitur.

Sec. XIV. *Wolfardi* Episcopi Epitaphium. Hoenigsbrunnense monasterium fundatur. *Georgius* Marchio Morauiae monachus San-Vlricanus. *Fridericus* Episcopus d. *Annae* monasterium Augustae, et minoris congregationis Dillingae fundauit. S. *Christophori* sacellum extruitur. Fratres ord. Praedic. Templariorum domum impetrant. S. *Vrsulae* partheno-

thenonis origo. Teſtudines eccleſiae Cathedralis fuerunt conſtructae. S. *Iacobi* eccleſia, S. *Viboris* ara, Trium regum ſacellum, S. *Barbarae* capella fundantur. *Vdalricus Ilſung* eleemoſinam fundauit. S. *Marci* die ieiunium fuit inſtitutum. Salue regina in d. *Petri* templo Sabbatho decantatur.

Sec. XV. S. *Leonardi* ſacellum extra vrbem et S. *Antonii* hoſpitale fundantur. Eccleſiae Cathedralis nouus chorus conſecratur. *Petri* Epiſcopi Auguſtani epitaphium. Peregrinantium xenodochium fundatur. *Conradus Voegelin* haud parum pecuniae in pauperum beneficium legauit. S. *Radegundis* colitur. B. *Ioan. Capiſtranus* Auguſtae concionauit. Supplicationes S. belli tempore inſtituuntur. Sancti Eluacenſes. *Ioannis* de *Werdenberg* Epiſcopi Epitaphium. *Iacobi Hauſtetter* fundationes.

Sec. XVI. *Fridericus* Epiſcopus Eleemoſinam, praedicaturam et reſponſorium *Tenebrae* fundauit. Xenodochium in Neſſelwang dotauit, et monaſterium S. *Vdalrici* Dillingae conſtrui curauit. *Maximilianus* Caeſar chori S. *Vdalrici* primum poſuit lapidem. *Matthaeus Lang* Praepoſitus Auguſtanus, Cardinalis, Archiepiſcopus Salisburgenſis, Caeſaris legatus. Supplicatio praeſente Caeſare ad d. *Vdalricum* inſtituitur. Cleri Auguſtani numerus. Vexillum bellicum Caeſar S. *Simperto* conſecrat. Praepoſiti electio capitulo cathedrali a Papa conceditur. Fuggeri ius patrionatus ad S. *Mauritii* parochiam impetrarunt. Iudiani monachi ſuo ritu officium miſſae Auguſtae celebrant. S. *Marci* ſacellum conſecratur. Noſocomium pro Gallico morbo laborantibus extruitur. Templum S. *Vrſulae* fuit aedificatum. Hoſpitale in Waltenhauſen ab *Hier. Fugger* fundatur. *Otto* Card. et Epiſ. Auguſt. ſeminarium Dillingae erexit, et Academiam inſtituit. Patres S. I. Auguſtam veniunt, qui deinde academiam Dillingae obtinuerunt. Fraternitas SS. Trinitatis peregrinatiouem ad S. montem Andechs inſtituit. *Ioan. Hofmeiſter* Auguſtinianus eruditionis et eloquentiae laude clarus floruit. Exequiae pro *Carolo V.* Imperatore peraguntur. *Antonius* multum aeris pro pauperibus legauit. Weldae monaſterium aedificatur. *Martinus Zobel* in pauperum vſum xenodochium fundauit S. *Seuerini* ſacellum in *Welſerorum* aedibus fuit erectum. S. *Antonii* et S. *Margarethae* templa fuerunt reſtaurata. Miſſale Romanum fuit introductum. Proceſſiones publicae iterum fuerunt inſtitutae.

Sec. XVII. Coemeterium Catholicorum fuit extructum. Kirchhemii monaſterium Dominicanorum a *Marco Fuggero* fuit aedificatum. *Fuggeri* Capucinorum monaſterium Auguſtae conſtruxerunt. Sacellum Lauretanum in Kobel fuit aedificatum. B. V. M. Sacellum in campo Licio fuit extructum. Sacellum S. Saluatoris Fridbergae originem ſumſit. *Henricus* Epiſcopus feſtum SS. Angelorum celebrari iuſſit. Aue Maria pulſum inſtituit. S. *Aegidii* ſacellum reſtauratur. Reliquiae in eccleſia cathedrali exhibentur. Franciſcanorum monaſterium Fuggerorum ſumtibus fuit extructum S. *Sebaſtiani* ſacellum aedificatur. Neoburgi Ieſuitarum collegium originem ſumſit.

Liber duodecimus.

Moguntinorum Archiepiſcoporum dioeceſis Auguſtanae Metropolitanorum, Epiſcoporum, Abbatum, Praepoſitorum, Superiorum, Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Magiſtrarum Auguſtanae dioeceſis catalogi.

I. Moguntinenſes Epiſcopi, Archiepiſcopi Electores, Auguſtanae eccleſiae Metropolitani.

II. Auguſtanorum Epiſcoporum nomina.

III. Cam-

III. Campidonenſis monaſterii Principum Abbatum catalogus, hiſtoricis adnotat illuſtratus.
IV. Abbatum monaſterii SS. *Vdalrici* et *Afrae* Auguſtae Vindelicorum, nomina.
V. Prioriſſae monaſterii ord. S. *Dominici* ad S. *Catharinam* Auguſtae.
VI. Abbates Eihenbrunnenſis monaſterii ord. S. *Benedicti.*
VII. Abbates monaſterii Andecenſis ord. S. *Benedicti.*
VIII. Abbates monaſterii Anhuſani ord. S. *Benedicti.*
IX. Abbates monaſterii Benedictoburani ord. S. *Benedicti.*
X. Praepoſiti Canoniae Bernriedenſis ord. S. *Auguſtini.*
XI. Abbates monaſterii Caeſareenſis ord. Ciſtercienſis.
XII. Abbates monaſterii S. Crucis Werdeae ord. S. *Benedicti.*
XIII. Praepoſiti Canoniae S. Crucis Auguſtae ord. S. *Auguſtini.*
XIV. Praepoſiti Canoniae Dieſſenſis ord. S. *Auguſtini.*
XV. Abbatiſſae Canoniſſarum Edelſtettenſium.
XVI. Abbates monaſterii Elchingani ord. S. *Benedicti.*
XVII. Abbates et Praepoſiti Eluacenſes.
XVIII. Abbates monaſterii Füſſenſis ord. S. *Benedicti.*
XIX. Abbates monaſterii Fultenbacenſis ord. S. *Benedicti.*
XX. Praepoſiti Canoniae Herbrechtinganae ord. S. *Auguſtini.*
XXI. Magiſtrae et Abbatiſſae Holzenſes ord. S. *Benedicti.*
XXII. Abbatiſſae Hohenwartenſes ord. S. *Benedicti.*
XXIII. Abbatiſſae Kirchhaimenſes ord. Ciſtercienſis.
XXIV. Abbatiſſae Kuebacenſes ord. S. *Benedicti.*
XXV. Abbates Lorchenſes ord. S. *Benedicti.*
XXVI. Abbates Neresheimenſes ord. S. *Benedicti.*
XXVII. Abbatiſſae Neuburgenſes ord. S. *Benedicti.*
XXVIII. Abbates Ottenburani ord. S. *Benedicti.*
XXIX. Praepoſiti Canoniae Pollinganae ord. S. *Auguſtini.*
XXX. Abbates Roggenburgenſes ord. Praemonſtratenſis.
XXXI. Abbatiſſae S. *Stephani* Auguſtae.
XXXII. Abbatiſſae Oberſchoenfeldenſes ord. Ciſtercienſis.
XXXIII. Abbatiſſae Niderſchoenfeldenſes ord. Ciſtercienſis.
XXXIV. Abbates Thierhauptani ord. S. *Benedicti.*
XXXV. Abbates Deggingenſes ord. S. *Benedicti.*
XXXVI. Abbates Vrſinenſes ord. S. *Benedicti.*
XXXVII. Abbates Vrsbergenſes ord. Praemonſtratenſis.
XXXVIII. Abbates Weſſofontani ord. S. *Benedicti.*

XXXIX. Praepoſiti Wettenhuſani ord. S. *Auguſtini.*
XL. Praepoſiti S. *Georgii* Auguſtae ord. S. *Auguſtani.*
XLI. Abbates Steingadenſes ord. Praemonſtratenſis.
XLII. Magiſtrae et Prioriſſae S. *Vrſulae* Auguſtae ord. S. *Dominici.*
XLIII. Priores ord. Praedicatorum Auguſtae.

Catalogis memoratis ſubnectitur Alphabeticus rerum index. Indicem ſequitur catalogus conſulum Auguſtanorum ab anno 1241 vſque ad annum 1664. In fine vrbis praefecti et praetores memorantur.

Horum annalium, qui ſana criſi haud carent, meminere *Paulus a Stetten* a) qui tameu illos nunquam vidiſſe teſtatur: *Iac. Brucherus* b) qui *Moehnerum Gaſſari* chronicon preſſim ſecutum fuiſſe gratis dicit, melius vero dixiſſet, *Gaſſarum a Moehnero* ſaepius falſitatis fuiſſe inſimulatum, *Franc. Ant. Veithius* hiſtoriae literariae Auguſtanae cultor eximius c).

II.

Triennium Sueco-Auguſtanum. II. Formula iuramenti a San-Vlricanis Suecorum Regi praeſtitum vnacum Theologorum reſponſis. III. Diarium Suecico-Auguſtanum in fol.

Praeſens volumen a *Reginbaldo Moehner* conſcriptum eſt. Primum eſt. *Triennium Sueco-Auguſtanum*, ſeu res Auguſtae ab anno 1632 quo Sueci illam occupabant, vſque ad annum 1635, quo eam relinquere a Caeſaris copiis coacti ſunt, geſtae. Huic operi ſequens praefixus eſt Titulus: *Triennium Sueco-Auguſtanum.* Prologi loco praecipua rerum ab anno 1618 vſque ad annum 1632 in Germania geſtarum capita breui ſtilo enarrantur. Eius initium ita ſonat: *Res Romani Imperii faede turbata per annos iam fere quindecim continuos in magno bellorum diſcrimine fuit, et adhuc eſt. Initium et origo harum turbarum ſeditionumque in Bohemia et a Bohemis fuit, qui ſpe libertatis vtriusque et religionis et ſtatus adipiſcendae primi aperte a ſuo rege, addo et Imperatore defecerunt.* Seditionum iſtarum flamma Auſtriam quoque ac Hungariam inuaſit, ſed anno elapſo feliciter ſopita. Pergit dein Autor: *Videbatur ſane de tota huius belli ſumma iam deciſum, niſi noua repente tempeſtas interueniſſet et turbo, qui quidquid tot annis magno labore et ſumtu partum, pene totum euertiſſet. Ita ſcilicet alternat fortuna, et ſi vſpiam alibi certe in bellorum exitu incerta eſt. Incerta? imo vitrea, vt ait quidam, tunc cum ſplendet, frangitue, et tam ſaepe ex ſecundis aduerſa, quam ſecunda ex aduerſis naſcuntur.*

Prin-

a) Geſchichte der heil. roem. Reichs freyen Stadt Augsburg. I. Th. Vorbericht.
b) In Miſcellaneis Hiſtoriae &c. p. 48.
c) Bibliothecae Auguſt. Alphabet. VII. p. 108.

Principio igitur, vt cauſa ordiamur, ea non vna praeferebatur a quibusdam Religio, ab aliis Regio. Quis autem neſciat a parte Caeſaris initio nullam aliam cauſam armorum fuiſſe, aut praetexi potuiſſe, quam regionem? eamque non prius ab hoſte quam a propriis ſubditis inuaſam ac perditam? Defenſione igitur opus erat, nec alia quam armorum.

Equidem cum Bohemi non acerbitate ſed diuturnitote Auſtriaci imperii iam diu feſſos gererent animos, ac Ferdinandi Regis pietatem et religionem pridem notam metuerunt, ipſius imperium euertere, ac mature praeuenire volentes, primi mouent ſeditionem, ac velut aeoli quidam omnem qui in hunc vſque diem durat, furorem facillime excitant. quibus etiam inſolens ipſa felicitas alimenta liberaliter miniſtrauit. . . . . Putabant turbones iſti et quodquod ſe illis poſtea adiunxerant hasce quaſi de coelo ad ſinum delapſam occaſionem eſſe non tantum Auſtriacae domus regna occupandi, eiusque potentiam, vt quae tamdiu ad clxuum imperii Romani ſediſſet, minuendi, verum etiam, et praecipue quidem diu meditatam religionis libertatem toto imperio ſtabiliendi et imperii Gubernacula ad ſectarios ſuos transferendi. Itaque religio potiſſimum ea eſt, quae tot facès diſſidiorum in patria noſtra accendit, quas neque Paſſauienſis transactio anno 1552. neque Auguſtana pactio anno 1555. neque alia comitia imperialia extinguere potuerunt, donec incendium hoc immane, quod hodie ſaeuit, erumperet.

Hoſte profligato Caeſar publica lege ſanxit, vt bona eccleſiarum ab haereticis poſt Paſſauienſem transactionem ablata et poſſeſſa ad legitimos ſuos dominos redirent. Epiſcopus Auguſtanus *Henricus* eccleſiaſticorum bonorum reſtitutionem vrget. Caeſarei commiſſarii ea ex cauſa Auguſtam mittuntur. Praedicantes ab iisdem examinantur. 1629. Magiſtratus electio inhibetur, ac differtur. Senatui declaratur, quae Caeſaris iuſſu religio tenenda, quae ſacra et ceremoniae tolerandae, quis magiſtratus eligendus, et quid de bonis eccleſiaſticis ſtatuendum. Praeconibus A. C. verba ad populam facere interdicitur, paucisque poſt diebus vrbem relinquere coacti ſunt. Magiſtratus ex ſolis Catholicis electus, patritiorumque numerus auctus eſt. A. C. addicti ab omnibus officiis, xenodochiis &c. excluſi ſunt. Aſt eo petulantiores facti ſenatus immo, et Caeſaris mandata ſpernebant, legationes ad principes mittebant, et quidem impune. 1630. Ratisbonae principum conuentum Caeſar coegit. Eccleſiaſtici de bonis eccleſiarum reſtitutis litigabant. Epiſcopi Benedictinorum Germanorum congregationem impedire moliti ſunt. Saxoniae elector Sueciae regis partes fuit ſecutus. Proteſtantes Lipſiae conuentum habuerunt. Caeſarei Lipſiae clade proſtrati ſunt. Tillius fuga ſibi cònſulit. Sueciae Rex Franconiam inuadit, Herbipolim, Mergenthallium, Bambergam, et Moguntiam occupat.

1632. Werdea ad Danubium, et Rainium Bauariae vrbem, ab Electore poſt leuem conflictam relictam, Sueciae Rex occupat. Iſte exercitum ſuum Ingolſtadium reduxit. Auguſtae A. C. addicti diſſarmantur. Senatus decreto fugere prohibentur; Caeteri vero, praecipue matronae, plerique ex clero fuga ſibi conſuluere. Vrbis praeſidium ad Bauari caſtra reuocatur. Superior Lici pons flammis exuritur. Sueciae copiis vrbi imminentibus inferior etiam in cineres redigitur. Suecus vrbem cingit, et Fridberga petitur. Catholici ſoli Regem adeunt, de pace transacturi, ſed Rex nonniſi cum A. C. addictis coniunctos audire voluit. Illis aduentantibus, paciſcebatur quidem ſed Lutherani pacis conditiones reſpuerunt. Interim Suecis vrbem ingredientibus, miles praeſidiarius eam haud ſine illorum irriſione egreſſus eſt. S. *Vdalrici* coenobium a rei frumentariae praefecto in Annonae promtuarium eligitur. Rex omnia in priſtinum ſtatum reduci iuſſit, *Fridericus* et *Auguſtus* Comites Palatini Auguſtam veniunt. Regi a ciuibus homagium

prae-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tum pedites praeter annonae praefectos in monaſterio S. *Vdalrici* collocati ſunt. Sueci Landsbergam denuo occupant. S. *Afrae* ſacellum diripiunt. Haunſtettenſes crudeliter tractant. Clerici domibus exire iterum prohibentur. Rex Sueciae occubuit. Auguſtae ob victoriam a iſto partam tormenta bellica bis ſoluuntur. Contributio menſtrua a San-Vlricanis armata manu exigitur. 24 Decembris edicto catholicis omnis in plateas egreſſus ante ſeptimam matutinam, et poſt quintam veſpertinam prohibetur. Miniſtri Lutherani in ſuae religionis ritu diuerſas in partes rapiebantur. Praedicans aulicus calicem profanatum a San-Vlricanis mutuatur, non autem reſtituit. Patres S. I. ob non ſolutam contributionem cuſtodiae traditi ſunt. Berkhemium igne periit.

M. DC. XXXIII.

Catholicorum templorum turres obſerantur. Exequiae pro Suecorum Rege fuerunt peractae. Caeſariani Landsbergam, Mindelhemium, Kaufburam, Memmingam, Biberacum et Campidunum occupant. Milites in monaſterio S. *Vdalrici* collocantur. *Banerius* cum opima praeda in Franconiam ſe contulit. Aedes *Ochſenſtirnii* conflagrant, Piſtor catholicus huius conflagrationis Author accuſatus in vincula coniectus eſt; ſed inſons repertus, libertatem obtinuit. In curia conſiſtorium reſtituitur. Croatae frequenter vrbis praeſidiarios laceſſerunt, et Auguſtanos ciues prope Daſingam praeda onuſtos cruente excepere. 80. Equites in monaſterio S. *Vdalrici* collati ſunt. Gubernator agricolis tributum imponit. Rainium a Bauaris iterum occupatur. Catholicis ex domibus exeundi terminus ponitur. *Homius* in Bauariam mouet, *Aldringerum* Dachouii obſidet. Sueci Aichachium, Landsbergam occupant, ſpoliant, et deuaſtant. Iſti A. C. addictis plus quam Catholicis fuerunt exitioſi. Virgo e *Seiziorum* familia ab iſtis fuit occiſa. Eorum tribunus, vir libidinoſus puerperam vi oppreſſit. *Ochenſtirnius* ante abitum ſuum clero Auguſtano denuo iuramenti formam, quae inſerta habetur, praeſcripſit, ſed eam iſte non acceptauit; itaque ex vrbe pulſus eſt, remanentibus ſolis San-Vlricanis. Hoc facto, Gubernator diſceſſit. Adminiſtrator S. *Vdalrici* cui vicarius Generalis plenam reliquerat poteſtatem, ſingulis parochiis et monialium coenobiis curiones ex ſuis fratribus conſtituit. San-Vlricani ob iuramentum praeſtitum de excommunicationis vinculo ab exulibus ſciolis quibusdam ſuſpecti Catholicae plebi redduntur immo et Romae et in principum aulis factum iſtud incuſant. Aſt a Praepoſito literis ſat defenſi, et a diuerſis academiis omni culpa expertes declarati erant. *Ioan. Georg Winkelius* Gubernator eccleſiaſticorum famulos ad iusiurandum adegit. Obſides Monacenſes Auguſta Weiſſenburgum vincti abducti, et iterum reducti ſunt. San-Vlricanis vnius campanae ſonus conceditur, et breui denuo interdicitur. In Epiſcopi palatio tumultus fuit excitatus. Clerici in vicinia aut in vrbe comprehenſi male tractabantur, Ob partam a Suecis victoriam tormenta ſoluuntur, et conuinia exhibentur. In templo B. V. M. noctu clara lux per feneſtras radians rumorem excitat. Catholicis lex in publicum prodeundi praeſcribitur. Anniuerſaria dies obitus Sueciae Regis feſtiue peragitur. *Chriſtianus Schmid* centurio coenobio S. *Vdalrici* plurimas intulit moleſtias. Praeſidiarii Auguſtani coenobium Fürſtenfeldenſe ſpoliant, et monachos capituos abducunt, atque Schiringae templa cum hominibus illuc fugientibus exurunt.

M. DC. XXXIV.

Clerici tributum ex omnibus victui neceſſariis ſoluere tenentur. San-Vlricanis, do-
c tributi reſiduum ſoluerent, vinum in foro emere fuit prohibitum. Itaque pro vino
ſacrificium neceſſario collectam in eccleſiis inſtituerunt. Conſpiratio a *Wallenſteinio*
Bohemia contra Caeſarem excitata ab Auguſtanis A. C. addictis longe prius, quam
tecta, fuit iam cognita. Laniorum aedes in bachanalibus conflagrant. Paries rubeis gut-
lis ſudat. Hoc ſpectaculum videre Catholici prohibentur. Auguſtani Mindelhemii con-
a datam fidem Croatas trucidarunt. Caeſariani Auguſtam ſtratagemate inuadere cogi-
nt. Hac re proditione cognita, Auguſtani ad defenſionem ſe praepararunt. San-Vl-
cani ſuſpecti habiti ad Patrum S. I. collegium relegati ſunt. Eius portam ciues armati
ſtodiebant, monachos ad aegrotos exeuntes comitabantur. His ad magiſtratum per-
tis incommoda haec ſublata ſunt. Ibidem monachi diuina officia ſolito more peragunt,
nfraternitatum ſupplicationes, et in feſto corporis Chriſti proceſſionem inſtituunt. Mo-
ſterium S. *Vdalrici* interea luſtrarunt aediles. Catholici in maximo mortis periculo
erſabantur. Duo religioſi ex obſidibus Auguſtanam Confeſſionem profitentur. *Hornius* in
auariam, ſed mox iterum, ſimulata fuga redit. Aichachium flamma deuaſtauit, et ci-
es crudeliſſime tricidauit. Denuo cum Weinmario duce Bauariam petit. Confoederati
rancofurti conuentum habuerunt de ſtabiliendo acquiſito ſtatu, et de bonorum eccle-
aſticorum diuiſione agentes. Auguſtani Lutherani Marchionatum Burgouienſem et epiſ-
opatum ambiunt; ceſſit eis tamen totum id, quod clerus Auguſtanus ſiue intra ſiue
xtra vrbem poſſederat, omnique ſolemnitate in illorum bona immiſſi ſunt. Sueci in
auariam mouent Ratisbonenſibus auxiliaturi. Landishuta deuaſtatur ciuibus aut occiſis
ut captis. Sueci ſcorbuti morbo infecti rediere. *Hornium* inter et *Winmarium* lites ex-
riuntur. Werdea a Caeſarianis vi capitur. Catholicis e domibus exeundi tempus deter-
minatur. Praedicans populum ad conſtantiam cohortabatur. Hungariae Rex et Cardina-
s Hiſpaniae Infans Noerdlingae iunctis viribus *Hornium* et *Winmarium* magna ſtrage
dita, vicerunt, illo capto, iſto vero vulnerato. Finita pugna Rex Theutonici ordinis ma-
iſtro vſus ad pacem petendam fruſtra Auguſtanos fuit adhortatus. Rex Stuttgardiae hy-
ernia habuit. Auguſta obſidione fame, et contagione premi coepit. Omnia itinera ad vr-
em intercluduntur, Croatae armenta abigunt, et aqueductus obſtringunt. Viri Catholi-
i domibus exire prohibentur. Molis manualibus Auguſtani vtebantur. Epiſcopi palatium
eſte laborantium fit valetudinarium. P. *Ferdinandus Freg* Prior peſte periiit. San-Vl-
icani ſuum fruſtra repetunt monaſterium Ruſtici frumentum in vrbem aduehentes,
auribus, auribus et vita priuantur. Auguſtani ad Rhenum magnam frumenti copiam
mant. Miles Bauarus arctiorem ſoluit obſidionem. Auguſtani aquam reducunt. Croatae
ines ligna colligentes fugant, capiunt, equos et armenta aufferunt. Schedae ad dedi-
ionem admonentes in plateis reperiuntur. Auguſtani iniquis condicionibus a Rege
Hungariae fuſtra petierunt pacem. San-Vlricani ſabbatho ante quartam aduertus Domi-
nicam in ſuum rediere monaſterium. Auguſtani auxilium ſperantes ad famem ſedandam
aſininam, felium, canum, murium immo et humanam comedunt carnem.

M. DC. XXXV.

Annona ad ſummum excreuit pretium. Frumentum omne in publicum horreum colligitur. Frumentum Vlma aduehendum a Bauaro intercipitur. Lutherani de pace impetranda friuola capiunt conſilia. Senatus voluntate Catholicorum primores ad D. Adminiſtratorem San-Vlricanum conueniunt. Lutherani hinc inde de pace conſilia agitant. Senatus mentem ſuam adminiſtratori adperit. Spe de auxilio obtinendo abiecta, vno ore ſe ſubmittere decreuerunt. D. Adminiſtrator a ſenatu rogatur, vt Catholicos ad colloquium ineundum induceret. *Stenglinus* a *Gallaſio* fruſtra ad *Ochſenſtirnium* commeatum petiit. Lutherani ad numinis iram ſedandum ſupplicationes inſtituere. Colloquium Catholicos inter et A. C. addictos inſtituitur. Ab his duodecim puncta catholicis ad deliberandum ſcripto traduntur. Catholicorum ad iſta reſponſa ſcripto tradita, quae iſtis valde diſplicuere. Catholici ſua reſponſa purgant. Communi A. C. addictorum conſilio legatio pacem petitura ad *Galaſſum* omittenda decernitur. Iſti a Catholicis, vt literas a Caeſarianorum Ducem dirigerent, poſtulant. Sequuntur literae, contra quas A. C. addicti haud exiguas adput D. Adminiſtratorem mouerunt querelas, easque ad *Galaſſum* transmittere renuerunt. Legati proteſtantes ad iſtum pacem petituri abeunt. Gubernator, ne perfidiae reus apud ſuos incuſaretur, per omnia loca de frumento perſcrutatur. Auguſtani pacis conditiones praeſcribunt, aſt iſtis reiectis, alia deciſa fuere. Sequitur pacis compoſitio 13, Martii 1635. facta. A. C. addicti pro religionis exercitio templum fratrum Minorum, et duos miniſtros impetrant. Bauariae Electori 80000 fl. ſoluere legati ſe obſtrinxerunt. Pacis puncta Auguſtae promulgantur. Sueci iuxta pacis compoſitionem vrbem reliquunt, et Caeſariani occupant. Plures ex clero rediere. *Te Deum Laudamus* ſonantibus interim campanis, et ſub tormentorum exploſione in S. *Vdalrici* eccleſia cantatur. Aduenientе vrbis Gubernatore *Ottone Henrico Fuggero* Lutherani dearmati, milites in illorum aedibus collocati, catholicis templa omni ſolemnitate reſtituta ſunt. Senatus Catholicus ſolum in curia confeſſum habuit. Lutherani ad poenam pecuniariam ſoluendam vrgebantur. Miraculoſum Sacramentum in Chiemſeenſi canonia adſeruatum, et S. *Vdalrici* crux omni pompa, ſolemnique proceſſione in vrbem reducuntur.

Huic hiſtoriae ſequentibus Autor verbis finem dedit.

„Triennio huic finem impono cum Electione Abbatis S. *Vdalrici* habita XXI. „Maii. Iam ad alias curas, alia negotia vocor — ſcilicet Abbas electus — Infelix certe „triennium, quod ſolum plus perdidit, quam multa ſecula peperere, aut parere poſſunt. „Si lis et diſſenſio animorum tantum valuit ad nocendum, faxit Deus, qui eſt Autor „pacis, vt concordia et vnio, quas iam penitus feſſi omnibus votis amplectimur, lapſa quaeque erigant, perdita reſtaurent, et pro caducis ac tranſitoriis, ſtabilia et aeterna reſtituant.“

Adduntur quaedam de pontis lici reſtauratione anno 1640 facta, Senatu ſumtus ad id opus moliendum miniſtrante.

Haec hiſtoria, aut triennium Sueco-Auguſtanum, ſi ea, quae prologi loco praemiſſa ſunt, excipias, ab anno nimirum 1632 vſque ad 10 Maii anni 1635. quoad ſingula verba, paucis admodum in codice noſtro additis, ſub ſequenti Titulo: *Exegeſis rerum Sueco-Auguſtanarum a quodam praeſente teſte fideliter olim deſcripta, nunc publici iuris facta*, Auguſtae typis *Andreae Apergeri* anno 1651. euulgata, et tandem Germanice

nice reddita, ab eodem *Apergero*, hac inſcriptione: *Summariſcher Verlauffs Begriff oder kurtze warhaffte Hiſtoria, Schwed: Augſpurg: denkwürdigen Sachen* anno 1653 in 4to impreſſa prodiit.

In fine impreſſi exemplaris quaedam de anno 1636 et 1646 adiecta habentur.

Priusquam de iſtius operis Autore differimus, ſecundum in praeſenti codice contentum recenſemus, videlicet.

Iuramenti a San-Vlricanis Suecorum Regi praeſtiti formulam, vnacum variis variorum Theologorum, etiam Italorum, et academiae Salisburgenſis reſponſis &c. Primum itaque eſt.

Inſtrumentum Notarii ſuper iuramento Sueciae Regi a San-Vlricanis praeſtito in adpendice. V. VIII. relatum.

II. Quaeſtio: Vtrum Patres Benedictini apud D. *Vdalricum* Auguſtae licite potuerint Regi Sueciae Auguſtam iure Belli obtinenti iuramentum de fidelitate praeſtare? Quaeſtionis Autor ſufficientibus argumentis, licite potuiſſe illud praeſtari, probat; praecipue cum iuxta ipſius Gubernatoris declarationem Sueciae Rex nec *conſcientiis, aut religioni quid contrarium exigere, neque ſpriuilegia, aut immunitates infringere, canonum ſtatuta imminuere, ſed ſolummodo ſecuritatem a prauis conſpirationibus, ſeu machinationibus quas alibi iam eſſet expertus, deſiderare voluit.*

III. Notae ad quaeſtionem Adminiſtratoris Vdalricani, quibus ſuum ſuorumque iuramentum defendit. His Autor anonymus inuidiae, et amaritudinis Spiritu reſpondere conatur.

IV. Cuiusdam Anonimi *dilutio notarum* efficacibus argumentis ſuffulta. Tria ab Autore praemittuntur: 1mo. *San-Vlricanos neque ex malitia, neque ſtudio ſingularitatis, quo ſe a reliquo Clero ſeparare vellent, hoc iuramentum praeſtitiſſe, verum ſi occaſio fuiſſet cum reliquis hac de re conferendi, nunquam a communi ſententia receſſuros fuiſſe.* 2do. *Plerosque in conuentu apud S. Mauritium praeſentes in ea fuiſſe opinione, cum certo moderamine iuramentum praeſtari potuiſſe.* 3tio. *Quaeſtionem Adminiſtratorem non propterea moueſſe, vt defenderet iuramentum hoc ſub quacunque verborum forma vel intellectu licite fieri poſſe, ſed vt particulare factum Vlricanorum cum ſuis circumſtantiis ac declarationibus a malevolorum quorumdam impugnationibus vindicaret. Cum enim ſcioli nonnulli confeſſarii ex vrbe migraturi eſſent, pro valedictione multos confeſſionum filios et filias male inſtruxerunt, non licere ab Vlricanis ſacramenta petere vel ſuſcipere, neque eorum ſacris intereſſe, tanquam excommunicatorum, quo facto iſtis non parua fuit irrogata iniuria. Dein notae quaeſtioni oppoſitae refelluntur. Ait inter alia: D. Vicarium Auguſtanum in vltimo conuentu et conſeſſu DD. Praelatorum ac Theologorum 17. Maii in loco capituli Cathedralis paulo ante diſceſſum Cleri habito ingenue faſſum eſſe, ſe credere Vlricanos ſine peccato iuramentum praeſtitiſſe.* In fine haec additit, *Itaque haec pro iuramento Vlricanorum ſatis ſint, in quo plurimi Religioſiſſimi, Doctiſſimi, conſultiſſimique viri diuinam agnoſcunt prouidentiam, Ciues Auguſtani Catholici gaudent, ſe non penitus deſtitutos animarum cura ſpiritualique ſolatio. Ipſi Lutherani primores et prudentiores gratulantur, quod Catholicotum exercitium hoc modo non omnino fuerit in vrbe ſublatum.*

V. *Adpendix continens diſparitatem huius Iuramenti cum quibusdam antiquioribus alibi exactis iuramentis.*

VI. Formula primi iuramenti clero praescripti: Forma promissionis, iuramenti loco, Gubernatoribus a Clero tradita, et ab illis reiecta: Forma vltimi iuramenti a Clero postulati. Leguntur in addendice N. IX.

VII. *Consilia quorumdam Theologorum super quaestione, an Clerici et Religiosi, Suecorum Regi Victori iuramentum fidelitatis praestare possint, aut etiam potuerint.* Primum est academiae Salisburgensis: Secundum et tertium duorum Patrum ord. Praedic. iudicia, quartum iudicium Patrum S. I. qui omnes, iuramentum fidelitatis a Clero Suecorum Regi praestari potuisse adfirmant.

VIII. Administratoris San-Vlricani ad ecclesiae Cathedralis Decanum literae, et ad illum responsio relatae in adpendice N. X.

IX. *Dubium propositum ad soluendum admodum Reu. in Christo Patri Magistro Syluestro Bartolicio assisiati Min. Conuent, SS. Theol. Doctori et custodi conuentus D. Francisci Assisii quiescentis.* Solutio San-Vlricanis fauet. Eamdem quoque adprobarunt: *Ioan. Paulus Nazarius* ord. Praed. SS. Theol. Doctor: *Hieronymus Onuphrius* ord. S. *Hieron.* Lector Bononiae: *Vincentius Maria* de *Tabia* ord. Praedic. Mutinae Lector: *Hieronymus Alex* Cardinalis *Magalotti* S. Scripturae interpres: *Hieronymus* Abbas Carandinus in congr. Later. S. Theol. Magister, Prior, ac Legatus.

X. *Fundamentum informationis circa factum iuramentum Suecis haereticis a quibusdam religiosis, a PP. Capucinis quibusdam Theologis exhibitum. Informatio cuiusdam Capucini super adprobationes praedictorum Theologorum ad R. D. Abbatem S. Vdalrici* scripta, vnacum duabus epistolis. Haec in adpendice N. XI. relata habentur.

XI. Iudicia PP. S. I. PP. Franciscanorum: Scriptum, vt videtur, Patris cuiusdam S. I. contra iuramentum praestitum.

XII. Iudicium P. *Matthei Weiss* Andecensis Vniuersitatis Salisburgensis Rectoris super iuramento a San-Vlricanis praestito. Ablatis contra illud fundamentis, fusius, doctissimeque, licite fuisse illud a San-Vlricanis praestitum, demonstrat.

XIII. Literae PP. Carmelitarum ad RR. et Ill. Principem ac D. *Antonium* Episcopum Viennnensem Abbatem Cremifanensem pro San-Vlricanis ob praestitum iuramentum varie a malevolis hinc inde traductis. In adpend. N. XII.

XIV. Literae *Nicol. Ridolfi* ord. Prad. Generalis ad D. Abbatem San-Vlricanum. In adpend. N. XIII.

Haec recensita *Bernardus Herdtfelder* Abbas, vir literarum humaniorum, severiorumque peritia clarus, ore facundus, prudentia, sapientia, rerum gerendarum dexteritate percelebris pietate, virtuteque clarus, animarum Zelo ardentissimus catholicae religionis Augustae conseruator solertissimus, aeterna memoria dignissimus congessit, posteritatique reliquit. Insuper Basilicam SS. *Vdalrici* et *Afrae*, cui breue templi et Abbatum San-Vlricanorum chronicon, et exegesin supra memoratam adiecit, et meditationes de vita, doctrina, passione et resurrectione, *Scala coeli* intitulatas typis euulgauit.

De meritis illius plura *Corb. Khammius* in P. III. Reg. Historia literaria ord. S. *Bened.* Cl. *Veithius* in Alphab. VII. Bibl. August. scripserunt.

III. Diarium Sueco-Augustanum, in quo res Augustae a 26. Martii anni 1632 vsque ad 6. Aprilis anni 1635 de die in diem gestae vulgari idiomate a *Reginbaldo Moehner* conscriptae habentur.

Autor operi ſuo praemiſit prologum, in quo breuiter enarrantur, quae ante Suecorum aduentum Auguſtae contigerunt, quo gaudio iidem excepti a Lutheranis fuerint &c. Initium ſequentibus ſumit.

Arma virumque cano

Fanget an der Poet Virgilius in dem erſten Buech, welches er von den Ritterlichen dahten deſs vortrefflichen Hölden Aeneae beſchrieben. als wolte er ſagen:

Ich ſchreib von Krieg vnd vielem Streit
Vnd grauer Hölden dapferkeit.

Alſo vnd gleicher geſtalt hab ich Vrſach in diſem Diario oder Notatis meinen Anfang oder Eingang zu machen. doch mit anderen vnd erheblicheren Worten alſ

Haereſis ecce dolos, arma, famemque cano.
Ich ſchreib von Falſcheit der Kezerey
Vnd der verübten Tyranei,
Von Kriegen, Iammer, Angſt vnd Noth
Vom Hunger vnd dem bitteren Doht.

Diarium, quod 401 foliis conſtat, ſequenti inſcriptione incipit: *Notata: welliche in der betrüebtem Schwediſchen Occupation deſs heiligen Römiſchen Reichs Statt Augſpurg ſich zugetragen.*

Anno 1632. 26 Martii.

Praeſidium Caeſareum in vrbem introducitur. A. C. addicti armis priuantur, domibusque exire prohibentur. Abbas Deggingenſis cum ſuo conuentu 6. April. Auguſtam venit, altero vero die eam reliquit. Abbas quoque noſter cum tredecim religioſis, vndecim cum P. Priore remanentibus, ſibi fuga conſuluit. Vrbis praeſidium augetur. Portae, vna excepta, clauduntur. 11. Apr. Superior Lici pons deſtructus fuit 12. Iuſſu *Tilli* aedificia extra vrbem diruta fuere. 14 Equites, vrbe relicta, cum Bauarorum exercitu ſe coniunxerunt. 17. Sueciae Rex Lechhuſii caſtra poſuit, et Fridbergam occupauit. 18 et 19. Sueci vſque ad vrbem excurrerunt. 20. Senatus delegatos ad Regem pactum ieundi gratia miſit. Rex eos abſentibus ſuae religionis aſſeclis audire noluit. Iis aduentantibus, Catholici pacti puncta tradidere. Sequuntur iſta, quae Suecis haud diſplicuere. Sed auditis legatis A. C. nullius pacti memoria fuit, et Sueci vrbem occuparunt. Milites praeſidiarii vrbe exiere, et plures contra promiſſum in via aut trucidati aut capti fuere. Annonae praefectus S *Vdalrici* monaſterium in iſtius promtuarium elegit. 22. Sequentia puncta promulgabantur.

1. *Das alleſs ſolle in alten Standt gerichtet werden.*
2. *Das die Catholiſche vnd Luthriſche religion vnperturbierlich beyſamen hinfüro ſolle paſſiert werden.*
3. *Das die Lutheraner widerumb in vorige digniteten vnd Rathſtellen ſollen aufgenommen vnd geſezt werden.*
4. *Das der clerus vnd geiſtliche ſollen bey ihren immuniteten vnd Rechten vnmoleſtiert gelaſſen werden* a).

Ob

a) De hiſce punctis apud Cl. de *Stetten* altum ſilentium.

Ob Suecorum Commiſſariorum et hoſpitum praeſentiam noſtri vini, et ciborum menſuram imminuere coacti ſunt. Sequitur tributi incendiarii deſignatio. Auguſtam venerunt duo Comites Palatini Rheni. 23. Apr. Ciues ad homaguim Regi praeſtandum iuſſi ſunt. 24. D. *Fabricius* in S. *Annae* templo concionatus eſt. Regi homagium a ciuibus praeſtatur. Armentarium ob clauium defectum perluſtrare nequiuit, curiam vero videre renuit. Caſtra ſub tormentorum exploſione repetiit. Sueci vicina oppida ſpoliarunt. 26. Rex Ingolſtadium ſe contulit. Friſingam, Landishutum et Monachium occupauit, obſidesque vbique poſtulauit. 29. Nouus magiſtratus, creatis prius quibusdam patriciis, e ſolis A. C. addictis electus eſt. Eius membra recenſentur.

1ma Maii annona Ingolſtadium deduci curatur. Nouo magiſtratui fidelitatis iuramentum praeſtatur. 2. Catholici exarmati ſunt. 3. Miles ob ſtupra commiſſa ſuſpenditur. Acta a Clero fidelitatis iuramentum poſtulatur, quod tamen habita apud d. *Mauritium* deliberatione, facere renuerunt. San-Vlricani iurare coacti ſunt. 10ma. Corpora Ingolſtadii occiſorum principum noctu Auguſtam aduecta ſunt. 14. Domus in S. *Vdalrici* parochia conflagrauit. Sueci ſuperiori Bauaria occupata, tributoque incendiario extorto, Tyrolim adpetunt, aſt repulſi ſunt. A Clero Auguſtae tributum poſtulatur. Subditi noſtri oneribus onuſti, et tandem ſua derelinquere coacti ſunt. A Senatu tributum a Clero poſtulatur, immunitateque priuatur. 18. Ciues armis inſtruuntur, et in 24 vexilla, quorum ſymbola depicta habentur, diſtributi ſunt. Duae centuriae equites, reliquae vero pedites erant. Earum duces nominantur. 20. Rex cum ſuo exercitu Lechuſii aduenit. Regis Angliae legatus ad Regem Sueciae fuit miſſus. Feſtum Pentecoſtes Auguſtae celebrauit. 29. In vigilia Pentecoſtes San-Vlricanis tranſitus per praedicatoriam domum ad Baptiſterium a Lutheranis fuit occluſus. 30. S. *Georgii* et S. Crucis eccleſias iſti occuparunt. *Fabricius* ſub epulis cum Priore San-Vlricano de ſummo Pontifice diſputat, aſt ſolidis argumentis ab iſto conuictus, confuſione repletus, iraque accenſus clam effugit. Rex 31 ludis diuerſis animum relaxare voluit.

1ma. Iunii Rex fulliculo luſit. Verſus Memmingam ſe contulit; mox iterum rediit. Monachium 6ta petiit, obſidesque, quorum nomina hic habentur, 8va. ſecum reduxit, cachinnis affecti, in Epiſcopi palatio cuſtodiae traditi ſunt. Trecenti currus ſale onuſti Monachio Auguſtam aduecti ſunt. Dux *Banerius* Werdea rediit. 15. Sueci ſaluum conductum adgredientes, ſuſpenſi ſunt. Praedicantes exules reuocantur. 16. Omnes Catholici deſcribuntur. San-Vlricani arma extradere, perſonas in monaſterio preſentes deſignare, neminem excipere iuſſi ſunt. Occultationis armorum falſe incuſantur. In S. Crucis monaſterio ob eamdem accuſationem ſepulchra adperta ſunt. 20. Monacenſes obſides non ſine ludibrio ad ſaltatoriam transferuntur domum, altero vero die iterum reducti ſunt.

1ma. Iuiii. Clerus fidelitatis iuramentum praeſtare renuit. 3tia Canonici S. *Mariae* et S. *Mauritii*, proceſſione intermiſſa, veſperas in S. *Vdalrici* eccleſia decantarunt, et 4ta officium, proceſſione intra monaſterii ſepta inſtituta, peregerunt. 7. Memminga aliisque oppidis in ſuperiori Sueuia occupatis, Sueci Werdeam petierunt. Peregrini et ſtudioſi vrbe cedere edicto iuſſi ſunt, 12. Croati Fridbergam occuparunt. 13. Hoc nuntio accepto Auguſtani ad defenſionem ſe praeparārunt. 14. Campanae ſonus inhibetur. Catholici, et Cleri ſuperiores ad curiam vocati, cuſtodiae traditi ſunt. Eorum nomina. Aedificia extra vrbem diruta ſunt. Turrim S. *Vdalrici* ciues occuparunt. Generalis commiſſarii rhedarius in noſtro aſceterio omnes armis inſecutus, cuſtodiae fuit traditus.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

theranorum animus deficere coepit. 29. In eorum ecclesiis campanae sonare coeperunt. Monachi San-Vlricani matutinum in capitulo iterum psallebant. 30. Nuntius de Regis Norimberga recessu Augustam venit.

1ma Octobris Croati Suecos in fugam egerunt, octo ciues captiuos abduxerunt. 2. Vsque ad vrbem excurrentes, pecora abegere, et Suecos munimina relinquere coegerunt. Oberndorfii ab istis non sine iactura fugati sunt. 4. Nuntio de Regis aduentu facto, omnia parabantur. Augustani equites exploratores, Croatis a longe animaduersis, redierunt, et qui munimina custodierunt, prae timore, ea reliquere. 6. Rainium Caesarei iterum occuparunt. Regis aduentus denuo nuntiatur. Croati vsque ad moenia excurrerunt. *Franc. Klepser* monachus Caesareensis male habitus est. 7. *Nicomedes Reitter* Commissarius in S. *Vdalrici* monasterio hospitium sumsit. Milites et ciues armati, Regem excepturi, vrbe exeunt. Officiales Capituli asino insident. Eandem poenam Praeposito Gubernator minatus est. 8. D. *Larson Nicomedem Reiter* Commissarium conuitiis appetiit. Erat is fidei et ordinis Capucinorum apostata. 9. Rex frustra expectatur. Regina Biberbacum vsque peruenit. Clero pessima prophetabantur fata. 12. Schlamerdorsica et Schneödewindica legiones Augustam reliquere. Rainium a Suecis occupatur. Annona a vicinis oppidis postulatur. 13. Rex Tartarorum auxilium recusauit. 14. Landsberga obsidetur. 15. Aichachium et Schrobenhusam, pagis pluribus prius exustis, Sueci occuparunt. Croati fuga sibi consuluere. 16. Tormenta Neoburgum transferuntur. Sueci in Bauaria pecora abegerunt, et Augustam transportarunt. Ciues in militaribus exercitiis instruuntur. *Larsonis* famuli in S. *Vdalrici* monasterio se male et inquiete gessere, et Commissario mortem minati sunt. 20. Regis exercitus Franconiam petit. Augustani conducti patriam deserere trepidant. Petulantia punitur. 21. Dux *Mischeuallius* Neoburgi capite plexus est. Copiae versus Landsbergam, Kaufburam et Aichachium iter capiunt. Plurima pecora Augustam transportarunt. 22. Caesarei Weissenburgum occuparunt. 23. Sueci Aichachium expugnarunt. 26. S. *Afrae* sacellum in campo licio concrematur. A Capitulo Cathedrali tributum postulatur. In Landsbergae obsidione plures capitanei vulnerati sunt. 27. Fuit occupata, 28. *Larsonis* rhedarii petulantia. 30. Vicinis omnes equi ablati sunt, et tributum frumentarium Augustam transferre coacti sunt. 31. Plures copiae Bauariam petunt. Inninga flamma deuastatur.

1ma Nouembris Subditi Finningenses, fugato parocho, Lutheranum pastorem conduxerunt. Ciues Lutherani catholicos armare volunt. 2. Vulnerati a Bauaria reducti sunt. Ecclesiae S. *Vdalrici* custodes terrore concutiuntur. 3. Fallaces nuntii de copiis auxiliaribus, numerosoque Regis exercitu Augustae aduenere. Catholici, vt *Lutheri* partes sequantur, animantur. 4. In Bauaria pagi et spoliantur, et comburuntur. *Ludouicus Veil* ob falsam monasterii S. *Vdalrici* accusationem in vincula coniicitur. Caesarei Augustanis pecora in Heluetia emta abstulerunt, pecorariis tracidatis. 5. Duae legiones equitum redierunt. 7. Totus exercitus Brugga rediit, et in vicinia collocatus est. 8. Hausteltae petulanter Sueci segessere. Lutherani vt catholici armentur, postulant. Vicini pagi spoliati sunt. 9. Decanus Menchingensis redemtionis tributum soluere tenetur. 10. Omnes Capitanei et milites apud suas legiones comparere tenentur. Inuenis *Ochsenstirnius* Comitem de *Hohenloh* conuitiis adpetiit. 11. Gubernator militibus pagos in Bauaria diripiendos dedit, frumentum vero Augustam aduehi iussit. Pedites contra Bauarorum excursionem se parant. 12. Milites ad quatuor dies comeatum accipiunt. 13. Cis licum castra posuerunt. 14. Dachouiam versus excurrerunt. 15. Hanstettam spo-

liarunt. Ciues dato ſigno, ad ſua vexilla properare iuſſi ſunt. Praeſidium vrbis male erat contentum. 17. Villico S. *Vdalrici* omnes equites ablati, et iterum reſtituti ſunt. 18. Gubernatoris edicto Catholicis domibus exire, campanas pulſare interdicitur. 20. Iſtius mandati violatores domos ſuas repetere minis coacti ſunt. PP. S. I. eccleſia fuit clauſa. Capitanei Sueci a menſa fratrum excluduntur, Milites aegroti Hauſtettam translati ſunt. Bauarorum exercitus deſignatio. 22. Excubiae augentur. *Simon Simonſon* Commiſſarius in S. *Vdalrici* monaſterio hoſpitium ſumſit. 23. Croati cis licum excurrerunt. Obſides Monacenſes in domum Endorferianam translati ſunt. Catholicis eccleſias adire conceditur. Abbatiſſa Holzenſis a Gubernatore contra Suecorum moleſtationes praeſidium obtinet. S. *Afrae* Sacellum fuit ſpoliatum. 24. Nuntius de Regis morte celatur. 25. Plures multati ſunt. 26. Bauariae Elector Raicium reliquit. Equitum turmae Auguſtam redeunt. 27. Regis mors publicatur. 28. In eccleſis A. C. eiusdem obitus fuit promulgatus. Signum ad eleuationem iterum dari permittitur. 30. Kirchenfeldiae ducis exercitus recedit. Pabulantes tum trucidati, tum vulnerati ſunt. Clerus S. *Mariae* et S. *Mauritii* male in via habitus eſt.

1ma Decembris. Diuerſi rumores ſpargebantur. 2. Vulnerati in vrbem ducti ſunt. 3. Vexillifero hoſpitium a San-Vlricanis recuſatur. 4. P. *Chryſoſtomus Hueber* obiit. 5. San-Vlricani ab *Abrahamo* ſolemnitatis ob Regis mortem habitae inſimulantur. Quam ob rem eidem monaſterium interdictum fuit. Tributum ab iisdem poſtulatur. 7. Croati exploratores plures tum trucidarunt, tum vulneratos relinquunt. Exercitus magnam patiebatur moleſtiam. *Wurmbandius* Abbatiſſam Holzenſem cum ſuis ad conuiuium inuitauit, ſed illa comparere recuſauit. 8. Bauari Landsbergam verſus ſe conferunt. Mercatores Lutherani mobilibus ſuis in via a militibus priuantur. Tributum a San-Vlricanis extorquetur. 12. Catholici ſenatores domibus exeundi facultatem obtinent. Wittenbergici diſcedunt. 13. Lutherani Catholicos occidere decreuerunt, ſi Bauari vrbem obſiderent. Relatio de Regis victoria. 15. *Ochenſtirnius* in Franconiam abiit. Bauari Suecos caederunt. 16. Caeſarei vſque Lechhuſium venerunt. 18. Sueci ob Regis mortem contra Lutheranos querelas mouent. Croati Lechhuſii omnes equites abegerunt. 19. Excubiae ciuium terrefactae in vrbem redeunt. 20. Sueci Bauarorum caſtra ſequi parati erant. 21. Regem Suecorum adhuc viuere euulgabatur. Auguſtani animo deficiunt. 23. Bauariae Elector a San-Vlricanis quatuor poſtulat equos. 24. Dillingani obſides quatuor Ieſuitae Auguſtam ducuntur. Catholicis ante octauam horam eccleſias adire interdicitur. 25. In ſancta nocte diuinum officium celebrare fuit prohibitum. Croati Hauſettae aegrorum mulieres captas abduxere. 27. *Abraham Trinkher* obiit. P. Rector S. I. cum tribus aliis in curia cuſtoditur. Plures frigore periere. 28. *Ericanſonis* exequiae. 29. in vicinia noſtra Sueci omnia depraedarunt, et deuaſtarunt. 31. Landsberga a Bauaris occupatur. Capitanei capti Monachium ducti ſunt.

MDC. XXXIII.

1ma Ian. Bauari ad maenia vſque excurrerunt. 3. Peregrini edicto aut munitiones facere, aut vrbe exire iuſſi ſunt. 4. In Bauariam Sueci pabulatam ibant. 5. In S. *Mauritii* Canonicorum domibus Sueci collocati ſunt. Capitanei valde moleſtos ſe in ciuium Catholicorum domibus geſſerunt. Weldam ſpoliarunt. 6. Bauari vinum interceperunt. Sueci equites ad iſtorum caſtra tranſierunt. Peregrini munitiones facere nolentes vrbe

diſcedere tenentur. 7. Catholicorum turres clauduntur. Militare tributum tam capitulo cathedrali, quam a San-Vlricanis non ſine violentia ac iniuriis extorquetur. Capitaneus cum equitum turma Bauarorum partes ſequebatur. 8. Clero ſpoliationis periculum imminet. 9. Milites ad quamdam expeditionem parati eſſe tenentur. Patres S. I. ob tributum ſpoliationis periculum ſubeunt. Duo Dillingani a Curia ad vincula ducuntur. San-Vlricani Lutherano miniſtro calicem tradere coacti ſunt. 10. Exercitus diſcedit. 11. Peregrini vrbem relinquere et ciues annona ſibi prouidere tenentur. Pecora plurima periere. In PP. S. I. Collegio, et eccleſia omnia fuerunt deſcripta. 12. In omnibus A. C. eccleſiis concio funebris habita eſt. Catholicos Lutherani perſequebantur. 13. Ruſtici Bauari oculis priuantur. 14. Schneidewindica legio deſertionis inſimulatur. A Clero retentionis tributum Gubernator poſtulat. 15. Bauari obſides bini ac bini ad eumdem ducti ſunt. 16. Sueci Wengam deuaſtarunt. PP. I. S. diſcedendi facultatem poſtularunt. *Nicomedes Reitter* San-Vlricanorum famulos enſe perſequebatur. Inter ciues et Schneidewendicos rixae ortae ſunt. 17. Croati vſque ad munimina excurrerunt. 19. Piſtores et plures inſtitores ſpoliatl ſunt. Eccleſiarum A. C. praefecti San-Vlricanos accuſarunt. Sueci Mühlhuſae a Bauaris trucidati ſunt. Suecorum Rex a Lutheranis ſanctis fuit adnumeratus. 24. Sueci Hauſtettae parochum Meitingenſem occiderunt, Bauaris frumenta abſtulerunt. Auguſtani Dinkelſcherbam ſpoliarunt. 25. Epiſcopi literae ad capitulum interceptae ſunt. 26. Sueci viam regiam verſus pabulatum ibant. In Collegio S. I. milites collocati ſunt.

1ma Februarii 150 viri in noſtro aſceterio collocati ſunt. Duces iſtorum cibos et vinum exquiſitum poſtularunt. *Nicomedes Reiter* oeconomum diffamare ſtuduit. 3. Cuniculi diruti ſunt. Milites praeſidiarii conducuntur. 4. In bachanalibus perſonatorum circuitus interdicebatur. Quidam pagi in Bauaria ſpoliati et concremati ſunt. Pretioſa a ciuibus, vt militibus ſatis dare poſſent venduntur. Milites praeda onuſti redeunt. Ciues ab iisdem occiſi ſunt. Ottenbura fuit ſpoliata. Lutherani catholicis valde erant infenſi, eorumque necem poſtularunt. 10. San-Vlricanis a militibus haud exiguae exhibitae fuere moleſtiae. Militare tributum ab iisdem Gubernator exegit. 11. Portae fuerunt clauſae. Duces conſilium iniere. 12. Multa fabuloſa de Suecorum Rege narrabantur. 13. *Banerius* a ciuitate ante diſceſſum donis honoratur. Eius equites male ſe geſſere, et canonicorum domos ſpoliarunt. Plures de famulis San-Vlricanorum febri calida laborabant. 14. Sueci pabulatum et praedatum euntes ab Hungaris repulſi ſunt. 16. Erga San-Vlricanos Sueci ſe importunos exhibuere. 17. *Ochſenſtirnius* a Ieſuitis tributum minis exegit. Portae erant clauſae: excubiae augebantur. Peregrini vrbe exire tenentur. 18. Ieſuitae vrbem relinquendi facultatem fruſtra petunt. 19. Apud Clerum Cathedralem Schneidewindicae legionis milites collocati ſunt. Plures Suecorum ad vrbem venientes, ingreſſum non obtinent. 21. Senatores, exceptis duumuiris, conſilariis intimis, et conſulibus, ſtationes cum plebeis peragunt. Lutherani *Ochſenſtirnio* fiebant alieni. 22. Croati monaſteria Rottenbuchenſe, Steingadenſe, et Ethalenſe ſpoliarunt. 23. *Maximiliani Fuggeri* domus in qua *Ochſenſtirnius* habitabat, flamma deuorata eſt. Ad illam extinguendam clerici, Decanus etiam S. *Mauritii* a Lutheranis coacti ſunt. Huius incendii catholici inſimulabantur. 26. Audita *Hornii* clade, Lutherani catholicis mortem minitabantur. 27. Conſiſtorium in curia inſtituitur.

1ma Martii duae ciuium legiones extra muros contra Croatos pugnare recuſant. Iſti quindecim Suecos in munitionibus Lechhuſii captos abduxerunt. Monacenſes commiſſa rii obſides redemturi Auguſtam veniunt. Laugingani Suecis ſe ſubdunt. 2. *Forbum* inter et *Ruth* rixae ſub conuiuio in San-Vdalrici monaſterio exortae ſunt. 3. San-Vlricanis equi a Croatis ablati reſtituti ſunt. Iſti vſque ad vrbem excurrerunt. 5. De *Hornii* clade falſus extitit rumor. Preces publicae in Lutheranorum eccleſiis perfunduntur. Cleri domus ſpoliantur. 6. Vexillifer regem viuere nuntiat. Commiſſarii Monachium redeunt. 7. Sueci cum Auguſtanis in Bauariam excurrentes tum a Croatis occiſi, tum vulnerati, ac capti ſunt. Auguſtani hoſtem animaduertentes terrefacti, ad vrbem volabant. 10. Sueci a ciuibus perfidiae inſimulantur. 11. Praeda onuſti e Bauaria rediere. 12. Eccleſiae Cathedralis praepoſito non ſine intolerabilibus conditionibus ad capitulum Fueſſenſe ſe conferre conceditur. 14. Senatores A. C. ad excubias peragendas ſe primum contulerunt. 15. Sueci in villa San-Vlricana foenum abſtulerunt. Duumuir *Stenglin* feſtum annuntiationis B. V. cum Catholicis celebrare deſiderat. 17. Lutherani, variante belli fortuna, varii quoque in ſuis exiſtunt opinionibus. 18. Meringa fuit ab Auguſtanis ſpoliata. 19. Cleri Auguſtani ſubditis tributum imponitur. Equites in villa San-Vlricana foenum abſtulerunt. 20. Lechhuſani tributo ſuas domos ab incendio liberarunt. 21. Mulieres Auguſtanae viros ſuos occiſos credentes, deſolatae lamentabantur. Hailbrunnae conuentus celebrabatur. In eodem praeſentes, et puncta deliberanda recenſentur. Galli in eodem cum foederatis foedus renouarunt. Aliquot ſtatus tributum Romani imperii ſoluere, copiasque auxiliares mittere promittunt. 22. Aquites deſultorii cum praeda rediere. 24. Edicto Gubernator Catholicis ante ſeptimam matutinam et poſt quintam veſpertinam domibus exire prohibet. Transgreſſores iſtius puniuntur. 26. Auguſtani excurrentes Caeſareorum copia perterriti vrbem cito quaerebant. Croati equos vbique abegerunt. A San-Vlricanis auena poſtulatur. Lechhuſanorum domus a Suecis diruta ſunt. 28. Croati vſque ad munitiones venerunt. Equites deſultorii praedatum ibant. Lechhuſium penitus fuit deſtructum. 30. *Hornii* copiae Hauſtettam depraedati ſunt. Ingreſſus in vrbem iſtis denegatur. Eius exercitus in vrbi vicinis pagis collocatus eſt.

1ma Aprilis Annona ingraueſcit. Equi vili venduntur pretio. 2. Senatus a Clero tributum poſtulat. 3. Ablata pecora vili pretio emuntur. Sacerdotes a Suecis male tractantur. 5. *Hornius* cum ſuo exercitu ab vrbe diſcedit, et a Bauaris vltra licum obſeruatur. Merces Francofordium transportantur, et ab *Hornii* equitibus ſpoliantur. 8. Portae vrbis Croatis diuagantibus clauſae ſunt. *Hornius* et Dux Weinmariae Auguſtam redeunt. Tum in Bauaria tum in Sueuia plures pagi flammis fuerunt deuaſtati. Praeda onuſti milites e Bauaria rediere. 11. Aichachium a Suecis fuit occupatum. In Bauaria Sueci vbique depraedati ſunt, et pagos igne deuaſtarunt. Landsbergam obſederunt, et 20 plurimis occiſis, occuparunt. Praeda Auguſtam fuit transportata. San-Vlricanis frumentum Aichachio Auguſtam transuehendi facultas denegatur. 23. Landsbergenſes capti, cum praeda ablata, in vrbem veniunt. Lutherani ciues ſenatui ſubiectionem recuſant. Auguſtani San-Vlricanorum frumentum Aichachio ablatum vendunt.

1ma Maii duae legiones ciuicae, quibus Catholici ſe adſociare inuitantur, inſtruuntur. 5. Equites deſultorii monaſterium San-Vlricanum depraedatione minitatum, relinquere et *Ochſenſtirnii* mobilia comitari tenentur. 8. Ciues Regiae coronae et ſenatui homagium dicunt. Catholici arma arripere renuunt. 9. Capitulum Cathedrale muſicos, et ſenatus catholicos famulos dimittunt. 14. Gubernator *Ioſ. Georg* de' *Winkel* Auguſtam

venit. 17. Clero aut iuramentum praeſtare, aut ex vrbe diſcedere mandatur. 18. Vicarias Generalis Adminiſtratori San-Vlricano epiſcopalem demandat poteſtatem, monialiumque monaſteria committit. 19. Clerus, praeter San-Vlricanos, vrbe exiit. Clerici et moniales, qui in vrbe manſerunt, nominantur. Lutherani impreſſo ſcripto, clerum non fuiſſe fugatum, ſed libere diſceſiſſe manifeſtarunt. 20. Adminiſtrator e ſuis parochos, et monialium confeſſarios inſtituit. Relatio de Comitis de *Farnsbach*, qui Ingolſtadium prodidit, capitali poena Ratisbonae illata. 21. *Ochſenſtirnius* diſceſſit. Duumuir *Stenglius* et Conſul *Boecklin* San-Vlricanis auxilium ac defenſionem promittunt. Iſti calumniis petuntur. 22. Puellarum ſchola abrogatur. 23. Adminiſtrator monialibus omne promittit ſubſidium. 26. In feſto corporis Chriſti proceſſio in S. *Vdalrici* eccleſia fuit inſtituta. Summus Praepoſitus Adminiſtratori Catholicam plebem commendauit. 28. *Hornii* milites in Sueuia ſe peſſime geſſere. 29. Preces decem horarum inſtituuntur. Venerabile Sacramentum per aliquot horas ad adorandum quotidie exponitur. 31. Ciues et milites ſe male contentos exhibent.

1ma. Contra militum fugam edictum promulgatur. Peregrini vrbe excedere, et Catholici arma extradere iubentur. Adminiſtratori San-Vlricano a Vicario generali catholici et praecipue moniales commendantur. Sueci in Sueuia vbique vim adhibuere, peſſimeque homines tractarunt. 5. Bauari Landsbergam iterum occuparunt. 7. Clericorum famuli iuramentum fidelitatis Gubernatori praeſtare tenentur. 8. Croati merces in Tirolim transuehendas abſtulerunt, aut perdiderunt. 10. Munitiones tormentis inſtruuntur. 16. Monacenſes obſides trini et trini conſtricti Werdeam ducti ſunt. 21. Peregrini, et frumentum vbique deſcribuntur. 26. Aichachii ſigna viſa ſunt.

4ta Iulii. Clericorum bona et poſſeſſiones diuiduntur. 5. Pacis conditiones leguntur. 6. Bauari a San-Vlricanis tributum poſtulant 7. *Hornii* milites in Sueuia depraedati ſunt, in homines ſe crudeles exhibuere. Tributum perſonale Catholicis imponitur. 10. Campanae in S. *Vdalrici* eccleſia ſolum iterum ſonant. 16. Plures militum fugam capeſſerunt. Clerus, qui adhuc in vrbe remanſit, ea exire coactus eſt. 18. Mercatorum merces Bauari interceperunt. In Franciſcanorum eccleſia ſaltus inſtituuntur. 20. *Lichtenſteinii* et *Schlammerſtorfii* legiones diſcedunt. 24. Victoria de *Merode* reportata in Lutheranorum eccleſiis *Te Deum* fuit decantatum. 29. Croati annonam interceperunt.

1ma *Hornii* mandato militibus in piſcina Schoenenbaci piſcari fuit prohibitum. 3. Conſul *Boecklin* Comitatum Schwabegg et Auenberg obtinuit. 8. Duumuir *Ludouicus Rehm* obiit. 9. *Hornius* Werdeam petit. 22. *Wurmbrandio* Vrsberga, *Wedelio* Seifridsberga et Mihhuſium, Viduae Ducis *Auguſti* Caeſarea, Norendorfium, praefectura Werdenſis, et ditio Welden a *Brandenſteinio* tradebantur. *Stenglinio* Leitterhofenſes homagium dicunt. Obſides Noerdlinga Auguſtam reducuntur.

2da Septembris extra vrbem domus diruuntur. Croati vſque ad muros excurrerunt. 10. Luminaria in eccleſia cathedrali abrogantur. Annona ingraueſcit. 11. Edicto ciuibus, vt lignum in hiemem prouideant, indicitur. 12. Septem mulieres fame periere. 13. Frumenti pretium ſtatuitur. 14 et 16 Sueci milites Auguſtam venerunt, et Catholicorum et Lutheranorum domus ſpoliarunt. 17. Sonitus campanarum interdicitur. Frumentum deſcribitur. 18. Croati ante munimina viſi ſunt. 20. In S. *Vdalrici* monaſterio 50 milites collocati ſunt. Moniales Holzenſes diſcedunt. 24. Catholicis ante 8vam horam matutinam et poſt quintam veſpertinam domibus exire prohibetur. Caeſarei appropinquant.

1ma Octobris praeda Landsberga Auguſtam vecta eſt. 2. Bauari Suecos inuadunt. Vicini pagi concremantur. 6. Vrbs magis munitur. 7. Croati San-Vlricanorum equos, abduxerunt. Biberacum a Caeſareis occupatur. Croati prope vrbem ſaepius adparuerunt. 17. Adipis pretium minuitur. 19. Peregrinis intra paucos dies vrbem relinquere mandatur. 22. *Axelius Ochſenſtirnius* mercatoribus ſaluum conductum promittit. 24. Peregrini ex vrbe diſcedunt. Aichachii San-Vlricanorum frumentum retinetur.

2da Nouembris a San-Vlricanis tributum, et vectigal requiritur. 8. Magiſtratus illius remiſſionem a Gubernatore rogat. 16. Regis Sueciae diem obitus omnes ſub graui poena celebrare tenentur. 30. Capitaneus vim Adminiſtratori quoque intulit.

1ma Decembris idem ſe furioſum iterum exhibuit. 2. Omnes qui ad nundinas venerunt, hora duodecima vrbe exire iuſſi ſunt. 3. Frumentum, vinum, aliaeque merces Lauginga aduehebantur. 7. Schneidewindici excurrerunt et Zemetshuſam et Breitenbrunam ſpoliarunt. Monachio merces a Croatis interceptae aduenerunt. 10. Praeda onuſti Brugga rediere. 12. Schiringae eccleſiae hominibus repletae flammis perierunt. 15. *Hornii* milites ruſticos crudeliter tractarunt. San-Vlricani incommodis affecti ſunt. 31. Vectigal ſenatus decreto ab iſtis poſtulatur.

M. DC. XXXIV.

2da Ianuarii Adminiſtrator cum ſuis et 3tia cum duumuiris Catholicis de vini emtione conſultauit. 8. Oblationes vinum pro ſacrificio emendum fiebant. 9. Panis pondus minuitur. 17. Duces ſtipendia ſua a ſenatu poſtulant. 18. Piae fundationes ob aeris penuriam reducuntur. 20. Officium de S. *Sebaſtiano* fuit celebratum. Fraternitatis membra.

4ta Februarii Capitaneo, qui San-Vlricanis nimis moleſtus erat, ſenatus decreto aliud hoſpitium deſignatum eſt. 5. In S. *Vdalrici* eccleſia fiebant oblationes. 6. Eleemoſinae collectio in iſta prohibetur. 7. Iſta prohibitio reuocatur. Variae fiebant excurſiones. Merces et boues Auguſtam venere. Fridlandiae Dux, qui a Caeſare defieciebat, morte multatur. 26. In quadrageſima carnis eſus conceditur

2da Martii Lutherani in religionis catholicae ludibrium proceſſionem, et ſaltus religioſis veſtibus indutis in lanionum domo inſtituerunt. 3. Iſta domus concrematur. 5. Sanguineus ſudor in pariete cuiusdam domus per plures dies obſeruatur. 7. Ciuium excubiae ad S. *Vdalrici* monaſterium deſignantur. 10. Ruſtici poſt horam quartam veſpertinam ſub mortis poena vrbem relinquere tenentur. 15. Caeſar ob *Fridlandii* mortem Calumniis afficitur. Iſtius proceſſus et geſta typis euulgantur. 22. Ciues ſine conſulis facultate vrbe exire prohibentur. 27. Mercatores Francofordium ſe conferunt.

1ma Aprilis Catholicis a hora ſexta vſque ad ſeptimam veſpertinam exeundi facultas conceditur. 7. Qui clam ex vrbe diſceſſere, ſub multa reuocantur. 9. Vrbis portae clauduntur. 11. Catholici domos ſuas repetere tenentur. San-Vlricani a ſuo monaſterio ad Collegium S. I. ſe conferere iuſſi ſunt. 12. Officium diuinum in eccleſia S. I. celebratur. 16. Obſides valde cuſtodiebantur. 19. San-Vlricani reditum ad ſuum monaſterium poſtulant. 20. Croati merces et frumentum interceperunt. 25. San-Vlricanis ſine duumuirorum praeſcitu frumentum e horreo vendere aut ad proprium vſum dare prohibetur. Peregrinis ſacerdotibus in S. *Catharinae* eccleſia miſſas dicere interdi-

citur. 27. Transitus ad villam muro intercluditur. 30. In monialium ecclesiis missam audire Catholicis conceditur.

4to Maii *Blasius Roerbacher* Franciscanus ex obsidum Monacensium numero A. C. professus est doctrinam. 7. Duumuir *Stenglinius* administratori San - Vlricano comeatum dare renuit. 8. Cancellario propriam domum inhabitare a senatu praecipitur. 9. Milites vexilla sua deserunt. 11. Festum mirabilis sacramenti solemniter celebrabatur. 17. Ministri A. C, in Episcopali palatio confessum habuerunt. 20. Bibliotheca monasterii Vrsinensis Gubernator Kaufburanus Gubernatori Augustensi transmisit. *Spereiteri* milites, posthabita senatus et Gubernatoris prohibitione pisces Schoenenbaci abstulerunt subditosque crudeliter tractarunt. 28. In ecclesiis A. C. Te Deum decantabatur.

2da Iunii P. *Fridericus Plank* *) San - Vlricanus Landishuti obiit. 8. Pro religionis Catholicae exercitio ecclesia cathedralis exigitur. 13. *Kunegundis Imhoff* Caesareum Capitaneum captiuum sibi nupsit. 15. Processio in festo corporis Christi in collegio S. I. fuit instituta. 20. *Hornii* exercitus iter in Bauariam parauit. Aichachium occupauit et flamma deuastauit. 30. Versus Augustam rediit.

1ma Iulii Suecorum exercitus fame opprimitur. 3. *Hornius* Bauariam petit. Peregrini sub poena mortis vrbem relinquere coacti sunt. 4. *Hornius* occupato Aichachio plurimis interfectis, rediit. 9. Idem S. *Vdalrici* ecclesiam et monasterium perlustrauit; dein discedit. 10. Aichachiani captitui dimittuntur. 11. *Hornius* et Wimariae Dux in Bauariam se conferunt. 16. In ecclesiis A. C. preces pro felici Wimarii expeditione instituuntur. 17. Pagani homines ex vrbe eiiciuntur. 18. Senatus clericorum bonorum possessionem occupauit. 20, Aedituis ecclesiae Cathedralis Senatus claues ad eamdem restituit. 23. Senatus a Catholicis mutuum postulat. 29. Protectionis tributum a San-Vlricanis postulatur.

1ma Augusti ab iisdem militare exigitur tributum. 2. Tributa ista viginti thaleris redimuntur. 6. Suecorum exercitus a Bauaria rediit. 9. Ortis inter *Wimarium* et *Hornium* dissidiis, vterque exercitus disiunctus est. 14. Vrbis praefecti mandato molae extra vrbem deuastatae sunt. 15. Ad munitiones faciendas ciues vocantur. 16. Arbores succiduntur. Catholici senatus decreto a septima matutina, vsque ad horam quintam vespertinam domibus exire solum permittitur. 22. Agrestes homines vrbem relinquere iussi sunt. 23. Pestis grassari coepit. 28. Pabulantium equos Croati abstulerunt.

5ta Septembris apud Noerdlingam praelio decertatum fuit. 6. Annona adportata est. 7. De Suecorum clade nuntius aduenit. Ad vrbis defensionem praeparatur. Relatio de Noerdlingana pugna. 10. Agrestibus hominibus annonam ad vrbem transportandam sub mortis poena interdicitur. 11. Croati vsque ad muros excurrerunt. 13. Augustani ad deditionem animantur. Pecora in vrbem ad emendum adportantur. 23. San - Vlricani in monasterium redire petunt. 29. P. Prior peste periit, in peristylio sepultus.

3tia Octobris Caesarei aquam deduxerunt. Aquaeductus iterum aperitur. 5. Inter praesidiarios et Croates fuit decertatum. S. Seruatii xenodochium cum ecolesia aliisque domibus flamma consumtum est. 8. Croati munitiones inuadunt. 9. Omnes fluuii a Caesareis deducti sunt. 14. Bauari versus Günzburgum iter faciunt. Catholicis domibus exire non conceditur. 16. Aqua iterum in vrbem deriuatur. 18. Catholicis exeundi facultas datur. San - Vlricanis in monasterium redire senatus renuit. 21. Croati pecora abegerunt. Annona ingrauescit.

1ma

*) De hoc viro eiusque scriptis Vol. I. actum est.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

11ma Martii. *Gallaſii* reſponſio ad Auguſtanorum deditionis articulos data Auguſtae legitur. Praeſidiarii ad caeſareorum caſtra fugiunt. 18. Victualia obſidibus et San-Vlricanis Monachis adportata a ſenatu intercepta, et 20 reſtituta ſunt. Ciuibus de iſtis plura vendita ſunt. 22. Commiſſarii rediere. 24. Deditionis articuli, qui Lutheranis parum placuerunt, promulgati ſunt. 26. E Bauaria annona Auguſtam vehitur. 27. Praeſidiarii ſtipendia obtinent. Caeſarei adpropinquant. 28. Sueci cum foederatis ex vrbe diſcedunt, et Caeſarei eam occupant. 29. Te Deum in eccleſia S. *Vdalrici* praeſentibus Capitaneis decantatur, campanae in Catholicorum eccleſiis pulſantur, tormenta explodiuntur. 30. Obſides Monachium redeunt. Plures e Clero reuerſi ſunt. Edicto ciuibus mandatur, militibus aut victum, aut ſtipendium praebere. 31. Obſides Landishutani vrbe exeunt. Vicarius Generalis rediit. Praeſidium Caeſareum in vrbem introducitur. *Wallius* Laugingam reuerſus eſt.

1ma Aprilis *Otto Henricus Fuggerus* vrbis Gubernator a Caeſare nominatus aduenit. 2da. Iſtius mandato Lutherani arma deponere coguntur. Praeſidium augetur. Plures e Clero reuerſi ſunt. 3. Hiſpani vrbem tranſiere. 5. In Lutheranorum domibus milites collocantur. 6. Templa catholicis ſolemniter reſtituuntur. Perſonae adhuc in S. *Vdalrici* monaſterio praeſentes. In fine legitur: *Scribendo abſolutum hoc opus in feſto* S. *Michaelis Archangeli Anno* 1641.

Addidit Autor deſignationem pretii, quo alimenta a menſe Nouembri 1634 vſque ad finem Martii 1635. emta ſunt: Sueci exercitus Praefectorum et Ducum nomina: vexilla tum peditum, tum equitum delineata.

III.

Reginbaldi Moehner Genealogia Familiarum Auguſtanarum in Fol.

Sequentium Familiarum Genealogiam contexebat, earumque inſignia delineauit Autor: *Fuggerorum*: *Ilſungorum*: *Auiorum*: *Adlerorum*: *Arztiorum*: *Bachorum*: *Baumgartnerorum*: *Bechlerorum*: *Bimeliorum*: *Boecklinorum*: *Behemorum*: *Buroncorum*: *Camermeiſterorum*: *Conzelmannorum*: *Chrafterorum*: *Chriſtelliorum*: *Dachſiorum*: *Donningerorum*: *Denderichorum*: *Doerrerorum*: *Detikhoferorum*: *Dietenhaimerorum*: *Egen* ab *Argau*: *Ehemorum*: *Endorferorum*: *Flekhaimerorum*: *Freherorum*: *Frickingerorum*: *Funkiorum*: *Gaſnerorum*: *Geizenkoſterorum*: *Goſſenbrotorum*: *Granderorum*: *Greſtiniorum*: *Guerlichiorum*: *Greinerorum*: *Hainhoferorum*: *Hainzeliorum*: *Hammaniorum*: *Haugiorum*: *Herliorum*: *Hemerleiorum*: *Hoermanniorum*: *Hoechſtetterorum*: *Hoerwartiorum*: *Hoerliniorum*: *Hofmairiorum*: *Honoldiorum*: *Hopferorum*: *Hoferorum*: *Imhoffiorum*: *Ieniſchiorum*: *Iungiorum*: *Koezerorum*: *Kraelliorum*: *Langiorum*: *Langenmanteliorum*: *Langenauerorum*: *Laugingerorum*: *Liberorum*: *Linkiorum*: *Mayorum*: *Maierorum*: *Manlichiorum*: *Meitingerorum*: *Menhartorum*: *Merziorum*: *Mielichiorum*: *Millerorum*: *Noerlingerorum*: *Neidhartorum*: *Oeſtereicherorum*: *Pachlerorum*: *Peutingerorum*: *Pfiſterorum*: *Portnerorum*: *Preuſchuchorum*: *Rehlingerorum*: *Rehmiorum*: *Remboldorum*: *Raiſerorum*: *Rauenſpurgerorum*: *Rebhuniorum*:

Rege-

Regeliorum : Reihingiorum : Renziorum : Ridlerorum : Roſenbergerorum : Rothiorum : Rudolphorum : Roſenbuſchiorum : Schaelerorum : Schmukerorum : Schoenerorum : Schorerorum : Senfteliorum : Seteliniorum : Schellenbergerorum : Scherichiorum : Seiziorum : Sighartorum : Steudliniorum : Sizingerorum : Steirnageliorum : Stunziorum : Radiorum : Rummeliorum : Starkiorum : Sulzeriorum : Steteniorum : Stamlerorum : Stegliniorum : Thenniorum : Topleriorum : Voehliniorum : Veſtetiorum : Vetterorum : Vogeliorum : Velſerorum : Waltherorum : Weiſſiorum : Wirſungiorum : Weſtermairorum : Waiblingerorum : Wagnerorum : Wolfiorum.

IV.

Reginbaldi Moehneri Ariſtocratia Auguſtana in 4to.

Praeſenti operi Autor hanc praefixit inſcriptionem: *Ariſtocratia Auguſtana, quam anno MCXLVIII. Auguſti die III. ſublata Democratia et abrogatis tribunis, Carolus V. Imperator Pius Felix Maximus pro Maieſtatis ſuae clementia de integro reſtituit, inſtitutam autoritate Imperiali confirmauit, et in perpetuum fieri et obſeruati mandauit.* In iſto itaque Autor viros nominat, qui ab anno 1548 vſque ad annum 1670 *Duumuiri Septemuiri, Conſules, Aerarii, Aediles, et ſenatores* fuere. Anno 1629. Iudicii vrbici aſſeſſores memorantur. 1631. Magiſtratus ex Caeſaris mandato fuit reformatus et ex Catholicis ſolummodo conſtitutus. Ita etiam iidem officiis praerant, iudicio aſſidebant. Maior quoque ſenatus excluſis A. C. addictis, Catholicis conſtabat. Anno 1632. Mandato *Guſtaphi Adolphi* Suecorum Regis Auguſtam occupantis, excluſis Catholicis, tum minor, tum maior ſenatus Lutheranis conſtitutus eſt. Anno 1635 28 die Martii ciuitate Auguſtana Caeſari reſtituta, per *Othonem Henricum Fuggerum* vrbis Gubernatorem, et *Valentinum Lang* Caeſaris Conſiliarium et Supremum Commiſſarium Lutherani ſenatores depoſiti, et reſidui ſenatores Catholici vſque ad electionem in Auguſto fieri ſolitam in curiam introducti et priſtinis officiis praefecti ſunt. Recenſentur, qui fundationibus, tribubus, aliisque officiis praefuerunt. Anno 1649 Religionis paritas tum in ſenatu, tum in officiis iuxta pacem Weſtphalicam fuit introducta; itaque Catholicorum pars A. C. addictis locum cedere coacta eſt. In fine Autor oſtendit, quomodo ſenatus maior ab anno 1631 vſque ad annum 1670 ſingulis annis creuerit, aut decreuerit.

V.

Reginbaldi Moehner Duumuiri, Conſules &c. in 8vo oblongo.

Pluribus hoc opus conſtat partibus. I. Conſules ſeu Duumuiri, Praefecti vrbis Auguſtae primi, quantum ex antiquis monumentis erui potuit vſque ad annum 1548.

II. Forma magiſtratus Auguſtani, maioris et minoris ſenatus, a *Carolo V.* Imperatore anno 1548 conſtituta.

III. Patricii Auguſtani, quibus temporibus eorum mentio et introductio facta fuit.

IV. Magiſtratus ab anno 1548 vſque ad annum 1679 conſtitutus.
V. Patricii quo anno electi. quoue mortui fuere.
VI. Quo anno ii qui patriciis proximi erant, et mercatores, et plebei in Senatorum albo inſcripti, quoue mortui fuerunt.
VII. Qui iudicio ab anno 1628 — 1670 praefecti ſunt.
VIII. Qui ab anno 1628 — 1670 publicis officiis praeerant.
IX. Qui patricii ab anno 1631 — 1670 in magnum vt vocant, ſenatum vocati et electi ſunt.
X. Mercatores, et patricii ab anno 1632 — 1670 creati.
XI. Maioris ſenatus membra ex plebeis ab anno 1631 — 1670 electa.
XII. Nuptiae nobilium — von der Stuben — ab anno 1484 — 1670.
Quod hoc opus maxime commendat, ſunt inſignia cuilibet, ſi plebeos excipias, nomini adpoſita et debitis coloribus diſtincta.

VI.

Reginbaldi Moehner Stemmata Landgrauiorum Haſſiae, et Principum Anhaldiae &c. in 4to.

Autor Haſſiae Landgrauiorum originem a *Saluio Brahone*, et *Sumiana Caeſaris* nepte, qui 51 annis ante Chriſtum natum vixerunt, duxit, et vſque ad *Wilhelmum V.* qui anno 1655 adhuc florebat, deduxit. Huic adiunxit Darmſtadienſium ſtemma, quod a *Georgio Philippi* filio originem ſumſit.
Anhaldiae principum Autor *Albertus Vrſus*, qui ſeculi duodecimi medio florebat, laudatur. Iſtis ſubnexi ſunt Brandenburgiae Electores priſci, Saxoniae Electores veteres, et Saxoniae inferioris Duces, dicti Lauenburgenſes, qui Anhaldiae principibus ſuam debent originem.
Stemmata memorata excipiunt *Fuggerorum*, *Rehlingerorum*, *Welſerorum*, *Schellenbergerorum*, *Langenmanteliorum*, *Rhemiorum*, *Peutingerorum*, et *Remboldiorum* connubia, tam virorum quam vxorum inſignibus exornata.

VII.

Reginbaldi Moehner Notitia Epiſcopatus Auguſtani in 8vo oblong.

Huic operi ſequens praemiſſa eſt inſcriptio: *Notitia Epiſcopatus Auguſtani, ſeu deſcriptio Omnium et ſingulorum, Eccleſiarum Cathedralis et Collegiatarum, Monaſteriorum, Decanatuum ruralium, Parochiarum, Capellaniarum, et beneficiorum eccleſiaſticorum totius Dioeceſis Auguſtanae.*
Iam in volumine primo p. 62 talis epiſcopatus notitia, ſeu Catalogus eccleſiarum collegiatarum, Monaſteriorum &c. a *Car. Stengelio* conſcriptus fuit recenſitus; cum prae-

praesentis *Moehneri* notitiae instructio vix non eadem est, brevitatis gratia a fusiori recensione supersedere possum.

VIII.

Reginbáldi Mochner Series SS. Pontificum, Imperatorum, Genealogia principum ín 4to.

Series summorum Pontificum vsque ad *Clementem IX.* deducitur. Quot annis quilibet ecclesiae praefuerit, quoue obierit, indicatur.

II. Catalogus Romanorum Imperatorum, tam orientis, quam occidentis Imperatores continens et Genealogice conceptus, a *Iulio Caesare* ad *Leopoldum I.* vsque progreditur. Orientialibus Turcici mox subnexi habentur.

III. Genealogia S. R. I. Principum ordine alphabetico concepta. Sunt autem sequentes.

Anhaldiae Principes: *Aldenburgiae* Comites: *Austriae* Marchiones et Duces priores. *Austriae* Archiduces a Comitibus de *Habsburg* descendentes: *Habsburgii* Comites vltimi. *Badenses* Marchiones, *Bauariae* Duces: *Palatini* Rheni Comites: *Palatini Bipontini*: *Bohemiae* Duces et Reges: *Brabantiae* et *Tongrorum* Duces: *Brandenburgiae* Marchiones ex Anhaldiae principibus orti. *Brandenburgiae* Electores, Marchiones hodie vigentes: *Brunsuiciae* et *Luneburgiae* Duces ex *Guelfis* exorti: *Brunsuiciae* Duces Grubenhagenses: *Burgundiae* duces: *Burgundiae* Comites: *Burgundiae* Reges.

Cliuiae Comites veteres: Comites et Duces. *Franconiae* Duces: *Flandriae* Comites. *Geldriae* Duces: *Goritiae* Comites: *Hanoniae* Comites: *Hassiae* Landgrauii ex Louanensibus descendentes: *Hochbergii* Marchiones: *Susenburgenses* Comites: *Holandiae* Comites: *Holsatiae* Duces ex Daniae Regbus: *Iuliae* Comites et Duces: *Bergenses* Comites ex illis descendentes. *Leuchtenbergii* Landgrauii: *Lotharingiae* Duces: *Mosellani* Comites ex illis orti: *Lucenburgiae* Comites et Duces ex Lotharingis descendentes: *Meklenburgiae* Duces: Vandaliae et Stuttgardiae Duces ex illis orti: *Meraniae* Duces: *Münsterbergiae* Duces: *Pomeraniae* Duces: *Sabaudiae* Duces ex Saxoniae Ducibus orti: *Saxoniae* Duces veteres: *Saxoniae* inferioris Duces: *Saxoniae Lauenburgiae*: *Misniae* et *Wimariae* Duces: *Sueuiae* Duces: *Tirolenses* Comites: *Turingiae* Landgrauii: *Wirtenbergiae* Comites et Duces: *Zaringiae* Comites et Duces.

IV. Genealogia Regum, Ducum ac Principum, Principibus S. R. I. sanguine aut Affinitate iunctorum, et sunt sequentes.

Alensonii Duces: *Andegauenses* Comites et Duces: *Antisiodorenses* Duces: *Angliae* Reges. *Apuliae* Duces Nordmanni: *Aquitaniae* Duces: *Aragoniae* Reges veteres: posteriores: *Atrebatenses* Comites: *Aurelianenses* Duces: *Belloicenses* Comites: *Bituricenses*: *Blesenses* Comites: *Burbonii* Duces: *Brabantiae* Duces: *Britanniae* seu *Armoricae* Duces. *Campaniae* Comites: *Castiliae*, *Asturiae* et *Legionis* Reges: *Cypri* Reges: *Daniae* Reges: *Druidum* Comites: *Eboracenses* Duces: *Estiae* Marchiones: *Ferariae* Duces: *Flussates* Comites de Foix: *Franciae* seu *Galliae* Reges: *Merouingi*: *Carolingi*: *Capetani*: *Burbonii*: *Guiennae* Comites: *Guissiae* Duces et *Mainiae*: *Hierosolymorum* Reges: *Hetruriae*

truriae Duces: *Hungariae* Reges: *Ionuille* Barones, Guiſſiae Duces: *Longobardiae* Reges: *Mantuae* Marchiones et Duces: *Maſſouiae* Duces ex Poloniae Regibus orti. *Mediolanenſes* Comites et Duces: *Montisferati* Marchiones: *Montiſpenſerii* Comites.

Nauarrae Reges, et *Neapolis*: *Niuerſii* Duces: *Norduegiae* Reges: *Nordmanniae* Duces: *Paleologi Byzantini*: *Poloniae* Duces et Reges: *Portugalliae* ſeu *Luſitaniae* Reges: *Scotiae* Reges: *Siciliae* Reges: *Sileſiae* Duces, *Suecorum* et *Gothorum* Reges: *Tſchae* et *Oppoliae* Duces: *Toloſae* Comites, *Venetorum* Ducum Catalogus, *Viennenſes* et *Vindocinates* Duces: *Vrbini* Duces: *Turcarum* Imperatores.

IX.

Salani Annalium nucleus ſeu ſynopſis a Reginbaldo Moehner collectus in 4to.

Praeſentem Synopſin Autor ex ſex *Saliani* voluminibus magna induſtria collegit, genealogicas adiecit tabulas, atque vſque ad annum Chriſti 134 ſuam deduxit hiſtoriam. In laterali margine annos accurate indicauit.

X.

Reginbaldi Moehneri collectio inſignium, in 8vo oblong.

In hoc codice delineata, ac diuerſis coloribus diſtincta habentur inſignia: Epiſcoporum Auguſtenſium: Praepoſitorum, Decanorum, et Canonicorum eccleſiae Cathedralis: Praepoſitorum Eluacenſium: Abbatum SS. *Vdalrici* et *Afrae*: aliquot centena diuerſarum familiarum ordine alphabetico diſtributa.

XI.

Reginbaldi Moehneri collectio inſignium, in 4to.

Inſignia in hoc volumine contenta ſunt: Epiſcopatuum, Abbatiarum, Praepoſiturarum, Ordinum equeſtrium: Academiarum, ciuitatum imperialium, vrbium, oppidorum: Patriciorum et ciuium Auguſtanorum, Norimbergenſium, Argentoratenſium, Vlmenſium, denique plurium millium familiarum ordine alphabetico ordinata.

XII.

XII.

Reginbaldi Mochneri collectio insignium. in 4to.

Praesens codex 2002 paginis constans, octodecim millia circiter omnium pene regnorum, prouinciarum, Regum, Ducum, Principum, nobilium &c. arma gentilitia comprehendit.

XIII.

Reginbaldi Mochner Epitome Annalium Sueuicorum Martini Crusii.

I. Epitome rerum Sueuicarum ex libris de gentium migrationibus Wolfgangi Lazii. II. Catalogus Episcoporum, Abbatum, Praepositorum &c. III. Catalogus SS. Pontificum, Imperatorum, Genealogia Principum &c. IV. Insignia regnorum, Episcopatuum, Vrbium &c. in Fol.

Pagina titulum praeferens, figuris pulchre delineatis decorata est. Supra dii, in medio *Sueuus* Rex, a dextris *Fridericus I.* Imperator, a siniſtris *Hermericus* infra ex vna parte viri armati, ex altera homines agrestes conspiciuntur. Paginae sequentes viginti diuersas repraesentant figuras, praecipuas operis historias, militaremque diuersorum populorum cultum exhibentes.

In fronte operis legitur: *Epitome Sueuicorum annalium a Martino Crusio scriptorum. Mochnerus* in sua epitoma *Crusii* ordinem penitus sequitur. Integrum opus enim in tres partes, istas in libros, hos in capita dispertit. Plurà tamen eorum omisit. Quod autem opus hoc praecipuae commendat, est Cchronologia in margine omnium oculis expositа, et Familiarum in operis decursu comparentium insignia debitis coloribus distincta. Partem tertiam excipit familiarum Sueuicarum Catalogus alphabetico ordine conceptus, insignibusque exornatus. Sequitur denique *Crusii paralipomenos rerum Sueuicarum liber*, de quo tamen vltima octo capita omisit. Plura quoque de S. *Vdalrici* monasterio addidit.

II. *Epitome rerum Sueuicarum ex libris de gentium migrationibus Wolfgango Lazio Viennensi Austriaco Medico et Historico Autore.* In ista tantum Duces, Comites, Barones, aliosque nobiles Sueuiae, aut ex Sueuis ortos Autor memorat, eorumque insignia delineata exhibet V. G. *Carnorum Principes regio titulo decorati, qui ex Sueuorum gente a temporibus Valentiniani Caesaris tractui inter Sauum et Drauum iura dederunt.*

III. Catalogus Archiepiscoporum *Moguntinensium*, Episcoporum *Augustanorum*, *Wormatiensium*, *Sedunensium*, *Lausanensium*, *Curiensium*, *Constantiensium*, *Spirensium*, *Argentinensium*, *Basileensium*, *Eistettensium*, *Herbipolensium*, *Bambergensium*.

Catalogus magistrorum ordinis teutonici equitum et S. *Ioannis* Hierosolymitanorum apud Germanos.

Catalogus Abbatum, Praepoſitorum, Abbatiſſarum in Sueuia exiſtentium, qui ex *Cruſii* annalibus exſcriptus eſt.

Diuerſa haſtiludiorum genera pulchre delineata, vnacum familiarum, quae in triginta ſex praeſentes erant, indice ex *Cruſii* annalibus excerpta.

IV. Catalogi Romanorum Pontificum, et Imperatorum, necnon Genealogia Regum, Principum, Ducum, ac Comitum plane cum iis conueniunt, qui ſupra numero VIII recenſiti habentur; ſolummodo in praeſenti volumine in accuratiorem redacti ſunt ordinem.

V. Triginta et octo folia inſignibus Regnorum, Regum, Epiſcopatuum, Vrbium, et Oppidorum, Ducatuum, Marchiouatuum, Palatinatuum, Landgrauiatuum, Principatuum, Comitum, Baronum, aliorumque nobilium in ordine alphabetico, Patriciorum, Vlmenſium, Argentinenſium, et Auguſtanorum, necnon vniuerſitatum, debitis coloribus diſtinctis referta. Denique de Academia Tubingenſi, quinam Rectores ab anno fundationis a Chriſto nato 1476 vſque ad annum 1592 fuerint, et qui nobiles ſub ipſis in album inſcripti fuerint. Haec ex *Cruſii* annalibus excerpta obſeruantur. In fine triplex conſpicitur index, primus materiarum; ſecundus res Auguſtanas reſpicit: tertius familiarum in hoc volumine memoratarum nomina comprehendit.

Haec itaque in hoc volumine ſpiſſo admodum, ac ſplendiſſimo, ab indefeſſo Autore, non ſine praemiſſa plurium operum diuturna lectione, herculeoque labore collecta continentur.

XIV.

Reginbaldi Mochneri Hodoporicum in lingua vulgari, cum Figg. in 4to.

Notitiae, quas Autor in hoc ſuo itinerario conſignatas nobis reliquit, maxima ex parte exigui ſunt momenti; narrat enim plerumque tantummodo, quas regiones, quaeque loca peragrauerit, quomodo vbique fuerit exceptus, quam bene vel quam male habitus, quos labores in ſe ſuſceperit. Itaque in huius voluminis recenſione, vt tempori et lectorum patientiae parcam, breuis ero, et ſolum quae maioris mihi videntur momenti, commemorabo. Opus ab itineris ratione initium ſumit, quod ipſius Autoris adducam verbis.

Nach Chriſti vnſers Erloeſers geburt in dem Iahr 1635 *Als nach treiiäriger Schwediſcher preſſur die Statt Augſpurg durch Ubergab in die Kayſerliche deuotion, widerumb gelangt, daß Reichßgottshauß aber zue St. Ulrich vnderthonen zum theil vertriben, vnnd vmbkomen die Landtgütter vil verbrent vnd verödet, die Velder bei ſo langem Kriegſweſen vngebawet verbliben, alſo die einkommen recht genzlich gehämmet, daß Ihre Hochwürd vnd gnaden Herr Bernard Abt diſes Cloſters nothwendiger weiß etliche ſineß Conuents an anderen Orthen die hoſpitaliteten zuſuechen zuentlaſſen genöthiget worden, alſo hatt er mir P. Reginbaldo vnnd F. Caſparo Oefelin literas dimiſſoriales gnedig ertheilet, vnnd vnſer glukh ferner zueſuechen entlaßen vnnd abgefertigt.*

De-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Marchionis Badenſis imperio miſit. *Moehnerus* cum principis Comitatu per Bohemiam, Saxoniam, Franconiam, Rhenique prouincias in Belgium profectus eſt. Enarrat loca, per quae tranſierunt. Recenſet copiarum duces, Marchionis comitatum cum omnium inſignibus. Apud montes Hanoniae ſeſe Hiſpanis adiunxerunt. Valentiniana vrbs deſcribitur. Quercetum occupatur, et Franciae Gubernator capitur. Exercitus Condatum ducitur, vbi inter Hiſpaniae duces et Marchionem diſcordiae oriri coeperunt. Illi hoſte adpropinquante, Montes rediere, et Germani in Piccardiam hoſtem inuadere iuſſi ſunt, nullo vero reperto Quercetum verſus exercitus rediit. Quidam Germanorum Hiſpaniae ducibus ſubiiciuntur. Contradicente Marchione, is Montes ad Auſtriae ducem ſe conferre iuſſus eſt. Ibi aduenienſ, cuſtodiae traditus, ſuoque munere Hiſpanorum iuſſu priuatus eſt. Marchio hac de contumelia ab Hiſpanis iniuſte illata apud Archiducem conqueſtus, iſtos ad ſingulare certamen prouocauit. Ducis munere depoſito, exercitus, qui fame, gladio, itinerisque moleſtiis intra paucos menſes a 5000 plus quam quatuor millia periere, imperium aliis commendauit, ſuosque aulicos cum capellano ad ſe Bruxellam vocauit. Id aegre ferentibus militibus, plures ad Marchionem venientes dimiſſionem poſtularunt, atque obtinuerunt, ita vt vix quingenti remanſerint. Ipra itaque Bruxellam ad principem aulici venientes, aliquot diebus ibidem commorati ſunt. Vrbs iſta deſcribitur. Tandem 17ma Nouembris reditus Viennam paratus eſt. Confluentiae Marchio ſuum comitatum reliquit, *Moehnerum* Viennam ad ſe venire iubens. Norimbergam vſque iſte cum principis comitatu delatus, memorabilibus ibidem obſeruatis, ſuis Comitibus valedixit, et per Franconiam petiit Sueuiam. Priusquam autem Auguſtam tenderet, Boksbergium affinem ſuum *Ioan. Conradum Aiblinger* viſitaturus ſe contulit, Violauiae ad B. V. *Mariam* votum in maximo vitae periculo factum ſoluit, ibique huius anni reſiduam partem transegit, et tandem 8va Ianuarii in monaſterio ſuo Auguſtae aduenit.

Itinerario ſubnexit Autor Principum, Comitum, Baronum, aliorumque, qui apud Caeſarem vel aulico vel militari munere fungebantur, nomina cum inſignibus diuerſis coloribus diſtinctis.

In hoc itinerario *Moehnerus* diuerſarum nationum, et religioſorum, quos tum Viennae tum Salisburgi, vel in Belgio conſpexerat, habitum pulchre delineauit, et depinxit.

XV.

Libellus praecatorius in 8vo.

In praeſente libello *Moehnerus* preces deuotiſſimas ad culum SS. Trinitatis et Sacroſanctae Euchariſtiae, praecipue B. V. *Mariae* ſanctorumque Angelorum, Martyrum, Pontificum, Confeſſorum, Virginum et Viduarum, quos patronos elegit, promouendum collegit, inconibusque aeri inſculptis decorauit.

De ſcriptis a me recenſitis, quae *Moehnerus* indefeſſa certe diligentia, multoque labore comportare ſtuduit, nullum typis vnquam in lucem prodiit. Optandum quidem eſſet, vt tantus theſaurus literario orbi communicari poſſet multum enim commodi,

ac eruditionis fedulus rerum Auguſtanarum collector, familiarum aeternis tenebris ſepultarum indagator, et heraldicae ſcientiae amator hauriret, ac imbiberet.

Vir tantus de orbe literario optime meritus, vt eidem clarius innoteſcat, eiusque merita magis perſpecta habeantur, aequitas omnino poſtulat.

Auguſtae Vindelicorum primam huius mundi adſpexiſſe lucem *Moehnerum*, eius profeſſionis Scheda, in Archiuio noſtro adſeruata, nullum patitur dubium. Male itaque cl. *Veithius* a) Rainam Bauariae vrbem natiuitatis locum adſtruit ex eo, quod pater eius, bello Suecico extincto ibidem praefectura functus, diemque ſuum clauſerat. Anno M. DC. XXII. in feſto SS. Trinitatis, quod hoc anno in XI. Calend. Iunii inciderat, S. *Benedicti* Ordini in noſtro monaſterio ſolemnibus ſeſe obſtrinxit votis. Sueco Auguſtam anno 1632 occupante, graue tum temporis culinae praefecti onus ſuſtinere debuit. Hoſtilibus autem copiis anno 1635 vrbem, et viciniam deſerentibus, cum oeconomiae monaſterii ſtatus, ſubditorum bonis direptis, aut deuaſtatis, domibus exuſtis, triſtiſſimus, ac deſolatiſſimus exiſteret, nec adeſſet, vnde tot monachi ali potuiſſent, abs Abbate ſuo cum aliis pluribus dimiſſus victum vitaequae neceſſaria alibi quaerere coactus eſt. XIV. Iulii eiusdem anni Auguſta profectus in Auſtriam ſe contulit. Lambacenſis Abbas Prioris munus obtulit, aſt iſtud in ſe ſuſcipere recuſauit. Nobilioribus Auſtriae vrbibus peragratis, Vienna Auguſtam cum vrbis iſtius deputatis tendit. Peſte eo tempore ibidem ſaeuiente, in ſuo monaſterio commorari non licuit. ſed parentibus Rainae ſalutatis, in Cremifanenſi aſceterio exilii ſui dies conſumere ſtatuit. Eo ibidem conſiſtente, in vinea domini maximam temporis partem transegit. Anno 1637 culinae praefectum in collegio PP. Profeſſorum Salisburgi agere ab Abbate ſuo iuſſus eſt. Quo officio vſque ad annum 1639 perfunctus 20 Iulii cum bona Abbatis ſui venia domum reuerſus eſt.

Anno 1646. Marte Gallo-Suecico Germaniam feſtante, rurſus abs Abbate ſuo dimiſſus parochum Kemetenſem in Auſtria vſque ad finem anni 1648 in paſtorali cura adiuuit. Vienna dein commoratus a *Leopoldo Wilhelmo* Marchione Badenſi in Capellanum adſumtus fuit: quocum vtpote belli artibus dedito, belli flamma inter Gallos et Hiſpanos excitata, auxiliares copias iſtis adducente, in Belgium abiit, pluresque prouincias peragrauit. Marchione, ab Hiſpanis valde offenſo, ducis munus deponente, ac in patriam reuertente, *Moehnerus* quoque patriam ſuam repetiit, et die 8va Ianuarii anno 1652 in coenobium ſuum reuerſus, longis, et incommodis peregrinationibus ſuis finem poſuit. Domi redux quibusdam an officiis, et qualibus praefectus fuerit, haud perſpectum habetur, forſan liber ab omnibus tempus a religioſis exercitiis vacuum totum libros praecipue hiſtoricos volutando, perlegendo, materias ad ſuum propoſitum commodas excerpendo, facta et res geſtas illius temporis colligendo in familias inquirendo, libros recenſitos ſcribendo, inſigniaque plane innumera pingendo inſumſit, vſque die 27. Septembris anno 1672 eum ſcribere, pingere, ac viuere deſiiſſet. Praeter libros ſupra memoratos nobis reliquit in quinque voluminibus magnam iconum viros infula, toga, ſago, doctrinaque celebres repraeſentantium, in aere inciſarum copiam, quarum compluribus breuem eorum vitae ſynopſin ſubſcripſit; nonnullis etiam arma gentilitia adpinxit.

a) In Biblioth. Auguſt. Alphab. VII. pag. 107.

Huius viri celeberrimi meminerunt *Bernardus Pezius* b) qui eum *virum rerum heraldicárum* et *genealogicarum longe ſcientiſſimum* adpellat: Hiſtoria liter. Ord. S. Ben. c) quae eum in *perſcrutandis genealogicis et heraldicis rebus induſtrioſiſſimum* nominat: *Corbinianus Khamm* d) qui eum honorifico *Chronographi* titulo decorat. Cl. *Veithius* e) qui primus Autoris noſtri vitae circumſtantias collegit, et cum fuſiori operum iſtius recenſione literario orbi notum facere non intermiſit.

XVI.

Fuggerorum Familiae origo et progreſſus. in 4to. Sec. XVI.

Praeſens volumen in Germanico idiomate ſcriptum 201 foliis conſtat. Sequens inſcriptio legitur praefixa: *Chronico des gantzen Fuggeriſchen geſchlechts darinnen nach lengs geſeen wirdt wie die Herren Fuggern In die Stat augſpurg eingethretten, waß für Handierung vnd gewerb ſie getriben wan wie vnd wo ſie ire ligende Guettnr In vnd auſſerhalb der Stat, Item Iren adell vnd andere Kaiſſerlichen Freyhaitt an ſich gebraucht vnd in Soma biß auff diſe Zeit darinnen mit allen Ehern auffgenomen habeu.* Dein Autor anonymus de *Fuggerorum* Familiae longe celeberrimae de vtraque republica optime meritae origine ita incipit: *Viel lenger dan Imandt gedacht oder vermaindt hette hat das Fuggeriſche geſchlecht In der Stat augſpurg mit allen ehern angefangen zue wonnen wolchem eines erbern Raths altte ſteur vnd leibgeding Buecher guette Zeukhnus geben dan nach laudt derſelben hat der erſte Fugger vor 200 Iaren das Burgerecht In der Stat augſpurg erhairet vnd nit erkaufft.* Hac ex narratione Autorem ex optimis hiſtoriae fontibus hauſiſſe cernitur.

Huius generis Autor celebratur *Ioannes Fugger* in pago *Graba* milliare ab vrbe diſtante progenitus, qui ciuis cuiusdam filiam *Claram Wintolfinn* in vxorem duxit, ac per eam ciuitatem obtinuit. Ex hoc matrimonio duas genuit filias, quarum vna *Conradum Meittinger* ſibi nupſit, altera vero coelebs obiit. Defuncta vxore, *Eliſabetham Gnattermänninn* ſibi copulauit, quae ei ſex proles peperit. Primus eorum filius *Andreas* Autor *Fuggerorum* de *Rech Barbaram Stamlerinn* matrimonio ſibi adiunxit. *Iacobus* vero Autor *Fuggerorum von der Gulgen* ſeu Lilgen *Barbaram Baeſſingerinn*. *Ioannes Fugger* prope S. *Crucis* portam habitabat, dein ſuae vxoris in domum prope Goegginganam portam immigrauit. Iſta Familiae noſtra aetate adhuc ſubiecta eſt. Emit quoque domum infra Iudaeorum montem. Textura et negotiatione tria florenorum millia comparauit. Obiit 1409 apud S. *Mauritium* ſepultus.

Ioan-

b) in diſſertat. iſagog. ad T. I. Theſauri Anecdot. nouiſſ. p. XXXIV.
c) Tom. IV p 328.
d) in Hierarchiae Auguſt. P. III. regul. p. 165.
e) Biblioth. Auguſt. Alphab. VII. p. 106.

Ioannis Frater *Vdalricus* idem opificium profeſſus, ſua vxore ciuitatem Auguſtae petrauit. Tres domos poſſedit, quae eo adhuc viuente flammae praeda factae ſuere, in iſto ſtirps quoque ſua extincta eſt.

Andreas Fuggerus felici negotiatione multum, aeris collegit. Genuit quatuor filios quinque filias, quarum prima in monaſterio Holzenſi monialem profeſſa, reliquae diuiſis nupſerunt. Filiorum primus *Iacobus Vrſulam Remin* in vxorem duxit, et a Caeſare inſigne aureae capreae pro ſe et fratribus ſuis impetrauit. Secundus *Matthaeus* cui ius vxor *Helena Muelichinn* ſex proles peperit. Tertius *Ioannes* Norimbergae commoratur. Eius proles. *Lucas Iuſtinam Riedlerinn* ſibi matrimonio adiunxit. Eius proles.

Iacobus Fugger cum vxore ſua *Boeſſingerinn* ſeptem filios, et quatuor filias genuit, earum prima *Barbara* nomine *Conradum Meitinger*, *Anna Rectorem Muelich*, *Walburgam Wilhelmum Rhem* ſibi nupſerunt, quarta mortua eſt.

Primus illorum filius *Vlricus Fugger Veronicam Lauingerinn* in vxorem duxit. Habitabat in foeni foro. Ante eius aedem platea primum ſilicibus ſtrata eſt. Primus cum Caeſarea aula negotia fecit. Inſignia cum liliis a Caeſare obtinuit. Cum fratribus ſuis aetatem iniit, et mercatum ſuum in remotas extendit regiones. Anno 1510 obiit, ad S. *Mauritii* coemeterio ſepultus. Genuit tres filios et ſex filias. Prima earum nobilem de *Turzo* ſeu *Dorſi*, *Vrſula Philippum* de *Stein*: *Veronica Waltherum Ehinger* Patricium Vlmenſem: *Sibilla* nobilem de *Bubenhofen* ſibi nupſerunt. Huius ſponſo aduenienti duo millia virorum armatorum obuiam proceſſerunt, et omni ſolemnitate vſque ad Sponſae domum comitati ſunt. Iſtos vero *Vlricus Fugger* ſex vini rhenani doliis honorauit. *Suſſanna* cum *Georgio* de *Stetten* matrimonium iniit. *Felicitas* S. *Catharinae* monaſterium ingreſſa eſt. Primus filius *Ioan Vdalricus Veronicae Gaſſnerinn* nuptus Schwabach obiit. Alter *Ioannes* in primo aetatis flore defunctus eſt. Tertius *Hieronymus* coelebs vitam clauſit. Vir erat hilaris, hoſpitalis, erga egenos beneficus, ad xenodochium ſtruendum viginti florenorum millia vltima voluntate legauit.

Alter *Iacobi* filius erat *Andreas*, tertius *Ioannes*. Vterque in iuuentute Venetiis obierunt. Quartus *Marcus* clericalem ſtatum profeſſus, a Papa eccleſiae Cathedralis Auguſtanae canonicatum obtinuit, aſt ab Epiſcopo et Capitulo, eoquod Auguſtani filii a Capitulo excluſi erant, non fuit receptus. Durante lite e vita diſceſſit. Quintus *Petrus*, obiit Norimbergae an. 1470 obiit. Sextus *Iacobus*, *Sibillae Arztin* nuptus, fratrum ſuorum mercatui valedixit, et cambio et metalla in Hungaria, Tirolli et Carniola fodendo ſeſe addixit. Qua arte incredibilem aeris copiam collegit, ditiones emit, domos aedificauit, inter quas illa in foro vinario erat. In templo S. *Annae* capellam ac ſepulchrum extruit, et organum erexit. Poſt fratrum ſuorum *Vdalrici* et *Georgii* obitum, in ſuburbio San-Iacobaeo domos et hortos emit, et pro pauperibus ciuibus 1510 habitacula — *Fuggerey* — fieri curauit. Fundauit quoque xenodochium, quod in vulgari idiomate *Holz* — vel *Blaterhaus* adpellatur. Comitatum *Kirchberg*, ditiones *Schmiechen*, *Weiſſenhorn*, *Marſtetten*, *Pfaffenhofen* &c. emit. Auguſtae ſenatoria dignitate decoratus, reipublicae prodeſſe ſtatuit. Absque vlla de Fuggeriana gente optime meritus anno 1525 obiit, in ſepulchro a ſe in S. *Annae* eccleſia erecto ſepultus.

Septimus *Iacobi* filius *Georgius* anno 1453 natus, cum *Regina Imhoff* quatuor filios vnam filiam genuit, *Fuggerorum* que Familiam conſeruauit. Goeggingae arcem, horreum, et praedium emit. anno 1506 obiit, apud S. *Mauritium* ſepultus.

Iſtius

Iſtius filia *Regina* nominata *Ioan. Baumgartner* ſibi nupſit.

Primus filius *Ioannes* in pueritia defunctus eſt. Secundus *Marcus* ordinem clericalem ingreſſus S. *Petri* praepoſitus renuntiatus eſt. Ob ſuam eruditionem ac agendi dexteritatem Papae *Iulio* peracceptus erat. Romae 1511 aeternitatem adiit.

Tertius erat *Raymundus*, Caeſaris, Regisque Romanorum Conſiliarius a *Carolo V.* cum tota familia Comitis dignitate decoratus, priuilegiisque dotatus eſt. Vir hilaris, eruditus, erga pauperes valde liberalis. Sequentes pagos emit: *Gloet*, *Winterbach*, *Gablingen*, *Oberndorf*, *Mickhauſen*, arces plures extruxit, Auguſtae Fuggeranum balneum aedificauit. Mickhuſii anno 1535 obiit, Auguſtae apud S. *Annam* ſepultus. Cum ſua vxore *Catharina Durſo* ſex filios, et ſeptem filias genuit. Primus filius, et prima filia in pueritia obierunt.

Secundus filius *Ioan Iacobus* an. 1516 natus in Italia, Gallia, Hiſpania et Belgio ſtudiis vacabat. *Vrſulam* de *Harrach* vxorem duxit, cuius nuptiae celeberrimae fuere. In bonorum diuiſione magnam eorum partem, quae memoratur, obtinuit, multaque alia emit, inter quae oppidum *Tauffkirchen* in Bauaria, *Langeneiſnach* et *Münſter* in Suenia. Bonarum artium et literarum amator Bibliothecam erexit, copioſis ac eruditis libris multo aere inſtruxit, virosque doctos eidem praefecit. Effigiebus quoque tum delineatis, tum aere ductis, quam eleganter pictis, inſignibus mille familiarum, necnon aſtrolabiis decorauit. 1542 vigente tribunitio regimine in ſenatum adlectus, quin etiam inter publici aerarii praefectos adnumeratus eſt. 1546. Paſſauiam, Smalcaldico foedere exorto, ſe contulit. 1548. Abrogato tribunitio regimine a Caeſare Conſul renuntiatus, demum in ſeptemuirorum collegium adſumtus eſt. 1554 eius vxor obiit, in Praedicatorum templo ſepulta. Iſta tres filias et octo filios peperit. Priores duae filiae matrimonium iniere, tertia in puerili aetate defuncta eſt. Primus filius *Sigismundus Fridericus* a *Paulo* Papa IV. Praepoſitus Bambergenſis, tunc Wirceburgenſis, Salisburgenſis eccleſiae et Paſſauienſis Decanus nominatus, denique Epiſcopus Ratisbonenſis electus eſt. Secundus *Carolus* nomine Hiſpaniarum Regis tum in aula, tum in bello ſeruitia praeſtitit. *Alexius Auguſtus* in pueritia obiit. *Alexius ſecundus* Praepoſitus Moguntinenſis et Canonicus Friſingenſis nominatus eſt. *Victor Auguſtus* Canonicus Paſſauienſis, et Praepoſitus Ratisbonenſis erat. *Maximilianus* Teutonicorum equitum ordini ſeſe addixit. *Severinus* in Bauariae Ducis *Alberti* aula commorabatur. Comitiſſae a *Helffenſtein* nuptus, Schwabmünchingae obiit, Auguſtae in FF. Praedicatorum eccleſia ſepultus. *Ferdinandus* rubeae Crucis eques coelebs obiit.

Ioan. Iacobus cum *Sidonia* de *Collans* ad ſecundas tranſiit nuptias, quae praeſentibus Bauariae Ducibus et Duciſſi, ſplendiſſime fuerunt celebratae. Bauariae Dux *Albertus* primam filiam *Adelbertam* e S. fonte ſuſcepit. Cum pecunias Hiſpaniae Regi ſubminiſtratas recuperare nequiret; ſuasque facultates tum in numeroſae ſobolis educationem, tum in literarum et literatorum ſubſidium inſumſiſſet, ditionibus ſuis aeris alieni facilius ſoluendi cauſa relictis, *Tanffkircham* quam ſibi reſeruauit, ſe contulit, vtque numeroſae familiae alendae magis pro deſſet, Ducis Bauariae *Alberti* ſeruitis ſe addixit, cui primum a Conſiliis erat, denique ab eodem Camerae aulicae praefectus fuit. Idem Dux Monachii domum dono dedit. Eius vxor 1573 ibidem defuncta, Auguſtae in PP. Praedicatorum templo ſepulta eſt. Ipſe vero curis, negotiisque confectus 1575 obiit, ibidem ſepultus, Duce Bauariae expenſas ſuppeditante, ex ſecundo coniugio nouem poſt ſe relinquens proles, ex quibus tres filiae, quae matrimonium inierunt. Filii erant

Alexius

Alexius, *Ioachimus*, qui *Magdalenam* Comitiſſam de *Helfenſtein* in vxorem duxit, erat *Wilhelmo* Bauariae Duci a Conſiliis, *Mathias*, *Albertus*, *Conſtantinus* et *Traianus*.

Tertius *Raymundi* filius erat *Georgius*, qui in bonorum diuiſione praeter domos Auguſtae, Comitatum et ditionem Weiſenhornienſem impetrauit. Eius vxor *Vrſula* de *Lichtenſtein* ſex filias et octo filios peperit. *Iulius Octauianus*, *Iulius Maximilianus*, *Albertus*, *Ioan. Georgius*, *Maria*, *Maria* ſecunda aut in puerili aut inuenili annis e vita diſceſſerunt. *Sidonia Iſabella Ioan. Villingerum* ſibi nupſit. *Philippus Eduardus* an. 1546 natus, patris ſui poſſeſſiones haereditauit. Vxorem habuit *Mariam Magdalenam* de *Koenigseck*. In eccleſia S *Vdalrici* ſepulchrum ſibi extruit. *Octauianus* Secundus 1549 natus. peragratis Italia, Gallia, Hiſpania, Auguſtae in vini foro domos emit, easque reaedificauit. In ditionum diuiſione comitatum *Kirchberg* obtinuit. An. 1579 cum M. *Iacobina Fuggerium* ſplendidiſſimas celebrauit nuptias. In ſenatorum numerum fuit adlectus, aedilibus adſociatus, demum duumuir renuntiatus eſt. Obiit 1600, in eccleſia S. *Vdalrici* in ſepulchro a ſe extructo, tumulatus. *Anna Iacobina Georgii* filia, monaſterio S. *Catharinae*, quod ingredi a matre coacta eſt, relicto, Comitem de *Ortenburg* ſibi nupſit. *Antonius* ſenior anno 1552 natus, 1578. *Barbaram* Comitiſſam de *Helfenſtein* in matrimonium ſibi adiunxit. Diſſidiis inter iſtum et conſanguineos ſuos ortis, renuntiata ciuitate, Einhoſium a ſe emtum ſe contulit. Iſtis autem ſopitis, Auguſtam rediit, pluresque domos prope S. Crucis portam emit. Multo aere *Ferdinando* Archiduci Auſtriae, et Hiſpanis mutuo dato, alieno ita adgrauabatur, vt vrbem relinquere, et Einhoſium petere cogeretur. Fultenbaci ab Auguſtanis captus, vrbis cuſtodiae traditus eſt. *Raymundus Georgii* filius Oeniponti *Iulianam* de *Heudorf* in vxorem duxit. Huius ſoror *Vrſula* an. 1562 nata *Caſparum* de *Meggau* ſibi nupſit.

Quartus *Raymundi* filius erat *Chriſtophorus*. In bonorum diuiſione annui cenſus ex Neapoli ei obueniebant. Coelebs obiit magnam pecuniarum copiam haeredibus relinquens. Huius ſoror Regina an. 1519 nata cum *Ioan. Iacobo* de *Morſperg* matrimonium iniit. *Sibilla* vero primum *Wilhelmum* de *Knoeringen*, eo defuncto, *Wilhelmum* de *Buchaim* ſibi nupſit. *Veronica* 1525. nata cum *Daniele Felice* de *Spaur* nuptias celebrauit.

Quintus *Vlricus* a ſtudiis Auguſtam reuerſus, quinque domos prope S. *Vdalricum* emit. Haereditate pagum et arcem *Mickhauſen*, *Münſter* et *Langeneiſnach* obtinuit. Heidelbergae in electoris Palatini aula maximam vitae partem transegit. Celebs obiit. *Barbara Raymundi* filia comitiorum tempore Auguſtae an. 1548 in Cardinalis Tridentini habitatione nuptias cum *Ferdinando* de *Fels* celebrauit.

Sextus erat *Raymundus*, cui Comitatus *Kirchberg* obuenit. Coelebs vixit, et an. 1569 obiit.

Vrſula vltima *Raymundi*, *Ioachimum* Comitem de *Ortenburg* ſibi nupſit.

Antonius

Quartus *Georgii* et *Reginae Im Hoff* filius anno 1493 natus eſt. Venetiis mercaturae incubuit. *Iacobo* mortuo, Auguſtam rediit, et iſtius domum in vinario foro habitare coepit. Anno 1527. *Annam Rehlingerium* matrimonio ſibi adiunxit. Vir humanus et pauperum pater, a tribunitio regimine multa cum fratribus perpeſſus eſt. Cleri expulſionem fruſtra impedire ſtuduit. Tribunitio regimine abrogato, Septemuiris an. 1548 adſociatus eſt. Smalcaldico bello exorto, vrbem reliquit. Victis a Caeſare hoſtibus, re-

natus nomine Vlmam ad Caesarem profectus, tum autoritate, tum fauore, tum profusis lacrymis illius animum in Augustanos inflammatum leniuit, et de imposita multa 50000 florenorum remissionem impetrauit. Ad alteram vero multae partem soluendam, reipublicae opum penuria laboranti 50000 flor. absque foenore submministrauit. In gratitudinis memoriam senatus *Antonii* nomen libro consulari — Rathsbubh — inscripsit, aquam cisterniam concessit. *Carolus V.* Imperator in eius domibus habitare, eique liberum ad se aditum concedere haud dedignatus est. Plures Augustae emit aedes, *Babenhausen* oppidum, et *Brandenburg* aliaque quam plurima comparauit. Wabenhusae xenodochium cum Fratre *Raymundo* fundauit. In Hungariae finibus ditiones celeberrimas coemit, ac praefecturam imperialem pro se, suisque haeredibus obtinuit, aliisque bonis auxit. Werdeae aedes et hortos comparauit. 1560 vir in pauperes valde liberalis, virtute, et mertis clarus naturae debitum soluit, Babenhusae in sepulchro a se parato tumulatus. Cum sua vxore *Anna Rehlingerinn* quinque filios, et sex filias genuit.

Primus *Antonii* filius erat *Marcus* anno 1529 natus. Adolescens Galliam, Hispaniam, Italiam, Belgium peragrauit. 1557 *Sybillam* Comitissam de *Eberstein* in vxorem duxit. In senatum adlectus, anno 1576 duumuiratus dignitate decoratus est, multa aduersa ob exortas de Calendario Gregoriano lites cum suo Collega *Antonio Rehlingero* perpessus. In bonorum diuisione ei domus in vinario foro obtigit. Plures aedes emit, et in suburbio domum et hortum extruxit. In *Fuggereia* capellam fundauit. Plures pagos, nimirum *Hirblingen*, *Deffertingen*, *Norendorff*, *Plankenberg*, *Meittingen* &c. comparauit. Vir pius, et grauis, abdicato prius duumuiratu, anno 1597 obiit, in sepulchro in ecclesia S. *Vdalrici* sibi parato sepultus. Eius vxor quatuor filios et tot filias ei peperit. *Iohanna*, quae *Io. Carolum* Baronem de *Wolkenstein* sibi nupsit. *Georgius Helenam* Comitissam de *Madruz* sibi matrimonio adiunxit. *Maria* cum *Nicolao Palfi* matrimonium iniit. *Antonius*, qui militiae addictus contra Turcas pugnauit. Celebres cum *Barbara* Comitissa de *Montfort* nuptias Augustae an. 1591 celebrauit. Ista an. 1599 defuncta est. *Sibilla* an. 1563 nata, *Conrado* Comiti de *Schwarzenberg* nuptiali foedere iuncta est. *Philippus* tertius *Marci* filius, mercaturae sese addixit. Vxorem duxit *Barbaram Eduardi Fuggeri* filiam. Obiit an. 1601. Quartus filius *Albertus Iacobi Fuggeri* filiam vxorem habuit. Plures aedes emit, et splendide reaedificauit. Quatuor hi fratres ditionem *Wildam* 140000 fl. emerunt. *Elisabetha* vltima *Marci* filia Comitem Oettingensem sibi nupsit.

Prima *Antonii* filia *Anna Ioanni* de *Rechberg* desponsata obiit. Secunda *Catharina* a Comite de *Montfort* matrimonium init. Tertia *Regina Wolfgangum Dietricum* de *Hardeck* sibi nupsit.

Secundus *Antonii* filius erat *Ioannes Elisabethae Nothaftinn* nuptus, qui sua industria, ac prudentia *Fuggerorum* opes plurimum auxit. Cum suis fratribus ditionem Mindelheimensem oppignoratam habuit. Diuisione Comitatum Kirchheimensem impetrauit. Arcem ibidem aedificauit, splendideque exornauit. Pagum Reinhartshausen cum aliis emit. Obiit 1598 Kirchhemii sepultus. Filiae eius erant *Maria Iacobina Octauiano Fuggero* matrimonio iuncta: altera *Anna Maria Wilhelmo* de *Rechberg*, eo mortuo, *Conrado* de *Bembelberg* matrimonio adsociata. Filii eius sequentes erant. *Marcus* primum *Annam Mariam* Comitissam, dein *Mariam Salome* vxorem duxit. Secundus *Christophorus*, cuius vxor erat *Maria* Comitissa de *Schwatzenburg*. In bonorum diuisione aedes apud S. *Annam* obtinuit, aliasque emit, et reaedificauit. Tertius *Iacobus* cleriali

statui

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Die nachmals Khündten reichlich khomben
Dem menſchen zue ſeim gutten frommen.
Auch Vrſach gebe benorab
Daß man dem Schöpfer zdanken hab,
Vmb ſeine gaaben manigfalt;
Eben hats hie ain ſollche gſtalt.
Mit diſem Saamen lobens werth
Der allenthalb wird hoch geehrt,
Auß dem gemachſen iſt ain Stam
Der Herren Fugger lobeſam
Der tregt ſolche Früchten (wie bewiſt)
Dem khaum ainr zuenergleichen iſt
Von Gold vnd Silber auch zumal
Von allerley ſchönen metal
So wachſen thuet nit allein do
Sonder an ortten anderſtwo
In Aſia vnnd Africa
Europa vnnd America.
Von diſen Früchten hin vnnd her
Vil tauſent menſchen gnieſſen der,
Von Gaiſtlich vnnd von Welttlichen
Von Krankhen vnd von dörfftigen.
In Stifftungen vnnd Lazareth
Auch mit Allmueſen vil aufgeth.
So hat der Stammen noch wol mehr
Der Früchten tragen biß hieher,
Von Biſchoff vnnd Canonicos
Von Freyherren vnd Greffen gnoß,
Die ghaltten werden in groß eheren
Bey Kayſer König, Fürſtn vnnd Herren.
So wöll dan Gott den gantzen Stam
Auch die löblich Familiam
Erhalten in ſeim Göttlichen ſchutz
Den armen zu wolfart nutz.
Auch benedeyen ſeinen Nam
Alß wie deß frommen Abraham,
Hie zeittlich geben frid vnnd ruch
Vnnd dort die ewig Frewd dartzue
Amen damit geſchehe daß
Winſchet der Author Iohan Naß.

Epigramma iſtud excipiunt *Fuggerorum* nomina, quorum memo[illegible]a in hoc ſit. Geneſalogia a *Ioanne*, qui anno 1370 Anguſtam veniebat, incipit[illegible] et *Ioanne* nominis quartus, *Marci* filius eidem finem imponit. *Ioannis* primi [illegible]amiliam *Iacobi* iſtius filii his verſibus:

Biſcher (wieuil) man genueg verſteht
Der erſte Fugger Khinder het
Nun folgt hierauf her Iacobs gſchlecht
Deß elttiſten verſteh mich recht.

amilia *Vdalrici*, *Georgii I. Raymundi I. Antonii I. Ioan, Iacobi*: *Georgii II. Mar-*
annis II. Iacobi II. Seuerini: *Troiani*: *Philippi Eduardi*: *Octauiani Secundi*: *Au-*
. Raymundi II. Georgii III. Antoni III. Philippi: *Alberti*: *Marci II. Chriſtophori I.*
III. Hieronymi: *Hugonis*: *Chriſtophori II. Ioannis IV.* quorum cuilibet quidam praemittuntur. Autor in hoc ſuo opere de *Fuggerorum* incremento, fatis, vitae tantiis, bonorum acquiſitionibus, honoribus, dignitatibus penitus ſilet.
ggerorum Genealogiam cum eorum iconibus ſplendide aeri inciſis tum *Dominicus* an. 1593. tum fratres Kiliani an. 1619 ediderunt.

XVIII.

rnitas SS. Vdalrici et Afrae. in Fol.

ım, quod in praeſente codice occurrit, eſt inſtitutionis fraternitatis SS. *Vdalrici* *Afrae* inſtrumentum, in adpendice N. XV. integrum relatum. Secundo *Petri* S. R. dinalis et Epiſcopi Auguſtini literae, quibus indulgentias iis, qui vigiliis, et miſ- fratribus et ſororibus ſingulis annis celebrandis interſint, conceſſit. Reperiuntur nd, N. XVI. Documento indulgentiarum. Fratrum et ſororum albo inſcriptorum nota eſt praemiſſa.

ie nach werdent mit namen beſchriben vnd eingezaychnet alle die ſo in der erbern ſchafft Abbtz vnd Conuentz des wirdigen Gotzhauſ Sant Vlrichs vnd Sant Afren gſpurg ſind. Vnd iſt die ſelbig Bruderſchafft nach der Zeit alß der Hochwirdigiſt in tter Fürſt vnd herre herr Peter der hayligen Römiſchen Kyrchen Cardinal vnd Bi- zu Augſpurg das obgemelt Cloſter zu reformiren angefangen hatt erneiwert worden Iare da man zehlt tauſent vierhungert vnd vierzig Iare bey Regierung des Erwir- Gayſtlichen Hern Hern Iohannſen Höchenſteiners weylent Ahbte des ſelben Gotzhauß. rnach in dem Iare da man zelt nach der gepurd Chriſti vnſers lieben herren vier- undert ſechtzig vnd acht iare ſind die Erwirdigen gayſtlichen herren herr Melchior herr Cunrat Prior vnd der Conuente gemainlich des mer gemelten Gotzhauß in irem beleuten Capittel nach gewanlicher ordnung eins worden auff mainung das die alle eſt auff den achtenden des hayligen Pfingſtags der bemelten Bruderſchafft ainen lob- artag vnabgengklich halten vnd began wöllen des Aubentz mit ainer geſungen vigily rgens an dem mäntag mit ainem geſungen ſelampt auffs. Sant Vlrichs Altar vnd it geſprochen ſelmeſſen von allen Prieſtern Irs Conuents. Das iſt beſchechen vnd durch genanten gnädigiſten Herren Cardinal Byſchoue vnd Legaten confirmiret vnd beſtä- rch ſeiner fürſtlichen gnaden briefe vnd Inſigel auff mäntag nach dem Suntag dar ſingt Exaudi des obgeſchriben Iars.

quuntur nomina *Friderici III.* Imperatoris, *Petri* Card. et Epiſcopi, *Ludouici* et Bauariae Ducum, *Sigismundi* Auſtriae Archiducis, et *Maximiliani* Imperatoris

albo inſcripta. Dein monaſteria nobiſcum ſpirituali foedere iuncta: Viri eccleſiaſtici, nique laici vtriusque ſexus, qui ſpeciale foedus cum noſtris iniere, vti ex ſeque praemonitione patet:

Zu wiſſen das diß geſchriben gayſtlich auch die hernach weltlich perſon auffgeno find in ain beſunder Bruderſchafft des Abbtz vnd Conuents zu Sant Vlrich vnd Sant ren in ſollicher maſſ geordnet, wann diſer perſon aine oder mer tod oder abgang verk wirt ſo iſt man irer oder irem ſel oder ſelen haben durch den obgemälten Conuent Plac vigily vnd ſelampt mit liechtern vnd anderm nach gewonhayt vnd innhalt des ordens vnd ſelben bruderſchafft. Auch ſo gibt man dene diſer Bruderſchafft ob ſy des begeren bri vnder der abbtey Inſigel vnd ir namen nach irem Tod werden eingeſchriben in das ma rologium oder tottenbuch alle iar im Cappittel zu verkunden. Die eegenant Bruderſchafft angefangen worden bey abbt Iohanns Hochenſteiner da man zelt hat nach Ckriſti gep MCCCCXXXX Iare.

Album iſtum ſpecialis foederis, albus communis excipit, qui non Auguſtae solu ſed etiam Dillingae, Laugingae, Gundelfingae, et Hoechſtadii eidem ab anno 14 1521 ſua nomina dederunt.

In fine de Sanctorum reliquiis in noſtra eccleſia repertis agitur.

XIX.

Auguſtani Sancti. II. Car. Stengelii Monaſteriologia. III. Matt Raderi Bauaria Sancta. in fol. Codex Sec. XVIII.

Codex praeſens aequali plane et elegante charactere ſcriptus eſt. Quae in eo co tenta reperiuntur, e latino in vulgare translata ſunt idioma, et etiam aedem icon aeri inciſae, quae in impreſſis reperiuntur exemplaribus, in eodem conſpiciuntur. P mum opuſculum textum quoque Auguſtae ad inſigne pignus anno 1601 impreſſum fertum habet, qui de verbo ad verbum Germanice redditus et manu exaratus Operis titulus ita legitur: *Die Augſpurgiſchen Hailligen.* In auerſa pagina habetur q dam locus ex Lib. Sapientiae cap. V. Dein explicatur titulus aeri inciſus. Sequitur S mo pedeſtris ad B. V, *Mariam* Auguſtanae vrbis patronam. Denique Sanctorum bre deſcriptio a S. *Lucio Britannorum* Rege, qui primus vrbis apoſtolus laudatur, incip et cum S. *Ioan*, de *Capiſtrano* finitur. Sequuntur quaedam de S. Cruce, et locus *Iudae* Epiſtola operi finem imponit.

Icones *Dominicus Cuſtos* Calcographus Auguſtanus ſculpſit, et opuſculum ſplendi impreſſum *Antonio Welſero* et *Chriſtophoro Rehlingero* Canonicis eccleſiae Cathedra Friſi genſis dedicauit.

II. Monaſteriologia iisdem iconibus et monaſteriorum delineationibus, quae in tino impreſſo exemplari inueniuntur, eſt exornata, quae textus theodiſcus ſubſequit Inſcriptio ſequens eſt operi praefixa: *Kurtze Beſchreibung vnnd Abriß Ettlicher für merer Clöſtern St. Benedicts Ordenß im Teuſchlandt: Erſtlich Lateiniſch Ietzund cu Teutſch beſchriben; durch R. P. F. Carolum Stengelium Benedictiner Ordenß zue S. U rich*

rich in Augſpurg Anno 1619. De hoc opuſculo, cum iam Vol. I. p. 73 recenſitum habetur, plura dicere ſuperſedere merito poſſum.

III. *Bauaria ſancta* a *Mattheo Radero* S. I. Sacerdote latino ſermone ſcripta, et a quodam anonymo Germanice reddita ſolummodo primam operis partem complectitur, iisque iconibus, quae in latino reperiuntur exemplari, decorata eſt. Titulus ſequens legitur praefixus. *Bauaria ſancta. Das Hailige Landt Bayern oder die Lieben Hailigen deß Landts Bayrn auß befelch des Durchleuchtigſten Fürſten Maximiliani Hertzogen in Bayren angefangen, zuſamen getragen, beſchriben, vnnd ſeiner F. D. verehrt durch Matthaeum Raderum der Soc. Ieſu Prieſtern nach Chriſti geb. Anno M. D. C. XV.* Sequitur *Raderi* operis nuncupatio, duplex ſanctorum in opere contentorum index: Prouincialis adprobatio: Praefatio duplex. In hac verſione non Sanctorum hiſtoriae Germanice redditae, ſed carmina quoque iconibus ſubiecta reperiuntur. E. G. de S. *Lucio*

Primus ab extremis Luci rex diue Britannis
Dona Deo faſces, et diadema litas
Gemmatasque togas, ebur, atque inſignia regum,
Vrbes, ac populos, caſtra, phalangas opes.
Scilicet eſt maior regnis et regibus ipſis,
Spernere qui titulos, totaque regna poteſt.
Et tamen hoc uihil eſt; qui ſpretis omnibus addit
Se quoque, coeleſti dignus honore venit.

Germanice ita ſonant:

Der Erſt von Königklichen ſtandt
Auß weitentlegnem Engellandt;
Ward Lucius der Gott zue Ehr,
Aufopferet Cron vnndt Scepter:
Verließ Königs zier, ſchmukh vnd Pracht;
Stätt; Land, vnd Leuth, ſamb aller Macht.
Der iſt gwißlich ein teurer Mann,
So gantze Reich verachten khan;
Diſer aber gilt noch viel mehr,
Der alles vernicht; vnnd auch drüber
Sich ſelbſt veracht; Iſt güntzltch wehrdt
Das Er im Himmel werd geehrt.

Plureo Sancti qui in latina editione inueniuntur, in praeſente omiſſi ſunt verſione. B. *Ioannes Capiſtranus* operi finem imponit. Verſio hec breui temporis interuallo latinam ſequebatur editionem, et a *Raßleriana*, quae Auguſtae anno 1714 typis prodiit, longe aberrat.

XX.

Ioannis Abbaris Tractatus de esu carnium. II. Bernardi Mon. eadem materia tractatus. III. Ioan. de Palomar de eadem tr tatus. IV. Tractatus contra vitium proprietatis. V. Ioan. A bat. Tractatus de professione monachorum. VI. Decreti Capituli Prouinc. ord. S. Ben. VII. Dauidis ord. S. Franc. op culum de reformatione exterioris hominis. VIII. Henrici L Epistola ad Melch. Abbat. S. Vdal. prò Gymnasii erectio in 4to. Codex Chart. Sec. XV.

Varia haec in praesente codice contenta variis scripta sunt characteribus. Primi quod occurit, est *Ioannis* Abbatis S. *Bauonis* ord. S. *Benedicti* tractatus de *ca esu* et abstinentia pro Monachis Benedictinis compositus, et quidem, vt Autor in logo loquitur, ad *instantiam quorumdam Abbatum monasteriorum ordinis sancti Bene Patauiensis dioecesis petentium a Reu. Patre Domino Episcopo Patauiensi sibi et sub suis monachis sanis et fortibus secundum constitutionem Benedicti P. XII esum carnium dulgeri.* In hoc tractatu Autor erudite admodum demonstrat, nec sanis nec fort Monachis S. *Benedicti* regulam professis carnis esum esse licitum, et *Benedictum* Papam nec minimum quoad hoc praeceptum regulae voluisse derogare.

Ioannes fuit Abbas monasterii S. *Bauonis* ord. S. Ben. apud Gandauenses, nati Germanus, tam religiosa conuersatione, quam literarum scientia insignis, scripsit p ter praesentem tractatum, *declarationes in S. regulam, et quaestiones sententiarum.* Flo Seculo XV.

II. *Bernardi* Monachi et Prioris Tegernseensis contra carnis esum tractatus, sanis et fortibus carnis comestionem iuxta regulae praescriptum esse prohibitam, per *Benedicti XII.* Papae constitutionem fuisse concessam fusius probare studet. Scr istum ad *Martinum* Monachum Wiblingensem, quocum in S. *Vdalrici* monasterio de dem materia colloquium habuit, vti ex sequente operis prologo patet: *Iesu Christi tori religionis amatori veritatis exquisitiori fratri Martino ordinis Sancti Benedicti mon In W.blingen professo frater Bernardus eiusdem ordinis monachus in Tegernsee vtinam nus in eodem Ihesu christo cum puro fraterno affectu eternam salutem. Sed et que recta recte sapere necnon intellecta opere efficaciter adimplere. Religiose pater ac percolende Fi Tua pridem caritatiua mecum in monasterio S. Vdalrici Auguste habita collacio super cito monachorum carnium esu meo actenus herens animo compulit vt saltem scripto q cunque tuis quandoque respondendo obuiarem questiunculis quibus tunc aliis sollicite inte verbo non noui nec potui sufficienter respondere. Itaque nunc ad me rediens que tunc mi bi reddebant alienum deserens ex tuis verbulis occasionem sumens libros consului de ea usi in me fide et religione rationem redditurus tuo quoque voto pro posse satisfacturus q mo monachis ipsis de quibus tunc tua queritabat industria super esu huiusmodi varie gutantibus occursurus atque prout valeo competenter responsurus eos ad pacem pro meo*

dulo componere. Sequuntur duodecim concluſiones, quas lamentatio ſuper religioſae diſciplinae lapſum excipit. In fine legitur: *Hoc autem ſcriptum finiui in die ſanctorum Gordiani et Epimachi anno &c.* 57. *Expliciunt ſcripta cuiuſdam moderni non doctoris ſed ſectoris contra eſum carnium monachis nigris prohibitum quiſi bene et verum ſcripſit ac dixit laus tibi domine rex eterne glorie ſin autem tu ipſe pyſſime benignus indulge Amen.*

Bernardus Wagingae in Salisburgenſi agro natus Monachus Tegernſeenſis, vir pius et doctus, Monachorum mores reformare tum conſiliis, tum ſcriptis haud parum adiuuit. Obiit in Parthenone Pergenſi anno 1472 plura poſt ſe relinquens pietatis opera, quae *Bern. Bezius* in Bibl. Aſcet. T. VII. praefat. recenſet.

III. *Ioannis* de *Polemar* de carnium obſtinentia tractatus ad *Ioannem* Abbatem ad Scotos Viennae, in quo absque graui culpa monachos ſanos et fortes carnibus veſci haud poſſe probat. Fuit is Barcinonenſis eccleſiae Archidiaconus decretorum doctor inſignis. Claruit in Gymnaſio Viennenſi multaque ſub *Sigismundo* Imperatore ingenii monumenta reliquit,

IV. Tractatus contra proprietatis vitium ita incipit: *Siuis perfectus eſſe, vade et vende omnia que habes et da pauperibus veni et ſequere me et poſſidebis theſaurum indeficientem in celo &c.* In fine haec habetur notitia: *Explicit tractatus contra vicium proprietatis a quodam monacho ordinis ſancti Bernhardi editus Wiene anno* 1422 *in die ſancti bonifacii et ſociorum eius &c. Finitus eſt predictus tractatus in monaſterio Mellicenſi per manus fratris pauli monachi a carnatione domini M. quadringenteſimo viceſimo ſeptimo anno in die ſancti Antonii Confeſſoris et monachi,*

V. *Ioannis* Abbatis tractatus de *profeſſione* monachorum ita incipit: *Tractatus iſte qui eſt de profeſſione monachorum tres habet partes in prima forma profeſſionis declaratur, in ſecunda proficientium temeritas reprimitur: in tertia autem profeſſorum negligencia excitatur.* Iſti alius tractatus de virtutum incremento, et cuiusdam doctoris Pariſienſis de *proprietatis vitio* ad quemdam canonicum regularem ſubiungitur.

Capituli Prouincialis Monachorum ord. S. Ben. Herbipoli anno 1424 in monaſterio S. *Stephani* praeſidentibus Abbatibus: *Balduino* in Luneburg, *Theodorico* in Northeim, *Appellone* in Sucoheim, *Helfferico* S. *Ioan.* in Rinckauia, celebrati decreta, quibus imprimis vetera ſtatuta fuerunt adprobata: 2do viſitationis ordo deſtinatus: 3tio Viſitandi bona et equos viſitatorum diligenter cuſtodire tenentur: 4to. Si contigerit viſitatores in via ſui officii ſpoliari. 5to. De ſaluo conductu viſitatorum. 6to. Ne quisquam plurium quam trium procurator fiat. 7mo. Si conuentus aliquis voluerit ad capitulum mittere literas. 8vo. De archa et archae cuſtodibus. 9no. De breui mortuorum.

VI. Fr. *Dauids* ord. S. *Franciſci* opuſculum ad iuuenem de reformatione exterioris hominis ita incipit: *Deſideraſti a me kariſſime vt aliquid ſcriberem tibi ad edificacionem.* Saepius iam typis excuſum prodiit.

VII. *Henrici* Lür Plebani Dilingae epiſtola ad *Melchiorem* Abbatem S. *Vdalrici*, qua Benedictinis ſtudiorum neglectum acerbis exprobrat verbis, et vt gymnaſium erigant, Abbates animare conatur. Legi poterit in adpendice N. XVII.

XXII.

Proceſſus et receſſus capitulorum prouincialium ord. S. Bened. Congregat. Burſfeldenſis. in 4to. Codex Sec. XV.

Praeſens diuerſis temporibus; diuerſisque manibus ſcriptus. Eius contenta cum monaſteriorum Germanorum ord. S. *Benedicti* reformationis a Conciliis Conſtantienſi et Baſileenſi decretae, abbatibusque demandatae hiſtoriam plurimum illuſtrent, ideo ea breuiter recenſere volo. Deſcribitur imprimis ordo in capitulo prouinciali obſeruandus. Iuramentum viſitatorum. Modus ſuſcipiendi viſitatores. Interrogatoria. De Monialibus. De caſtitate, ieiunio, obedientia. Forma renuntiationis. Abſolutionis Abbatis forma. De eiusdem electione. Ordo agendorum in praefectione Abbatis vel praepoſiti. Forma Abbatem deponendi. De receſſus viſitatorum. De reformationis Charta. Decretum Baſileenſis Concilii in praelatorum electione obſeruandum. Viſitationis charta. Sententia definitiua contra Abbatem. Inſtrumentum concordiae inter Abbatem et conuentum. Concilii Conſtantienſis decretum, quo Benedictini Capitulum prouinciale Peterhuſii celebrare iuſſi ſunt. Proceſſus executorialis ſuper praecedente decreto. Bulla concili Conſtantienſis pro capituli praeſidentium electione anno 1417 data. Bullae contra rebelles Abbates et Monachos ad Capitulum venire renuentes. Citationes. Bulla concilii Baſileenſis pro reformatione ord. S. *Benedicti* anno 1493 data. Saluus conductus a *Sigismundo* et *Alberto* Rom. Regibus viſitatoribus conceſſus.

Receſſus primi Capituli Petershuſii prope Conſtantiam anno 1417 celebrati, praeſidentibus Abbatibus *Ludouico* Trenorchienſis, *Thoma* Eboracenſis, Sifrido Eluacenſis et *Ioanne* Peterhuſani coenobiis.

Secundum Capitulum Moguntiae in monaſterio S. *Albani* coeptum et dein ad monaſterium Fratrnm Eremitarum S. *Auguſtini* translatum, et anno 1418 praeſidentibus Abbatibus *Ioanne* Fuldenſi *Friderico* Campidunenſi, *Ioanne* San-Vlricano et *Ewaldo* Reinzartsbornenſi Abbatibus celebratum.

Capitulum tertium Fuldae anno 1420, praeſidentibus *Friderico* Hiersaugienſi, *Henrico* S. *Gothardi*, Hildesheimenſi abbatibus habitum.

Quartum Selgenſtadii anno 1422 praeſidentibus *Alberto* Hirsfeldenſi, *Georgio* Caſtellenſi, *Theodorico* Amersbacenſi Abbatibus celebratum.

Quintum anno 1424 Herbipoli praeſidentibus *Balnino* Lunenburgenſi, *Theodorico* Northeimenſi, *Appellone* Sunsheimenſi et *Helfrido* Rinkauienſi Abbatibus.

Sextum Erfordiae anno 1426 praeſidentibus *Ioanne* Vrauienſi, *Henrico* Brunsuicenſi, *Georgio* S. *Aegidii* Norimbergenſi, *Nicolao* Anhuſano abbatibus.

Septimum 1429 in monte Monachorum prope Bambergam praeſidentibus Abbbatibus *Georgio* Erfordenſi, *Henrico* Norimbergenſi, et *Hugone* Alperbacenſi.

Octauum in monaſterio SS. *Vdalrici* et *Afrae* Auguſtae anno 1432 praeſidentibus *Ortwino* Erfordienſi, *Ioanne* S. *Georgii* in Stein, et *Henrico Amerbacenſi* Abbatibus.

Nonum Baſileae, durante concilio ibidem celebrato, 1435 praeſidentibus *Ortwino* Erfordienſi, *Friderico* Augienſi, *Ioanne* S. *Georgii* in Stein, et *Henrico* Faucenſi abbatibus.

Deci-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Viceſimum quartum Blauburae anno 1482 praeſidentibus Abbatibus *Georgio* S. *Stephani* Herbipoli, *Ioanne* Wiblingenſi, *Vdalrico* montis monachorum, et *Ioanne* Norimbergenſi.

Viceſimum quintum Auguſtae in monaſterio SS. *Vdalrici* et *Afrae* anno 1485 praeſidentibus Abbatibus *Ioanne* Norimbergenſi, *Ioanne* Spanheimenſi, *Henrico* Weiſſenburgenſi, et *Paulo* Elchingenſi.

Capitulorum memoratorum receſſuum in praeſente codice relatorum ſummaria *Ioannes Trithemius* Abbas Spanheimenſis, ſuppreſſo nomine, ſub titulo: *Abbreuiatura recentſuum Capitularium*, Norimbergae anno 1493 prelo ſubmiſit, publicique iuris fecit. Merentur vtique, vt omnes eorum cum ſequentibus typis euulgarentur, ex quo monaſticae diſciplinae ruina, quantumque patres noſtri ad eam reſtaurandam, conſeruandamque alſiſſent, haud parum elucereet.

XXII.

Receſſus capitulorum prouincialium. II. Benedicti Papa XII. conſtitutiones. III. Diuerſa de viſitatione et reformatione ſcript &c. in 4to Codex Sec. XV.

Quae in praeſente codice occurrunt, diuerſa ſunt, et a diuerſis ad monaſticam diſciplinam reſtaurandam comportata.

Praemittuntur quaedam de reformationis neceſſitate, et in quibusnam diſciplina capitibus ea inſtituenda ſit. Dein ſequuntur articuli, ſeu puncta ſtatutorum collecti e primis tredecim capitulis ſupra recenſitis.

II. *Benedicti XII. v. XIII.* Conſtitutiones pro Monachis ord. S. *Benedicti* factae triginta et nouem conſtant capitulis. Datae ſunt Auenione XII. Cal. Iulii, pontificatus eiusdem anno ſecundo. Agitur in iisdem de capitulis, viſitationibus, capitulis generalibus, ſubuentionibus et collectis, de capitulis quotidianis, ſtudiis, ſtudentibus ad ſtudia generalia mittendis, penſionibus ſtudentium, mutuis et venditionibus, fictis et doloſis contractibus, forma iuramenti a praelatis praeſtandi, ſpoliis, inuentariis per nouos antiſtites Abbates faciendis, de locis non tradendis ad firmam niſi cum certa ſolemnitate, priuilegiis et rebus aliis non tenendis extra loca monachis et conuerſis proprieatariis et negotiatoribus. Victualia in pecunia miniſtrentur nec ſeculares deputentur ad victum monachis miniſtrandum: ne mulieres habitent in locis monachorum, ne monachi teneant, vel nutriant animalia ſeu perſonas ſeculares in monaſterio. De ſoluendis cenſibus, creatione monachorum: forma et honeſtate veſtimentorum, licentia exeundi extra monaſterium, monachis ad beneficia mittendis, Eſu et abſtinentia carnium, miſſarum celebratione, confeſſione et Communione, cuſtodia et reuerentia ornamentorum eccleſiae, decanis, praepoſitis inſtituendo priore clauſtrali, monachis obtinentibus beneficia in monaſteriis alienis: ex collatione apoſtolica. Quod antiquus monachorum numerus teneatur in beneficiis eorumdem: de collapſis monaſteriis in religione in facultatibus: de medicantibus ad ipſum ordinem aſſerentibus ſe translatos: de latoribus, conſpiratoribus de publicatione ſtatutorum et ordinatione praemiſſorum. III.

III. Quaedam de visitatione monasteriorum: orationes in eadem dicendae, constitutiones reformationes ord. nigrorum monachorum *Innocentii III. Honorii III. Benedicti XII. Clementis V. Quae transscripta sunt procurante et iubente Reuerendo in Christo patre et Domino Hainrico dicto Hasenberg dei gratia Abbate monasterii nostri Blauburensis ... sub anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo vicesimo octauo &c.* Duae chartae reformationis vna ad San - Vlricanos, quae in adpendice N. XVIII. habetur, et altera ad omnes dioeceſis monachos a *Petro* Episcopo Augustano datae. Subiiciuntur plura de reformatione: tractatus *Nicolai* de Dinkelspiel de carnium esu: de visitatione et cibis essentialibus monachorum: Constantiensis concilii breue ad *Nicolaum* Mellicensium Priorem et reformationis fautorem: reformationis charta in Germano idiomate.

XXIII.

Benedicti XII. Papae Constitutiones in fol. Cod. Sec. XV.

Constitutiones sunt plane eaedem, quarum summa praecedente numero relata est. Earum initium ita sonat: *Benedictus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam Summi magistri dignacio nos quamquam immeritos miseranter in Apostolici magisterii Cathedra collocauit vt nedum presimus quam prosimus pariter operibus et exemplis &c.*

XXIV.

Sermo de visitatione monasteriorum ord. S. Ben. et S. Augustini in ducatu Austriae. II. Georgii Abbatis Faucensis liber reformationis. III. Nic. de Lyra responsio ad quemdam Iudaeum ex verbis Euangelii S. Matthaei in 4to.

Sermo iste in Austriae monasteriorum tam S. *Benedicti*, quam Canonicorum regularium S. *Augustini* visitatione dictus est. Incipit ab Apostoli verbis: *Hora est iam nos de somno surgere.* Sermonem charta visitationis pro Monachis Cellae S. Mariae anno 1419 illis promulgata.

II. Reformationis libro capitulorum, quae viginti et octo numerantur, summaria sunt praemissa: dein legitur: *Incipit liber reformationis ac ordinationis, consuetudinum regularium venerabilis in Christo patris domini Georgii Abbatis monasterii Faucensis Sancti Magni ordinis beati Benedicti Abbatis Augustensis dyocesis.* Eius initium ita sonat: *Expedito et reformato prout largiente domino potuimus diuinorum officiorum breuiario adhuc nos grandis ingensque cura ingensque animi sollicitudo perurget quatenus et obseruancias regulares ac consuetudines laudabiles ceremoniasque monachales a sanctis patribus nobis traditas in nostro monasterio proh dolor per negligenciam collapsas in debitum statum reformare recuperare*

cuperare et emendare debeamus &c. Floruit Abbas iſte regularis diſciplinae ſtudioſiſſimus *Georgius Sandauer* Seculi decimi quinti initio.

III. *Nicolai* de *Lyra* tractatus de myſterio Chriſti ita incipit: *Queritur vtrum per ſcripturas a iudeis receptas poſſit probari miſterium chriſti in lege et prophetis promiſſi eſſe iam completum &c.*

XXXV.

Ioan. Trithemii Abbat. liber de ſtatu et ruina ord. S. Bened. II. Abbreuiatura receſſuum Capitularium Patrum ord. S. Ben. III. Ioan. Trithemii Collatio de republica eccleſiae et monachorum ord. S. Ben. IV. Eiusdem liber de proprietate. in 4to. Codex Sec. XV.

Vna eademque manu in hoc volumine contenta eleganti ſunt ſcripta charactere. Primo opuſculo ſequens titulus legitur praefixus: *Ioannis de Trittenhem Abbatis Spanhemenſis ordinis ſancti benedicti de obſeruantia burſfeldenſi liber lugubris, de ſtatu et ruina monaſtici ordinis omnibus religioſis ac deuotis viris non minus vtilis quam iocundus.* Opus iſtud anno 1493 in Capitulo prouinciali Hirsaugiae celebrato lectum, ad finem ſeculi XV. typis iam euulgatum eſt. Reperitur etiam in eiusdem operibus ſpiritualibus anno 1604 impreſſis.

II. *Abbreuiatura receſſuum capitularium patrum ordinis diui Benedicti per prouinciam moguntinam et dyoceſim Bambergenſem a tempore concilii Conſtancienſis vſque ad annum dominice incarnacionis milleſimum quadringenteſimum nonageſimum tertium celebratorum. Nec non modus viſitandi monaſteria vtriuſque ſexus. Vnacum ſummario priuilegiorum prouincie et dyoceſis ac ordinis.* Sequitur deinde materia vixnon eodem ordine, quo anno 1493 a *Georgio Stöchs* typographo Norimbergenſi typis expreſſa prodiit. Operis clauſula ab impreſſa quoad vltima verba deflectit, legitur enim: *Volumini preſenti in forma viſitandi tam monialium quam monachorum monaſteria ordinis S. Benedicti per prouinciam moguntinam et dioſceſim bambergenſem &c. in epilogum precedencium ſub breuitate ordinata expreſſionum partito et diuiſo ad inſtantiam reuerendi in chriſto patris domini Abbatis monaſterii apud ſanctum egidium Nurenberge memorati ordinis Prelati (cui morem gerere admodum cupit) preſencium ſcriba Fr. Symon Weinhardi de faucibus alpium profeſſus monaſterii ſanctorum Affre et Vdalrici in Auguſta. Fortuna comite preconceptum et intentum finem dedit anno incarnacionis verbi intelligibilis diuini de ſpiritu ſancto ex Maria ſemper virgine* 1493 *ſexto Kalendas decembris die vero ſacratiſſimi preſulis conſtantiencium Conradi Ad cuius limpidam viſionem intellectiuam et beatiſſimam volitionem ſeu fruicionem charitatiuam preces et merita beatiſſimi Benedicti nobis proſint nanciſcendam. Amen.*

III. *Ioan. Trithemii* collatio de republica eccleſiae et monachorum ordinis diui Patris *Benedicti* habita Coloniae in capitulo annuali per Reu. P. D. *Ioan.* Abbatem Spanheimenſem prima Sept. anno 1493. Quae inter opera *Trithemii* anno 1604 impreſſa reperitur

IV.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

S. *Benedicti* in lectiones quotidianas diuisa. VI. Regulae seu rubrica tum pro breuiario, tum pro missa, quam etiam pro officio diuino per anni circulum occurente. In fine legitur: *Salutis autore fauente finit feliciter opus fratris Leonardi Weinlin de Augusta in Mellico sub anno domini M496. scriptum inibi et accuratissime correctum emendatumque secundum exemplar preporrectum. Eodem tempore sub forma hospitis detentus in eodem venerabili loco. Cooperator eiusdem laboris frater Symon de Ampach professus eiusdem monasterii.*

Fr. *Leonardus Weinlin* Monachus San-Vlricanus ab Abbate suo anno 1495 Mellicum, ceremonias, ac ritus ibidem obseruari solitos conscripturus, missus, ibidem plus anno haesit. Iidem deinde in nostro asceterio introducti sunt.

XXVIII.

Ceremoniae et consuetudines monasterii Mellicensis, in 8vo Codex Sec. XV.

Monasterium SS. *Vdalrici* et *Afrae* sub Abbate *Ioanne* de *Hohenstein* a Mellico suam accepit reformationem, tum patribus inde euocatis, tum aliis ad idem monasterium missis. Vnde ceremoniae et consuetudines ibidem introductae, ad nos etiam translatae sunt. In hoc codice reperiuntur Ceremoniae et ritus in diuino officio obseruandi. Ritus suscipiendi hospites: Quaedam ex decretalibus de statu monachorum: Charta visitationis pro Monachis Weihenstephanensibus: Ceremoniae in choro obseruandae: Quaedam, quae disciplinam respiciunt. Scripta haec a diuersis seculi decimi quinti medio.

XXIX.

Ceremoniae monasterii Mellicensis, in 8vo. Codex Sec. XV.

Primo loco occurrit in codice maiusculis literis scripto, *ordo agendorum et dicendorum a sacerdote in missa iuxta consuetudinem Romanae ecclesiae:* dein professio Fratrum conuersorum in Germano et clericorum in latino idiomate: modus considendi, ritus psallendi. Reperiuntur etiam S. *Bernardi* formula honestae vitae: orationes de passione domini, et S. *Bonauenturae* tractatus de confessione.

XXX.

Ceremoniae et consuetudines monasticae in 8vo.

Volumen praesens 429 foliis constat. Praemittitur omnium materiarum in isto contentarum index, quem Calendarium ecclesiasticum mox excipit. Tandem ipsum opus ab ordine Breuiarii et ceremoniis in choro, capitulo, et mensa regulari in nostro monasterio

ſterio obſeruandis incipit. II. Quomodo miſſa tam priuata quam ſolemnis ſit tam a ſacerdote, quam ab aliis celebranda. III. De Abbate, Priore, Cellerario, Portario, Sacriſta, Sigillis Abbatis et conuentus, infirmario, veſtiario, nouitiis, conuerſis, monialibus, donatis, morituris, exequiis electione Abbatis, Caſibus Abbati reſeruatis &c. IV. De officialibus. V. Ceremoniae diſciplinam reſpicentes. VI. De literis fraternitatis et commendatitiis, necnon teſtimoniis &c. VII. Diuerſa, inter quae de ſcriptoris vitae circumſtantiis quaedam reperiuntur. Is erat *Wilhelmus Wittwer* Monachus San-Vlricanus, de quo, eiusque operibus Vol. III. mentionem fecimus. VIII. Diſpoſitorium moriendi.

XXXI.

Ceremoniae Mellicenſes. in 8vo. Codex Sec. XV.

Titulus praeſenti codici ſequens eſt praefixus: *Hic infra deſcriptum eſt officium ſeu miniſterium accollitorum iuxta practicam et conſuetudinem monaſterii melicenſis ordinis ſancti Benedicti.* Hoc tractatu finito, agitur de Hoſpitibus et nouitiis; quid confratre mortuo ſit obſeruandum: rubricae pro quorumdam ſanctorum feſtis: denique quaedam ceremoniae ſecundum conſuetudinem S. ſpecus. Haec omnia eodem charactere et quidem elegante ſcripta ſunt.

XXXII.

Ceremoniale in 8vo. Cod. Sec. XV.

Diuerſae iterum ceremoniae a Monachis tum in choro, capitulo, tum ad menſam, in nouitiorum profeſſione obſeruandae in hoc codice habentur. Iſtas S. *Bernardi* formula honeſtae vitae excipit, hanc ordo et proceſſus miſſae ſecundum romanam rubricam. Sequuntur exercitium noui athletae Chriſti, et meditationes per ſingulas horas praecipue de vita et paſſione Domini noſtri *Ieſu Chriſti.* Liber vitae. Denique vita S. *Catharinae* Virg. et Mart. metrice ſcripta, cuius initium ita ſonat:

Palma triumphalis Katharine virginis alme
A ſcriptore nouo fit noua lege metri
Sepe vetuſtus ager vnico reuocatur aratro
Fertilis efficitur multiplicatque ſata.

In fine legitur: *Explicit vita Sanctiſſime virginis Katharine per Fratrem S. Geſſler Aug.*

XXXIII.

Ceremoniae. Codex Sec. XVI.

Praecedunt quaedam praecepta moralia a noſtro *Vito Bildio* collecta. Ceremoniae maxime acolythum ſpectant. Iſtis ſubiicitur *Artificioſa memoria ex Marco Tulio, Quintiliano, Petro Rauennatenſi, et aliis illuſtribus Autoribus ab aratore Chriſtiano Vmhauſer breuiter et exactiſſima diligentia excerpta et compoſita.*

XXXIV.

Directorium pro diuino officio in fol. Codex Sec. XVI.

Praemittitur huic operi prologus, ſeu potius ſtatutum tam ab Abbate quam ceteris capitularibus monaſterii SS. *Vdalrici* et *Aſrae* ad diuinum officium pie ac deuote celebrandum factum, quod ſic legitur:

Cum inter religioſorum obſeruaciones haud minimus diuinarum debita horarum perſolucio profectus cenſeatur: vbi humana iam mens conditoris ſui non parum ſupernaturalis preguſtat dulcedinis: ſi denique peſſumdatis temporalium rebus conſcienCie ſue ſerenitate nil mortiferi comperiens virus infinita dei premunitur miſericordia. Sed quia preſumptionis arrogancia errorumque diſturbia piorum mentes nedum diſtractiones ledunt, verum eciam deuocionis pene queque obiecta abſorbent atque ſubmergunt: cum ſcilicet quidam propriis inuitentes ſenſibus non ſolum que a quibusdam obſeruanda: ymo que ſecundum proprii ſenſus preſumptionem aſſumenda finxerint proponant: propoſita clamoribus defendant, defenſaque (tum plus verbis quam rerum experimentis contendant) approbanda offerant: et in mentis tumore perſeuerantes: nonniſi vi ac obediencie baculo ab erroribus reuocentur. Vt igitur prediCtorum errorum ſentina radicitus amputaretur: atque pys in contemplacionibus mentibus occupatis optata praeſtaretur quies: ſtatuimus nos infra ſcripti tam Abbas quam communis conuentus prediCtarum obiecta preſumptionum (que hactenus haud paucis nobis obuiauere incommodis) religionis reformatoribus preſentare diffinitiueque eorum ſentencie pie auſcultare ne deinceps quiſquam ſua temere preſumptione diſturbii quid audeat piis noſtris adducere auribus. Reſciſſis igitur denuo a prediCtis obſeruancie reformatoribus ſingulis erroribus, veritatiſque ſecundum ſanCtas reformacionis conſtituciones, oſtenſis determinacionibus. Volentes ſacram fideliſſime manutenere obſeruanciam ordinamus: atque perfecte obediencie vinculo omnibus noſtro in loco regulariter viuentibus ſtricte precipimus ſubſcripta preſentis libelli. (puta breuiarii) tam in minimis quam maximis punCtis practicare eorundemque continencia in omnibus obſeruare: preſumentes per hoc prediCtorum queque viciorum nutrimenta reſcindere, futuriſque temporibus uniſonam ceremoniarum obſeruacionem aliigare. Acta et roborata ſub reuerendo in xpo pre et dno Dno Conrado Mörlin huius loci Abbate Dominice incarnacionis anno Milleſimo quingenteſimo ſexto.

Tituli loco ſequentia leguntur: *Indiuidue ſanCte Trinitatis Nomine Incipit ordinarium ſeu breuiarium ſecundum Mellicenſium reformacionem obſeruandum.* Diuiditur in duas partes;

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

IV. Statuta capitulorum prouincialium ord. S. *Ben.* vndecim priorum, haec tituli loco habent praemiſſa: *Secuntur articuli ſiue puncta ſtatutorum ſeu ordinacionum collecti ex proceſſibus datis in prouincialibus capitulis nigrorum monachorum ordinis ſancti Benedicti celebratis a tempore concilii conſtantienſis vſque ad copitulum prouinciale quod celebratum fuit in Concilio Baſilienſi.*

V. Expoſitio terminorum in legalium librorum titulis poſitorum absque titulo incipit. In fine legitur *in die ſancte bere anno MCCC. LXVI.*

VI. Bulla aurea, quae 23 capitula comprehendit. Incipit a metro iſto notiſſimo.

Omnipotens eterne deus ſpes vnica mundi. Leges in curia Metenſi a *Carolo VI.* Imperatore promulgatae in praeſente codice deſunt. Scripta eſt iſta ſeculo decimo quinto.

XXXVII.

Landrecht. in Fol. Cod. Sec. XV.

Hoc opus tribus conſtat partibus; in prima imperii leges in Sueuia praecipue obſeruandae collectae exiſtunt. Iſtis ius feudale ſubiicitur. Tertiam partem bulla aurea conſtituit. Praemittitur materiarum index. Prima pars hunc titulum ſibi habet praefixum: *Daz Landrechtbuch.* Praefatio ita incipit: *Herre got hymliſcher Vatter durch dein Güti geſchuf ſt du den menſchen mit drgerlay wirdikait &c.* Liber de feudis ſic inchoat: *Wer lehen recht kinnen will der volg diß buchz lere Allererſt ſullen wir merken daz die Küng hand geſetzet ſybes Herſchilt &c.* Tertiae partis initium ita ſonat: *Daz ſind die recht Kayſer Karlos dez vierden zu Böhem. In dem namen der hailgen einmütigen triualtikeit ſeliclichen Amen. Karolus der vierd von Gottez gnaden Römiſcher Kayſer zu allen Zeyten merer dez reichz &c.* In fine haec habentur. *Explicit feria quarta ante Fabiani et Sebaſtiani martiris anno domini* 1452.

Praeſens codex in duabus columnis lucido charactere ſcriptus eſt. Folia arabicis numeris notata ſunt. Capitulis tituli praefixi habentur.

Laudatum opus ſaepius non diu poſt inuentam artem typographicam ſub titulo: *Kaiſerlich Landrechtbuch: Spiegel Kaiſerlicher vnd gemainer lantrecht*, et communi vocabulo, *Schwabenſpiegel* nominatum, typis euulgatum eſt. Conf. *Panzer* Annales antiquioris germanicae literaturae.

XXXVIII.

Hiſtoria Lombardica. in Fol. Codex. Sec. XV.

In prima pagina haec leguntur ſcripta: *Legende ſanctorum per circulum anni extracte ac abreuiate per fratrem Iacobum de Voragine ordinis predicatorum, et citramontani vocant hunc librum voraginem; vltramontani vero hyſtoriam Lombardicam, nam et idem vt tradunt lombardus fuit de oppido Voraginenſi.* Praemittitur ſanctorum index. Incipit dein operis prologus, quem ſanctorum hiſtoriae in ſuo ordine ſequuntur.

Hoc

Hoc opus ita acceptum erat, vt plures editiones iam ſeculo decimo quarto exornatae fuerint, de quibus in noſtra bibliotheca tres reperiuntur.

XXXIX.

Sanctorum vitae. in lingua vulgari. in fol. Tom. II. Codex Sec. XV.

Praeſens opus in duobus comprehenditur voluminibus, quorum quodlibet aliis characteribus fuit ſcriptum; vtrumque vero initialibus literis, figurisque deauratis eſt exornatum. In fronte primi legitur: *Hie hebt ſich an der Hayligen leben vnd das Sumertayl.* Dein legitur ſanctorum index. Primus eorum eſt S. *Ambroſius*; vltimus S. *Furſeus.* In ſecundo volumine, regiſtro abſoluto, legitur: *Nach dem regiſter höbt ſich an das Wintertail des Paſſionals des erſten von Sant Michel.* Sanctorum hiſtoriis Epiſtolae, et euangelia pro dominicis et feſtis ſunt ſubnexa, ad quorum finem legitur: *Anno domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo poſt feſtum Michahelis in die Franciſci finitur. Deo gracias.*

XL.

Sanctorum vitae in lingua vulgari. in fol. Codex Sec. XV.

Hic codex eleganter ſcriptus, 494 foliis conſtat. Figuris, ſanctos repreſentantibus exornatus eſt. Illorum index praecedit. Opus absque inſcriptione a S. *Ambroſii* hiſtoria initium ſumit, et S. *Meinradi* finem eidem imponit.

XLI.

Hiſtoria Lombardica in lingua vulgari. in fol. Codex Sec. XV.

Opus praeſens in duobus conſtat voluminibus. Praemittitur capitulorum index. In operis fronte legitur: *Dis buch iſt der heiligen leben. Daz man nennet zu Latine lampartica hyſtoria. vnd vohet an an den aduenten vnd wert vnze zu ſant Iohannes tag des baptiſten zu Sungicchten, vnd iſt das ſumer teil.* Opus lepidis ſimul ac ſimplicitatem redolentibus figuris inſtructum eſt. Volumen ſecundum, terminato regiſtro, his verbis incipit: *Hie vohet an daz buch daz do heiſſet lumpartica hyſtoria vnd daz iſt in Tütſchem der heiligen vnde an zu ſant Iohannes tage zu Sungihten, vnd wert vntze an den Aduenten vnd iſt daz winterteil.* Et hoc eodem charactere ſcriptum: nullis vero figuris exornatum eſt.

XLII.

Ioan. de Mandeuilla iter ſanctum in lingua vulgari, in fol. Codex Sec. XV.

Praemittitur operi praeſenti capitulorum, quorum centum et duodecim numerantur, index rubro colore expreſſus. Prologus absque titulo his verbis inchoat: *Do ich da haym anz fiir in dem mut daz ich wolt faren vber mer zu dem heyligen grabe vnd zu dem geſegentem ertreich daz man in latein haiſſet Terram promiſſionis.* Iſto abſoluto, Autor ita pergit: *Ich hans von Mandauilla Ritter wie wol ich ſein nicht wirdig ſey geporn vnd erzogen in engellant In ainem dorff daz haiſſet ſand alan fiir vber mer do man zalt nach chriſti gepurd Tawſent drewhundert Iar dar nach zu ai vnd zwainzig Iar an ſand michels morgen vnd darnach pin ich geweſen vber mer manig iar vnd zeit vnd pin vmbgevaren manig iar vnd han geſehen manig wunderlich land manig wunderlich Inſel, manig wunderlich chunigreich &c.* Operis concluſio ita ſonat: *Ich hans von Mandauilla Ritter fur vber mere von meinem lande do man zalt von chriſti gepurd Tawſent dreuhundert darnach in dem zwai vnd zwaintzigſten iar vnd hab verſucht manig gut geſellſchafft manig vnderleich land vnd Inſel wie wol daz ich ſein nicht wirdig ſey geweſen vnd wenig gutes mein tag hab getan vnd ich was enhalb merers hiintz man zalt von chriſt gepurde Tawſent drewhundert vnd zway vnd fiimphzig Iare vnd do chom ich kaim vnd muſt rwen vnder meinem Land. Wann mich chom ain ſiechtag an der mir all mein frewde benam wann ich noch manig ding gern geſehen hiet vnd da pracht mich ain ſiechtum vmb den man in latein haiſſet Podagra Darvmb pit ich all gut chriſten daz ſi got wellen fiir mich piten mit ainem pater noſter De warten daz ich den parmhertzigen got in iner welt gern wil fiir ewch piten daz vns got allen verleich durch ſeiner grundloſen parmhertzichait willen nach diſem leben daz ewig leben. Amen. Deo gracias.* His rubro colore ſubſcriptum habetur: *Daz buch iſt volbracht worden in der iar zal nach chriſti gepurde Tawſent vierhundert iar darnach in dem newnten iar.*

Opus praeſens Autor ipſe latine, gallice et anglice deſcripſit: fuit deinde etiam Germanice redditum, et ſeculo decimo ſexto typis excuſum.

XLIII.

S. Catharinae de Senis Legenda. II. Epiſtolae Euſebii, S. Auguſtini ad Cyrillum, et huius ad iſtum de S. Hieronymo. III. Epiſtola B. Dionyſii ad Tymotheum de morte SS. Petri et Pauli. IV. Vita S. Conradi Epiſc. V. Vita B. Bernardini Senenſis. VI. Legenda trium Regum. in fol. Codex Sec. XV.

In fronte primi operis tituli loco legitur: *Incipit legenda ſancte ac admirabilis necnon et venerabilis virginis Katherine de ſenis ſororis de penitencia beati Dominici fundatoris ordinis predicatorum,* Iſtius inſtructio cum eiusdem Sanctae virginis vita volumine quarto N. XXXIV. recenſita plane conuenit. II.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

nere autem a quodam in captiuitatem ſunt redacti atque ab eo aliquanto tempore queſtus gratia cuſtodie mancipati impoſito ergo ergaſtulo in-rti non indulſerunt ocio ſed iam dictus monachus rogatu concaptiuorum ſuorum hyſtoriam ſepe dicti confeſſoris chriſti Cunradi ſuauiter modulatus eſt quam non multo poſt dimiſſus pontifici cum apoſtolicis literis detulit cui etiam de aduentu ſuo maximum gaudium contulit. Perlectis vero literis coram clero et populo Pontifex venerandus Vdalricus inito conſilio celebri edicto longe lateque iuſſit promulgari vt die ſexto Kalendas decembris hoc eſt die depoſitionis beati Cuonradi omnis dignitas omnisque ſexus conſtancie conueniant quatenus ipſe ſanctus a numero mortuorum eo die in eccleſia inter ſanctos deferretur quo olim Chriſto iubente a mortalibus anima eius inter ipſos tranſlata cognoſcitur . . . Facta eſt autem hec sranslacio egregii chriſti confeſſoris Cuonradi anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo tertio Indictione ſecunda Romanam eccleſiam regente Kalixto Papa ſecundo ordinacionis quoque Vdalrici Conſtancienſis epiſcopi equidem nominis primi anno quinto Imperante Hainrico imperatore Auguſto Die ſexto Kalendarum decembrium dominante ſuper omnia in celo et in terra iheſu Chriſto domino noſtro qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et regnat in omnia ſecula ſeculorum Amen.

Verba nunc relata clare demonſtrant, *Vdalſcalcum* S. *Conradi* vitam ſcripſiſſe, ad Romanum Pontificem detuliſſe, legatique munere functum fuiſſe; is enim qua monachus exul cum B. *Eginone* Abbate San-Vlricano Conſtantiae moratus, poſtea Abbatiali dignitate in monaſterio S. *Vdalrici* decoratus eſt. Is muſicae artis tunc temporis peritiſſimus ſolus vitam S *Conradi* modulari potuit.

Vita memorata a *Godefr. Guil. Leibnitio* Tom. II. Script. Brunsuic. publici iuris facta reperitur. *Piſtorius* etiam S. *Conradi* vitam T. III. Script. Rer. German. edidit, aſt a praeſente longe differe cognoſcitur.

V. Vita S. *Bernardini* Senenſis eadem eſt, quae in actis Sanctorum Part. V. Maii a Bollandiſtis edita reperitur. Autor eiusdem *Matthaeus Vergius* Laudenſis laudatur. Incipit: *Magnum nobis diebus iſtis nouiſſimis diuine pietatis munus allatum eſt cum ſidus illud prefulgidum Bernardinus mundo apparuit &c.*

VI. Legenda trium SS. Regum ſic incipit: *Cum venerandiſſimorum trium magorum ymno verius trium regum glorioſiſſimorum vniuerſus mundus ab ortu ſolis vſque ad occaſum laudibus et meritis iam ſit plenus &c.*

Haec ſunt huius voluminis contenta, quae diuerſa, diuerſis quoque characteribus ſcripta.

XLIV.

Legenda Sanctorum, in fol. Codex Sec. XVI.

Praeſens codex maiuſculo et elegante charactere ſcriptus, foliis 179 conſtat. Praemittitur Sanctorum, de quorum vita et paſſione agitur, index. Iſtum Sermo in feſtiuitate S. *Mathiae* Apoſtoli habitus ſequitur. Deinde incipit paſſio S. *Barnabae* Apoſtoli a *Ioanne* eius miniſtro narrata. In fine quaedam de Romanorum, Germanorum et Francorum regnis leguntur. Iſtis ſubiectum habetur: *Expliciunt legende aliquorum ſanctorum per fratrem Iohannem Grieſheren Conuentualem et preſbiterum Monaſterii Sanctorum Vdalrici*

rici et Affre in Auguſta Vindelicorum feria ſexta id eſt in feſto ſancti Mauri Abbatis anno domini Milleſimo quingenteſimo octauo.

XLV.

Paſſio Sanctorum. II. Vita S. Columbani et Attalae Abbatum. III. Vita et Paſſio S. Albani. IV. Paſſio et translatio S. Marci Euangeliſtae. V. Forma profitendi in monaſterio Augiae diuitis. VI. Vita S. Symeonis. VII. Vita S. Pirminii Epiſc. VIII. S. Caeſarii Arelatenſis ſermones. in fol. Cod. Séc. XVI.

Quae in praeſente codice contenta reperiuntur, certe omnem literatorum attentionem omnemque aeſtimationem merentur; cum ea *Sigismundus Lang* Monachus Sanvlricanus in Augia diuite reformationis gratia degens, ex codicibus antiquiſſimis manu exaratis ibidem exiſtentibus ingente ſtudio collegit et conſcripſit.

Paſſio Sanctorum a ſequente prologo incipit: *Magnum ſummopere ſtudium in perquirendis ſanctorum martirum paſſionibus nobis eſt adhibendum, quia precioſa eſt in conſpectu domini mors eorum. Non enim abeſt ſi a nobis neſciatur, ſed pro maximo nobis damno reputabitur ſi fideliter et vtiliter a nobis minime perquirantur. Scimus quidem illos temporalia pro deo tormenta pertuliſſe, ſicque expleto agonis certamine diuina ſuffragante clementia ad celeſtem gloriam transmigraſſe quia ſecundum ſacre ſcripturae teſtimonium fulgebunt iuſti ſicut ſol inregno patris eorum Auditores quippe diuini eloquii in quo dicitur nolite timere eos qui occidunt corpus animam non poſſunt occidere deo ſe ad hoc animante nulla temporalis vite ſupplitia timuere ſubire. Sancti ergo martires ſic a nobis ſunt venerandi vt interuentionibus eorum glorie quam perceperunt mereamur fortes inueniri. Certamina quidem eorum dum a fidelibus leguntur incitamentum fidei preſtant et ne a via dei decidamus exemplis ſuis animos noſtros tangunt, ne pro deo laborare pigreſcant.*

Sancti Martyres quorum paſſiones enarrantur, ſequentes ſunt: *Gorgonius*, *Dorotheus*, *Cornelius* Epiſc. *Cyprianus* Epiſc. *Nicomedes*, *Euphemia* virgo, *Lucia* et *Geminianus*, *Lampertus* Epiſ. *Leodegarius* Epiſc. *Fides* virgo, *Gereo* et ſocii, *Calixtus* Papa, *Ianuarius* et ſocii, *Criſpinus* et *Criſpinianus*, *Euſtachius* et ſocii, IV. *Coronati*, *Theodorus*, *Caecilia* virgo, *Saturninus*, *Barbara* virgo, *Lucia* virgo, In fine legitur: *Laus deo finis eodem die S. Lucie* 1516.

II. Prologus in vitam S. *Columbani* ita inchoat: *Dominis eximiis et ſacri ordinis regimine decoratis, religioniſque copia fultis Waldeberto et Boboleno patribus. Ionas peccator* *) Vita S. *Attalae* ſic incipit: *Cum ergo venerabilis Columbanus de hac vita migraſſet eius in loco Attala ſuffectus eſt.* Horum vitae a *Iona* ſcriptae reperiuntur in actis SS. Benedictinorum a *Mabillonio* editis T. II.

III.

*) *Ionas* S. *Columbani* diſcipulus, peregrinationis Comes, natione Scotus.

III. Prologi in S. *Albani* passionem initium ita sonat: *Postquam eterni patris unigenitus et verbum dei, ad reparationem nostram inclinauit celos et descendit et seipsum nostre redemptionis sacrificium offerens in ligno pependit &c.* Vitae vero sequens est initium: *Inter hos Constantissimus christi athleta et martir albanus fidei fortitudine armatus martirii palma triumphaliter est glorificatus &c.* Reperitur illa in *Canisii* Lectionibus antiquis T. IV. edit. Bamagianae p. 158. Fictitiam fabellisque refertam tam *Basnagius*, quam Autores actorum Sanctorum erudite demonstrant.

IV. S. *Marci* Euangelistae passio duplici modo scripta inuenitur. Prima ita incipit: *Cum ergo venerabilis Marcus ewangelista ingressus esset terram egipti infirmas vbique sanabat &c.* Secunda vero sequente modo: *Marcus ewangelista discipulus et interpres petri Apostoli et eiusdem in baptismate filius leuiticus genere et sacerdos legalis discipulus apostolorum post passionem domini effectus cum beato Petro Romam profectus est eidem fideliter adherens* Sequitur dein translationis reliquiarum S. *Marci* ad vrbem Venetam historia, cuius initium: *Translatio corporis sancti Marci de vrbe Alexandria ad ciuitatem Venetiarum facta est tempore Leonis imperatoris et Iustiniani Venetorum ducis.* Isti subiicitur translatio Venetiis ad monasterium Augiae diuitis, in cuius fronte haec legitur notitia: *De translatione sancti Marci ewangeliste de venetia ad augiam maiorem per Reuerendissimum patrem et dominum dominum Ratoldum Veronensis eccleſie antistitem anno incarnationis domini octingentesimo tricesimo facta et de eiusdem sancti Marci miraculis in augia peractis.* In fine horum collector haec notatu digna adposuit: *In die sancti Marci Sarcophagus cum reliquiis sancti Marci locatur ante pulpitum ewangelii in eminentiori aliquantulum loco. Vnde Diaconus legens ewangelium Marci dicit Sequentia sancti ewangelii secundum illum demonstrando cum tribus digitis dextere manus ad reliquias sancti ewangeliste ante se in sacophago positas prout egoipse etiam eodem die cantaui et legi anno domini* 1514.

De memoratis translationibus reliquiarum S. *Marci* Euangelistae inter eruditos res indecisa permansit.

V. Tres profitendi formae monachorum ordinis S. *Benedicti* in Augia diuite referuntur.

VI. Vita *Simeonis*, seu *Bardonis* Monachi, et historia vnius de sex hidriis, quomodo ad monasterium Augiensem peruenerit. Istius prologus sic incipit: *Cum ab adolescentia vsque in presens venerabilis Abba et domine firma atque immobilis huius augiensis caterue columna sis in laribus apprime inutritus philosophia ... Tibi enim ingrediens pauca ex multis de vita beatissimi Symeonis Achaici explanare qualiter seculum derelinquendo huius mundi caducas spernebat ac celestes regni diuitias acquirebat ... et quomodo iuxta sue mentis desiderium multa loca multasque oberrando Augiam perueniens loco in eodem ... finetenus diligebat in domino viuere atque dormire.* Hidrian vnam de sex sub Abbate *Hattone* et *Theoderico* Rege anno 908 Augiam venisse narratur.

VII. S. *Pirminii* Episcopi et Augiensis monasterii fundatoris vitae prologus praemittitur cuius initium: *Multi quidem conati sunt scribendo vitam actusque sanctorum patrum narrare.* Vitae initium ita sonat: *Sanctissimi ac venerabilis viri Pirminii gesta actusque narrandi me causa delectat qui in presenti vita diebus Theoderici regis Francorum Metis Castello pastoralis cure episcopatum tenebat.* Quis istius Autor sit, haud exploratum habeo: haud dubium est, esse monachum Augiensem. *Mabillonius* in suis actis a praesente diuersam a monacho quoque Augiensi scriptam refert.

VIII.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

XLIX.

S. Auguſtini regula. II. Bernardi Caſſinenſis expoſitio in regulam S. Benedicti. III. Eiusdem regula in lingua vulgari &c. in 4to. Codex Sec. XV.

Regula S. *Auguſtini* quinque ſolum foliis conſtat, et ita incipit: *Hec ſunt que vt obſeruetis precipimus in monaſteriis conſtitutis.*

II. *Bernardi* Caſſinenſis expoſitioni legitur praemiſſum: *Incipit prologus R. M. Bernardi Abbatis Caſſinenſis Cenobii doctoris egregii in regulam S. Benedicti expoſitio: Legitur in prouerbiis doctrina prudentum facilis.*

III. Regula S. *Benedicti* in lingua vulgari ſcripta absque titulo ita incipit: *Merckh myn ſun dice gebot dines meiſters vnd naig die oren dines Herren vnd empfach lieblichen dines milten Vatters mänung vnd erfül ſie ganczlich &c.*

IV. *Nicolai* de *Dinkelſpiel* tractatus de eſu carnis pro Benedictinis nigris, cuius titulus: *Queſtio R. M. Nicolai de Dinkelſpiel doctoris in ſacra pagina eximii de Eſu et abſtinentia carnium nigrorum monachorum ordinis S. Benedicti contra quendam doctorem in vtroque iure. M. Kaſp. in Wienna ordinarium.*

V. Quomodo Abbas erga Deum et Fratres in oratorio et locis diſciplinae ſe gerere debeat. Iſtius initium: *Quoniam ab alto procedit omnis ſapientia omneque donum optimum vt ait Iacobus in can. ſua deſurſum eſt &c.*

VI. Charta viſitationis pro Benedictinis dioeſeſis Friſingenſis anno 1436 data.

VII. *Nicolai* de *Cuſa* Cardinalis et Epiſcopi Brixinenſis ſtatuta pro Eremiticam vitam in ſolitudine profitentibus anno 1452 praeſcripta.

L.

S. Auguſtini Manuale cum aliis diuerſis. in 8vo. Codex Sec. XV.

Sequentia in hoc codice a diuerſis ſcripta comprehenduntur. I. S. *Auguſtini* Manuale. II. S. *Hieronymi* regula in monaſteris viuendi. III. *Senecae* libellus de remediis fortuitorum, et de virtutibus cardinalibus. Eiusdem Epiſtolae ad *Paulum* Apoſtolum, et iſtius ad *Senecam*. IV. Excerpta ex *Laertio* de Philoſophorum vita. V. Summula materialis pſalterii et Catalogus librorum canonicorum. VI. *Nicolai* de *Cuſa* tractatus de viſione Dei ad Priorem Tegernſeenſem. VII. Formula confeſſionis generalis. VIII. S. *Bernardi* contemplatio de paſſione domini. IX. Forma abſolutionis in anno Iubilaei. X. Hiſtoria Roſarii, et varia exempla.

LI.

S. Auguſtini Manuale, aliaque diuerſa. in 8vo. Codex Sec. XV.

Codicis huius contenta in primo reperiuntur folio, et ſunt ſequentia:

S. *Auguſtini* liber de imagine, ſeu manuale. Eiusdem ſuſpiria. II. *Iſidori* ſoliloquium. III. Excerpta ex libro, qui vocatur *conſolatio* Ioan. S. Theol. magiſtri in Alſatia. IV. Tractatus de cautela praedicandi, qui vocatur *vallis ſalinarum* a *Ioanne* monacho ord. S. *Bened.* ad Epiſcopum Auguſtanum. V. Expoſitio omnium pſalmorum ſecundum ſenſum literalem. VI. *Ioan. Gerſonis* tractatus de indulgentiis, et Simonia. VII. S. *Bernardi* contemplatio. VIII. *Ioan. Gerſonis* tractatus reſponſiuus ad quatuor quaeſtiones. IX. Tractatus de vita eremitica. X. S. *Thomae* Compendium de virtute bonorum religioſorum. XI. Cartha generalis pro monialibus reformandis. XII. Modus procedendi in viſitatione monaſteriorum. XIII. De agendis pro defunctis fratribus in communi et priuato. XIV. De conuerſis, quomodo ſuſcipiantur et regantur. XV. Forma abſolutionis a poena et a culpa. XVI. Decretum pro electione pontificum et praelatorum. XVII. De miſſis votiuis, pro defunctis dubia et ſolutiones. XVIII. *Iacobi* Carthuſiani igniculus deuotionis, et tractatus de comparatione religionum. In fine legitur: *Deo gracias anno LXIIII. in die ſancti Apollinaris martiris.*

LII.

Tractatus de Amore. II. Pſalmi poenitentiales in lingua vulgari. in 4to. Codex Sec. XV.

Praeſens codex theodiſco ac luculento charactere eſt ſcriptus. In fronte operis legitur: *Die hernach geſchriben Matery iſt gemacht von ainem Kartauſar vnd ſagt von dem lob vnd von der Groſſen nuczperkait diß hernach geſchribens püchlins.* Sequitur praefatio, quam Capitulorum ſummaria excipiunt. Opus, quod 22 Capitulis conſtat, ſic incipit: *In ainem waren Chriſtlichen gelauben in ſtetter hoffnung vnd in ainer volkomen lieb behalt vnß der barmhertzig Got amen.* In fine habetur. 1457.

II. Pſalmi poenitentiales cum litaniis in Germanico idiomate leguntur. Primus ita incipit: *Herr ſtraff mich nit in deinem Zoren vnd zuchtig mich nit in deinem Vnmut.*

LIII.

Tractatus de amore Dei. II. Lucidarius. III. Regulae morum. in 4to. Codex Sec. XV.

Tractatus de amore Dei eſt plane idem, quem numero praecedente recenſuimus. Praefatio et capitulorum ſummaria deſiderantur. In fine legitur: *Die gegenwirtig materi von der liebhabung Gotz iſt alſo zu Tiitſch gemacht vnd pracht alz nach Chriſtus gepurd gezelt ward tuſant vierhundert Iar vnd darnach in dem ain vnd dritzigoſten Iar.*

II. Secundus tractatus, *Lucidarius* dictus, per modum dialogi iuuenem inſtruit. Incipit absque titulo his verbis a prologo: *Ditz puch haiſſet lucidaris Das ſprichet ain lucerne, an diſem puche vindet man manige Tougende Dinge die an andern puochen verpairgen ſeint.*

III. Regulae morum latine et theodiſce pedeſtri ſermone ſcriptae ſunt. Earum initium ſic ſonat:

Sed deus eſt animus nobis vt carmina dicunt
Hic tibi precipue ſit pura mente colendus.
Wan ein got ymer iſt geweſen
Als mir es in der geſchrift leſen
Den ſolt du eren luterm gemut
Vor allen dingen durch ſey gut.

LIV.

Antonii Parmenſis ſermones quadrageſimales. II. Tractatus de Corpore Chriſti. in 4to. Codex Sec. XV.

Praeſens codex aequali charactere eſt ſcriptus. In fronte Antonii Parmenſis ſermonum legitur: *Incipiunt ſermones Anthonii Parmenſis per quadrageſimam. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut ypocrite triſtes.*

II. Tractatus de Corpore Chriſti ita inchoat: *De ſacroſancto ſacramento corporis locuturi proponimus donante deo procedere.* In fine legitur: *Expliciunt ſermones beati Buchardi de corpore chriſti.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LVIII.

S. Auguſtini libri retractationum. II. Hugonis a S. Victore tractatus de animae clauſtro. III. Regula ord. Saluatoris cum ſtatutis in 4to. Codex Sec. XV.

Libris retractationum praemittitur prologus, cuius initium: *Iam diu eſt quod facere cogito atque diſpono.*

II. Secundo tractatui haec inſcriptio legitur praefixa: *Incipit tractatus domini hugonis de ſancto Victore de cordis et anime clauſtro. Rogaſti nos frater amantiſſime quatenus aliqua remedia temptacionum videlicet ſpiritualis delectacionis fercula fratribus nobiſcum commorantibus quererem ac propinarem.*

III. Regulam Saluatoris haec praecedunt: *Hic incipit regula Saluatoris dicta diuinitus ab ore chriſti deuotiſſime ſponſe ſue Birgitte. Cuius religio debet eſſe monialium ad reuerentiam glorioſe virginis marie Que quidem regula dicte domine data fuit miro modo... in caſtro Watzſtena Lincopenſis dioceſis in regno Suecie.* Narratur reuelationis modus. Sequitur prologus in regulam, denique ipſa regula in triginta capitula diſtincta. Viginti et ſeptem eorum in codice regularum a *Holſtenio* procurato reperiuntur impreſſa.

Regulae memoratae adiectae ſunt additiones *Petri* de *Aluaſtra* Prioris cum duabus epiſtolis *Nicolai* Epiſcopi Lincopenſis, et *Henrici* iſtius Succeſſoris. In fine regulae legitur: *Explicit regula ſaluatoris XVI. Kl. Iunii anno domini* 1480. tandem habetur. *Regiſtrum ſuper addiciones regule ſaluatoris*, quae quinquaginta et tria conſtituunt.

LIX.

Berengarii Epiſc. Liber exemplorum. II. Ioan. de Villa quadrageſimale. III. Tractatus de Paſſione domini. in fol. Codex Sec. XV.

In fronte operis primi legitur: *Incipit liber exemplorum.* Prologus: *Summi mihi pontificis fauente gratia eius pariter ad inſtinctum hunc animatus librum adii compilandum,* In medio ait Autor: *Triginta itaque annis huic compilando inſiſtens opuſculo de cunctis libris tractatibus ſummulis opuſculis voluminibus et commentis quod dulcius et pulchrius et vtilius reperi hoc preſenti interſerendum libro volui.* In fine ſe Autor prodit: *Tandem ego frater Berengarius quondam magiſter ordinis fratrum predicatorum nunc autem quamuis indignus Compoſtellis Archiepiſcopus hunc ſic fundatus librum edidi ad vtilitatem mei ordinis ac ad edificacionem hominibus vniuerſis.* In fine legitur: *Explicit liber exemplorum quod ſub alio titulo lumen anime nuncupatur anno domini M. CCCC. Septuageſimo tercio in die Sancti Andree Apoſtoli finitus eſt iſte liber per me Anthonium Grüber tunc temporis caplanum Altaris S. Michaelis in eccleſia beate Marie virginis.* His rerum index eſt ſubnexus.

II.

II. *Ioan.* de *Villa* quadrageſimale absque titulo ſic inchoat: *Omnis dolor irruit in eum. Iob. XX. Sciendum quod in omni opere diuino inueniuntur miſericordia et iuſticia.* In fine: *Finis Quadrageſimalis Reuerendi doctoris Ioannis Abbatis de Villa.*

III. In fronte tractatus de paſſione domini habetur titulus: *Preambulum ſeu prohemium paſſionis. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum quo abiit et queremus eum.* Can. V. *Conſuetudo apud homines huius mundi eſt.*

LX.

Expoſitio in Cantica canticorum. II. De regimine Sanitatis &c. in 4to. Codex Sec. XV.

Expoſitio in cantica canticorum Germanico idiomate eſt ſcripta, et absque titulo ſic incipit: *Cantiça canticorum wiſſen ſollen alle ſeligen die diz bůch leſen oder hören das vil lere vnd geſchafft ſind geſatz vnd geſcriben zu bequemlicheit.* Iſti quaedam de virtutibus &c. quatuor nouiſſimis &c. ſunt ſubiecta.

Secundo tractatui haec leguntur praemiſſa: *Incipit tractatus de regimine ſanitatis virorum ſpiritualium ac deuotorum vt deo in ſanitate mentis et corporis ſeruire valeant in nomine domini noſtri Iheſu chriſti per quemdam Kartuſienſem apud Erfordiam collectus.* Iſtius initium: *Altiſſimus de terra creauit medicinam et prudens vir non abhorrebit eam.*

Iſtum ſequitur tractatus de *confeſſione*: Actus *praedicandi*, modus *docendi*, *pronuntiandi et praedicandi.*

LXI.

Magni Aurelii Caſſiodori expoſitio Pſalmorum, in Fol. Codex. Sec. XV.

Operi huic quaedam adnimaduerſiones et praefatio praemittuntur. In eius fine habetur rubro colore ſcriptum: *Magni Aurelii Caſſiodori ſenatoris iam domino preſtante conuerſi explicit prefacio Incipit eiuſdem expoſitio pſalmorum.* In operis fine ſequentia maiuſculis literis exarata leguntur: *Explicit expoſicio Caſſiodori in pſalmum centeſimum quinquageſimum et vltimum tercie quinquagene Diſſertiſſimi atque dignisſimi ſancte eccleſie doctoris Caſſiodori romane vrbis quondam Clariſſimi ſenatoris famatiſſima pſalmorum expoſicio poſt aliorum ſanctorum patrum ſcripta exactiſſime digeſta dulciſſimoque fonte puriſſime latinitatis irrigata, cum peruigilanti emendationis ſtudio auctore omnium cooperante arte impreſſoria perfecta eſt per magiſtrum Iohannem de amerbach preclare Baſilienſis vrbis ciuem anno domini M. CCCC. 94. Frater Leonardus Beyſenberger de Weſeſprunen. Ex caritate pro memoria in vigilia ſancti Benedicti. A. M. CCCC. 94.*

Errauit deſcriptor in impreſſionis adnotatione: *Amerbachius* enim iam anno 1491 opus memoratum in lucem emiſit.

LXII.

Catonis Ethica cum commentariis, in Fol. Codex Sec. XV.

Catonis textus eleganti charactere ſcriptus praecedit. Deinde ſequitur commentarius, qui absque titulo a praefatione ad *Ioan. Galeazium* Comitem Mediolanenſem directa his verbis incipit: *Ad gloriam et laudem domini et ſaluatoris noſtri iheſu chriſti to-ciusque celeſtis glorie iuxta illud apoſtoli omne quodcunque facitis &c.* In fine operis legitur: *Explicit Catho ſeu regimen Cathonis finitum per Iohannem Brethaim preſbiterum plebanum in Schretzhaim anno domini M. CCCC. XLIIII. proxima die transfiguracionis domini noſtri iheſu chriſti.* Subiectus eſt alphabeticus materiarum index. Vltima pagina *Nicolai V.* Papae Bulla, qua *Petro* Epiſcopo Auguſtano facultatem perſonas idoneas praepoſituris S. *Gertrudis*, S. *Petri*, Habacenſi et Wiſenſteigenſi, necnon quibusdam Parochiis praeficiendi concedit. Legi poterit in adpend. N. XIX.

Catonis Etica cum commentariis, quorum Autor *Philippus* Bergomenſis Cluniacenſis Monachus celebratur, iam 1475 Auguſtae typis prodiit.

LXIII.

Collatiónes in lingua vulgari, in Fol. Sec. XV.

Collationes iſtae absque titulo ita incipiunt: *Sanctus Iohannes der ewangeliſt ſchreibt in dem puche der haimlichen offenwarung von dem Geſchichte &c.* Appellantur iſtae collationes in vulgari lingua *goldene Harpfen*, et iteratis typis in lucem prodiere.

Reperitur etiam in praeſenti codice *Ioannis Bondi* de Aquileia *ars dutandi litteras.*

LXIV.

Tractatus de Confeſſione, in 8vo. Codex Sec. XV.

In fronte legitur: *Incipit formula generalis confeſſionis collecta ex diuerſis dictis ſiue libris doctorum ad peticionem quorundam religioſorum et eciam ſecularium pro informacione eorum ex qua qulibet poteſt recipere ſecundum quod conuenit ſtatui ſuo vt ſcilicet dicat que ad ipſum pertinent et talia omittat ac addat vbi deficit.* In fine habetur Formula quotidianae confeſſionis.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

II. *Isaac liber vrinarum* a *Constantino* Africano, Cassinensi Monacho ex arabico latinum in idioma translatum a translatoris prologo incipit: *In latinis quidem libris nullum auctorem inuenire potuimus qui de vrina certam et autenticam cognicionem dederit &c.* Istum excipit liber de *consideratione sanitatis*, cuius initium ita sonat: *Prima consideracio sanitatis conseruande pertinet &c.*

LXVIII.

Expositio Psalmorum. in 4to. Codex Sec. XV.

Huius operis initium sic sonat: *Propheta magnus surrexit in nobis Luc. 7. Liber psalmorum apud hebreos inter anagropha computatur tamen ad legitimos inter libros propheticos reputatur.*

LXIX.

Expositio Antiphonae Salue Regina, aliaque diuersa in lingua vulgari. in 8vo. Codex Sec. XV.

Praeter expositionem antiphonae *Salue regina*, diuersa adhuc ad deuotionem excitandam germanico idiomate scripta reperiuntur. In fine de Norimberga pedestri sermone scripta habentur, quorum initium:

Nurnberg ain werde Stat
Wie weyslich dier empfollhen hat
Der Edl Kunig von Vnngerlandt
Der dir den hochsten Schatz hat gesant.

LXX.

Vocabularius. II. Expositio quorumdam vocabulorum S. Scripturae. in 4to. Codex Sec. XV.

Vocabularii prologus sic incipit: *Cum iuxta sapientis assertionem bonorum laborum glorioſus sic fructus constat . . . Sane inter fratres ordinis heremitarum ego minimus cum in diuersis voluminibus diuersas ad intelligendum difficiles dictiones inuenirem &c.*

II. Expositio vocabulorum S. Scripturae ita inchoat: *Beatus vir pestilentia est morbus corrumpens totum corpus.*

LXXI.

LXXI.

Gebethbüchlein, in 12. Sec. XVI.

Diuerſae ad excitandam deuotionem reperiuntur preces anno 1575 ſcriptae.

LXXII.

Officium defunctorum, de paſſione Domini &c. in 8vo. Codex Sec. XV.

Officium defunctorum, de paſſione Domini aliaeque preces in lingua vulgari ſcriptae ſunt.

LXXIII.

Diuerſa aſcetia, in 8vo. Codex Sec. XV.

Omnia, quae in praeſente codice occurrunt, Germanico idiomate ſcripta ſunt. Primum ſunt preces ad Deum Euchariſticum. II. Tractatus de *paſſione domini*. III. Inſtructio pro *Alberto* Bauariae Duce anno 1438 conſcripta. IV. Conſiderationes de *paſſione Domini*.

LXXIV.

Libellus ſpiritualis, in 8vo.

In hoc libello tum inſtructio ad vitam ſpiritualem tum diuerſae piae exercitationes in lingua germanica continentur.

LXXV.

Liber de ſortilegiis in lingua vulgari c. Figg. in fol. Codex Sec. XV.

Codex praeſens ob antiquum ſortilegiorum in Germania vſum, diuerſasque inſtructiones tum etiam pedeſtri ſermone ſcriptus, necnon figuras iſtius ſeculi ſimplicitatem redolentes certe meretur literatorum aeſtimationem. In fine legitur: *Explicit Sortile-*

tilegium per me Conradum mulitorem de Oettingen tempore iſto erat in Cantzellaria Vdalrici Comitis de oetingen in vigilia Symonis et Iude Apoſtolorum anno domini Milleſimo CCCC. L. in caſtro Baldern.

LXXVI.

Repetitiones aliquot capitulorum iuris canonici. II. Deciſiones Rotae. in fol. Codex Sec. XIV.

Repetitiones quorundam capitulorum iuris canonici ſcriptae anno 1384.

II. Deciſiones rotae *Wilhelmus Horbork* Alemannus collegit.

LXXVII.

Horologium diuinae Sapientiae in lingua theodiſca. in 4tō. Codex Sec. XV.

Horologium iſtud *Henricus Suſo* ordinis Praedicatorum alumnus, cum libello de nouem rupibus, qui iſtis ſubnexus eſt, ſcripſit. Incipit absque titulo his verbis: *Es ſtund ain Prediger ze ainer zeit nach ainer mettin vor ainem Crucifixus &c.* Libello de nouem rupibus ſequens titulus eſt praefixus: *Das iſt daz puch von den nain Velſen.*

Opus iſtud Auguſtae *Antonius Sorg* primum typis euulgauit.

LXXVIII.

Lactantii Firmiani diuinarum inſtitutionum LL. VII. in fol. Codex Sec. XV.

Praeſens codex chartae magnae in duabus columnis pereleganti charactere inſcriptus eſt.

Incipit absque titulo his verbis: *Magno et excellenti ingenio viri cum ſe doctrinae penitus dediſſent &c.* In fine legitur: *Laus et graciarum actio ſit primo principio quod cuncta dat moueri omnino immobile per ſe manens et nullius indiget, ſed omnia ſui. Finitum per me Iohannem layder tunc temporis Kathedralem in Auguſta Anno domini Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo anno ſexto ydus February Deo Laudes.*

Hoc opus primum in monaſterio ſublacenſi typis excuſum eſt. Noſtra bibliotheca editionem anni 1471 poſſidet.

LXXIX.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

tempore tradita ad pennas per petrum ve:ber . . ſub anno domini 1378 *in vigilia ſancti Iacobi finita.* Tomus ſecundus reliquas S. *Pauli* epiſtolas complectitur. In eius fronte legitur: *Incipit gloſſa ordinaria Petri Lambardi ſuper epiſtolas Pauli primo ad galathas.* In fine haec habentur: *Explicit gloſſa ordinaria Petri Lombardi ſuper epiſtolas Pauli ſub anno domini* 1378 *feria* 6*ta poſt feſtum Symonis et iude hora quaſi* 23 *&c.*

Opus iſtud ſaltem 1473 typis iam excuſum prodiit.

LXXXII.

Orationes diuerſae in 8vo. Cod. Sec. XV.

In hoc codice diuerſae deuotionis exercitationes, ſpecialiter pro ſacerdotibus continentur.

LXXXIII.

Opuſcula diuerſa. in 8vo. Codex Sec. XV.

Quae in hoc volumine occurrunt, ad deuotionem excitandam deſeruiunt. Primum eorum eſt B. *Hieronymi* Pſalterium, dein diſpoſitio ad mortem: tria pſalteriola Cardinalis *Quiſucii* Deuotio ad B. V. *Ioan.* de *Turre cremata* contemplationes. Quaeſtiones de operibus ſex dierum &c.

LXXXIV.

Breuiarium Ceremoniarum monaſterii Mellicenſis in 12. Sec. XV.

Praemittitur Calendarium. Dein legitur tituli loco: *Incipit libellus ceremoniarum Monaſterii Mellicenſis qui oſtenſus et perlectus in congregatione patrum ordinis ſimul congregatorum in Salzburga de omnibus dyoceſibus ac monaſteriis et hec ſub anno domini* 1470 *in die ſancti Auguſtini Epiſcopi et doctoris.* Prologus ita inchoat: *Quamuis beatiſſimi patris noſtri Benedicti regula ſufficientiſſime ac clare regularum vite exprimat modum ac formam &c.* In fine habetur: *Explicit* 1494.

LXXXV.

Meditationes de vita et paſſione Domini in 8vo. Sec. XVI.

Initio operis legitur: *Prohemium in meditationem vite domini noſtri iheſu chriſti. Apoſtolus Paulus ad Galathas ſecundo inter cetera ſcribens dicit Chriſto confixus cruci, vivo autem &c.*

Medi-

Meditationibus ſubiungitur S. *Bonauenturae* epiſtola de *modo proficiendi*, et modus in paſſione domini die noctuque ſe exercitandi.

LXXXVI.

Opuſcula diuerſa. in 8vo. Sec. XV.

Primum locum occupant excerpta quaedam ex dictis *Ioannis* in *ſumma confeſſorum*: ſecundum *Petri* Bleſenſis epiſtola de *clericorum continentia*: tertium literae confoederationis ſpiritualis a quibusdam monaſteriis cum San-Vlricanis initae, quartum denique quaedam capitula ex lib. IV. de imitatione Chriſti.

LXXXVII.

Opuſcula varia. in 8vo. Sec. XV.

Sequentia in praeſente codice reperiuntur. I. Tractatus de *negligentiis in miſſa*. *II.* Paſſio domini I. C. ex quatuor euangeliis collecta. III. De tribus votis tractatus a *Henrico* Monacho San-Vlricano 1472 ſcriptus. IV. Bonum dictamen de religioſis virtutibus, et ſtatuta pro Monachis. V. Formula vitae chriſtianae. VI. Obſequiale.

LXXXVIII.

Meditationes. in 8vo. Sec. XV.

Meditationes priores horis canonicis ſunt adcommodatae: ſecundae vero de beneficiis dei per ferias ſuas diſtinctae, et a *Simone Weinhart* San-Vlricano Monacho ſcriptae.

LXXXIX.

Quae in praeſenti opuſculo occurrunt, ſunt ad inſtructionem hominis Chriſtiani ordinata.

XC.

Martyrologium. in 4to. Codex Sec. XVI.

Huic operi pereleganter ſcripto, diuerſa praemittuntur: ſcilicet de decem perſecutionibus per gentiles Romanorum Imperatores, per Imperatores apoſtatas ſeu haereticos et ab externis illatis: quomodo geſta Martyrum ſint collecta: de cauſis huius

operis: quomodo Martyres ſint colendi: de pronuntiatione lunationum. Martyrolog ita incipit: *Circumciſio Domini ſecundum carnem et octaua dies dominice natiuitatis. I natale ſancti Almachii martiris.*

XCI.

Tundali viſio. II. Hildegardis dictá ſuper regulam S. Benedi III. Ioan. de Palomar tractatus de eſu et abſtinentia car &c. in 4to. Cod. Sec. XV.

Tundali viſio incipit a *Marci* cuiusdam Monachi, qui eam latine reddidit, prol qui his verbis inchoat: *Venerabili necnon deuote domine S. dei dono Abbatiſſe ter marcus ſibi deuotus famulus vtinam tam validum &c.*

II. Secundo operi ſequens titulus legitur praefixus: *Incipiunt dicta ſancte Hilde dis ſuper regulam beati Benedicti.*

III. *Ioannis* de *Palomar* tractatus de eſu et abſtinentia carnis pro Benedictinis nachis eſt plane idem, qui ſupra iam fuit recenſitus.

Sequuntur adhuc Tractatus qui *lumen animae* adpellatur: ſermones de *Natiu domini*: *Speculum peccatorum*, quod anno 1431. fuit finitum.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

I. — IV. Paſchalis Papae II. literae ad clerum Auguſtanum et Archiepiſcopum Moguntinum.

V et VI. Eginonis Abbatis ad Monachos ſuos literae.

VII. Gebhardi Card. et Legati confirmatio electionis Abbatis Vdalſcalci.

VIII. Inſtrumentum iuramenti a San-Vlricanis Regi Sueciae praeſitum.

IX. Forma primi iuramenti, Cleri Auguſtani literae ad Gubernatorem: Forma promiſſionis: ſecundi iuramenti forma.

X. Bernardi Herdtfelder literae ad Summum Decanum et reſponſio.

XI. Informatio ſuper iuramenti adprobationes quorumdam Theologorum: literae cuiusdam Itali: et Stephani Capucini.

XII. Literae PP. Carmelitarum ad Epiſcopum Viennenſem pro San-Vlricanis.

XIII. Nic. Rudolfi ad Bernardum Abbatem literae.

XIV. Caſpari Zeiler Vicarii Gener, Literae ad eumdem.

XV. Inſtrumentum Fraternitatis SS. Vdal. et Afrae.

XVI. Petri Epiſcopi Auguſt. conceſſio indulgentiarum.

XVII. Henrici Liir Epiſtola ad Melchiorem Stamham pro Gymnaſii erectione.

XVIII. Charta viſitationis pro monaſterio SS. Vdalrici et Afrae.

XIX. Nicolai P. V. Bulla ad Petrum Epiſ. Aug.

I.

I.

Paſchalis II. Papae literae ad Canonicos &c.

r Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Auguſtenſis eccleſiae Canonicis et coeteris paro-mis ſalutem et Apoſtolicam benediſtionem.

: ad nos non vocatus frater noſter *Herimannus* veſtrae ciuitatis Epiſcopus, cau-n ſuam poſtulans certiore fine concludi. Nos autem querelarum veſtrarum me-quod fratres, qui aduerſus eum in concilio coram nobis capitula contulerant, in praeſentiarum coram nobis minime affuerunt: ne qua aduerſum nos poſſit cium conqueri, cauſae ipſius protractionem in proximas Kalendas Nouembres noſtrorum deliberatione diſtulimus, ad quem videlicet terminum, omnes qui ad-:um cauſam agunt, literis praeſentibus ad noſtram audientiam, inuitauimus. In-idem fratri noſtro poteſtatem concedimus, vt eos, qui eccleſiae bona rapiunt, lunt, iuxta ſanctiones canonicas excommunicare praeualeat. Volumus enim, ipſe, quam eccleſia, quae ſub eo eſt, vſque ad praefinitum tempus pacem et itatem, domino largiente, obtineat. Data X. Calend. Decembris.

II.

Eiusdem literae ad Clerum.

s Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Dilectis filiis Auguſtenſis eccleſiae Clericis ſalu-m et Apoſtolicam Benedictionem.

ſt impeditionem, quam ſuper Epiſcopo veſtro feciſtis, dilectionis veſtrae litteras nus. In quibus, quia pacem et concordiam cum eodem epiſcopo vos habere gnificaſtis, laetati ſumus, ſi eandem concordiam gratis factam fuiſſe conſtiterit. nen conſtitutum terminum expectamus, vt quidquid aequitas dictauerit, auxili-omino exequamur. Dat. VIII. Februarii.

III.

Eiusdem literae ad Clerum.

is Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Dilectis filiis Auguſtenſis eccleſiae Clericis ſalu-m et Apoſtolicam benedictionem.

o querelis quibusdem, quae ſuper Epiſcopo veſtro ad audientiam noſtram ante ennium preuenerunt, nos ei tunc temporis officium Epiſcopale interdixiſſe me-is, qui et a noſtro id temporis legato bonae memoriae Richardo Albano Epiſ-ſicut veſtris ſignificatur litteris, inuitatus, et noſtra praeceptione praemonitus,

VII.

Gebhardi S. R. E. Cardinalis, et A. S. Legati Confirmatio electionis Abbatis Vdalſcalci.

Gebhardus S. R. Eccleſiae Preſbyter Cardinalis et Apoſtolicae ſedis Legatus in Chriſto plurimum dilecto fratri Vdalſcalco Eccleſiae S. Vdalrici et S. Afrae Venerabili Abbati et cunctis fratribus in domino ſub eo militantibus, Salutem et omne bonum.

Relatione Catholicorum et fidelium Virorum manifeſte comperimus, quod poſt obitum, bonae memoriae Eginonis *) Abbatis fratres tui communiter et concorditer te in Abbatem elegerint. Cui electioni Apoſtolicae ſedis legatus Praeneſtinus et Aquenſis Epiſcopus, ac Moguntinus Archiepiſcopus, ad quem eccleſia tua iure metropolis pertinet, Fraternitatem tuam renitentem aſſenſum praebere fecerunt. Et vt de more eccleſiae tuae ab Hermanno Auguſtenſi Epiſcopo, qui tunc Apoſtolicae ſedis gratiam et eccleſiae communionem habebat, inueſtituram et benedictionem reciperes, praeceperunt. Sed quia eadem perſona plerisque Catholicis viris eſt ſuſpecta, ſcandalum vobis oriri poſſit, quadam pia ſollicitudine dubitatis. Ne igitur perſonae veſtrae impoſterum pro eadem benedictione aliquot ſcandalum aut calumnia oriatur, vos Apoſtolicae ſedis Auctoritate, quod in perſona veſtra a praedicto fratre factum eſt, ratum haberi cenſemus, et nulli de caetero pro eadem cauſa contra vos calumniam aut querimoniam mouere liceat, omnimodis prohibemus. Praeterea cantum, quem de patrono veſtro S. Vdalrico et aliis ſanctis precibus venerandae memoriae Vdalrici Conſtantienſis Epiſcopi et Fratrum tuorum compoſuiſti in eccleſia veſtra ad eorundem ſanctorum honorem frequentari et ſolenniter decantari volumus.

VIII.

Inſtrumentum Notarii ſuper iuramento a San-Vlricanis Regi Sueciae praeſtito.

In dem Namen der Alletheiligſten Treifaltigkeit Gott deß Vatters, Sohns vnd heiligen Geiſts. Amen.

Kundt vnnd zuwiſſen ſeie Meniglichen mit dieſem offnen Inſtrument, daſs in dem Iahr, alſs man zalt von der geburt Chriſti vnſers erlöſers vnd Seligmachers Ain tauſent, Sechshundert zwei vnd treiſſig, in der fünffzehenten Römerzinſszal zue latein Indictio genant, bei Regierung vnd herſchung deſs allerdurchleichtigſten Groſsmechtigſten vnd vnüberwündtlichſten Fürſten vnd herren herren Ferdinandi deſs Anderen Erwölten Römiſchen Kaiſers zue allen Zeiten Mehreren des Reichs, durch Germanien Croatien vnd Sclavonien Königs &c. Erzhörtzogen zue Oeſtereich, herzogen zue Burgund, Steyr, Kärnten, Crain, Würtenberg, in ober vnd nider Schleſien, Marggrafens zue Mehren, in ober vnd nider Lauſnitz. Gefürſteten Graffen zue Habſpurg vnd Tyrol &c.

*) Eginone anno 1122. pie defuncto, *Wollemarus* in eius locum ſuffectus eſt, et iſtum an. 1126 *Vdalſcalcus* ſequebatur.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

in Stifften als Clöſteren alhie ſich befinden wohin ſich derſelb ins gemain reſoluieren werde, demſelben ſich vnuerwaigerlich zue conformieren.

Darauff einer aus den Commiſſariis geantwortet, ihr Commiſſion gehe nit dahin, daſs man ſo lang Verzug leiden wolle, biſs die Superiores als herr Prälat oder Ordinarius erſuecht werden, ſeien auch nit geeacht ein dergleichen geſambte deliberation dem Clero zuegeſtatten. Deſswegen dan gegenwertige Müewaltung ſie aus königlichem vnd herren Statthalters beuelch vff ſich genommen, vnd diſen Tag mit herumbreitten zuegebracht haben. Müeſſe derohalben vor ihrem abſchaiden vſs dem Cloſter ein Categoriſche Reſolution mit Ia oder Nain gegeben werden, neben gethoner Commination, wofern ſolches nit geſchehe. Auff diſe widerholte ernſtliche Erinerung dorüber zuegelaſenem anderen Abtritt, vnd gepflogener deliberation, iſt endtlich durch ermelten P. Priorem in beyſein aller ieztmalen anweſenten Conuentualium den Commiſſariis angezeigt worden: Dieweilen einmal das Wörtlein Gehorſamb ſowol in geiſt- als weltlich politiſchen ſachen verſtehen, vnd eingeſchloſſen haben wolte, daſs daher ein Conuent ſolches gewiſſens halber beim wenigſten nicht thuen künde. Alldieweil aber iederzeit dafür gehalten, vnd ſo vil wiſſent, beim Accord verſprochen worden, daſs man beede Religiones, wie vor altem bey ihren Exercitiis hergebrachten Priuilegiis vnd Freyheiten verbleiben laſſen wölle: als gelebe man der genzlichen hoffnung, man werde ein Conuent von ihren althergebrachten Religions Freyheiten vnd geiſtlichen Immuniteten nicht treiben. Seyen derohalben dahero einhellig entſchloſſen, daſs begerte Iursmentum Ihrer königl. Mayſtet zu vnterthenigſten Ehren, dergſtalt vnd mit ſollichem Vorbehalt zuelaiſten: ſovil die SS. Canones gegen einer weltlichen Obrigkeit zuethun zuelaſſen, auch ſo vil ihrer Religion vnd Immunitatibus Eccleſiaſticis nit zuwider ſein. Da dan ein Conuent im widerigen ſich zum Gehorſamb abſolute verpflichten vnd demſelben nachmals iechtwas ſo ihrer Religion, Gewiſſen oder ſacris Canonibus nicht praeſcribiren köndten, angemuttet; man ſie tanquam periuros gar leichtlich ergreiffen wolte: welches dan weder bey Gott noch bey Ihrer gaiſtlichen Obrikheit, verantwortlich wäre.

Hierauff haben die Commiſſarii ſambtlich proteſtiert, daſs Ihre königliche Mayſtet vnd gräffliche Excellenz herren Statthalteren niemalen geſinnet geweſen, wider die Catholiſche Religion oder gaiſtliche Freyheiten etwas vorzunemmen, ſondern diſs ſey alles dahin angeſehen, damit man der königl. Mayſtet in Politiſchen Sachen getreue ſeye, nichts wider dieſelbe practicieren, wie ſie dan in dergleichen Fallen anderwerts ſeien gewiziget worden, därffen derowegen diſes Punctten halber ſich ganz keiner gefahr beſorgen. Iedoch vermelt herr Secretarius weiter, weill etwan auch Canones Ihrer königl. Mayſtet zuewider ſein möchten, wolle er ſich alsbalden wegen diſer reſolution, oder gethoner Exception zum Herren Statthalter verfügen, vnd ſich endtlichen beſchaidts erhollen. Wie er dan relictis duobus adiunctis in monaſterio zum Herren Statthalter geritten, vnd vngeferlich nach einer halben ſtundt ſoliche Reſolution gebracht, daſs, wie obuermeldet Ihr königl. Mayſtet beim wenigſten nit bedacht den Catholiſchen Religions Exercitiis, Canonibus, gaiſtlichen Priuilegiis vnd Immunitatibus ichtwaſs zue praeiudicieren, ſondern allein vff obangedeute Maſs vnd weiſs ſich vor Vntreue, Verrätherey vng dergleichen dykhen vnd Practiquen gegen anderen Orthen oder fürſtlichen höfen zueuerſichern. Hierauff vnd mit widererhollung aller obuerſtanden Reſeruationem indeme zuemalen auch kain Mittel zuerſinnen geweſen mit iemant hieruon

zue

nferieren, hat man in das Iuramentum ſich eingelaſſen vnd daſſelbe mit auffge-
Fingern würklich praeſtiert. Actum vt ſupra, den 6. tag May im Iahr 1632.

F. Bernardus Hertfelder Prior.
F. Ferdinandus Frey Subprior.
F. Ioan. Iacobus Müelich..
F. Ioan. Chryſoſtomus Hüeber.
F. Ioan. Georgius Zech Groſskeller.
F. Petrus Pfeiffer.
F. Martinus Saxperger.
F. Vdalricus Baumbgartner.
F. Narciſſus Fritz.
F. Reginbaldus Möhner.
F. Wolfgangus Walbach.
F. Placidus Scherer.
F. Ioan. Conradus Weinhart.

ach derſelben Ableſung requiert vnd erſuchte mich wolermelter herr Canzler in
ı der Anweſenten P. Prioris vnd P. Groſſkellers, auch deren vorgeſezten herren
Conuentualen meines tragenden Ambtshalber, daſs ich hochgedachtem lobwür-
Gottshauſs vber diſen Actum vmb die Gebür, ein oder mer Iuſtrumentum oder
nenta vffrichten vnd fertigen ſolle, welliches ich ex officio zuthuen mich erbot-
nd zue diſem Endt die Ehrenthaffte vnd fürnemme herren Ioannes Luz vnd Io-
Stain, beede des Gotshauſs Caſtner vnd diener als erbetne Inſtruments gezeu-
leſſen in omnem euentum ingedenkh zuſein ermanet, hierzu ſonderlich beruffen
'betten. Geſcheden ſeindt diſe ding im Iar, Indiction kayſerlichen Regierung,
, Tag, Stundt vnd Orth inmaſſen vorſtehet.

Ioannes Baptiſta Mayr
Notarius Publicus.

IX.

Primi iuramenti Forma.

Für Dombprobſt, Prälaten, Priores vnd Superiores, Canonici Ordensperſonen,
, vnd alle dem gaiſtlichem Standt anuerwante, ſchwören, geloben, vnd verſpre-
iiemit, daſs wür insgeſambt vnd inſonderhait Ihr königl. Mayſtet aufs Schweden
allerſeits gnädigſten herren vnd könig, iederzeit vnd in alwegen wöllen holdt
:threu ſein, deroſelben allen vnderthenigſten gehorſamb vnd auffrichtigkeit erwei-
/ider Ihr königl. Mayſtet Perſon noch dero landt vnd leyth, vnd angehörige mit
chen practicen, Verräthereien, Hinderlüſt vnd anderen falſchen Stükhen, wie
Namen haben möchten, nimmer mer weder für vnſs noch durch andere icht-
:uetentieren, gedenken, reden, beratſchlagen, vorzuenemmen, ſonder derſelben
königl. Mayſtet vnd dero landt vnd leüth, auch hochlöblichen Armeen, vnd an-

dere anuerwanten Nuz vnd frommen iederzeit vnd in allweg nach eufſeriſtem Vermögen zuebeförderen, vnd dero ſchaden vnd Nachtheil böſtens vnd höchſten Fleiſs ohne alle exception vnd aufsnamb zueuerhinderen vnd zueuerhieten, So war vns Gott helffe, vnd ſo lieb vnſs daſs himmelreich vnd vnſer allerſeits Seelen Seeligkeit.

Cleri Augūſtani literae Supplices ad Benedictum Oxenſtirn vrbis Gubernatorem,

Hochwolgeborner Gnädig vnd gebütender herr demſelben ſeindt vnſer freundlich Vnderthänige dienſt beraith zueuor. Waſs Euhr Excellenz an daſs Domb vnd andere Stifft, Clöſter vnd zuegetone gaiſtlichen vnd Ordensperſonen wegen laiſtung eines vor die königl. Mayſtet in Schweden begerten Iuraments angeſteren gnädig gelangen laſſen, daſs haben wür von dem aus vnſerem Mitel zue dero abgeordneten zu benüegen vnd ſo vil vernommen, daſs ob wiir auff die in Namen höchſt gedachter königlicher Mayſtet vberraichte Formb vns Categorice erkleren ſollen? Wan dan nun aber wür vnſs erinneren daſs in negſt verwichnen Monat Maio eben diſs auch zue Verſicherung Ihrer königlichen Mayſtet Perſon vnd dero angehörigen an vnns begert, hierauff aber vnſerer Seits, daſs diſs vns damals, waſs gſtalt wür ſchwören ſollen, vberraichte formb vnſerer Catholiſchen Religion (bei welcher ſowol Ihr königliche Mayſtet als Euer Excellenz vns zue manutenieren verſprochen) vnſerm Gewiſſen ſtand vnd profeſſion in vil weg zuewider lauffe, ausfürlich angedeidet auch beynebens vnſers erachtens Ihr königliche Mayſtet vnd alle dero angehörige genuegſamb verſicherende Formulam, die wir ſalua Religione et conſcientia vnd kein andere thun künden, vberraichet, vnd darüber der königlichen Mayſtet fernere Reſolution bishero erwartet, als getröſten wür vns nochmalen Euhr Excellenzen werden vns wider vnſere Catholiſche Religion, welche vns von Ihro königl. Mayſtet einmal freygelaſſen, vnſer Gewiſſen, Standt vnd beruff nichts zuemueten, ſondern darbey in allen Schutz manutenieren vnd handthaben

Euhr Excellenz

Vnderthenige demütige
Die anweſente Domcapitulares vnd andere
Stüfſter auch Clöſter vnd zuegethone
geiſtliche vnd Ordensperſonen.

Forma promiſſionis a Clero Suecorum Regi 3 Iunii 1632 oblata.

Dem Durchleuchtigſten, Groſsmechtigſten Fürſten vnd Herrn Herrn Gaſtauo Adolpho König in Schweden, der Wenden vnd Gothen &c. Alſs triumphierenden Sighafften Herren, vnſerem gnedigſten Herren, verſprechen wür Dombprobſt N. N. bey vnſerem Geiſtlichen vnd Prieſterlichen Threu vnd Glauben an Aydſtatt, daſs wür Ihr königllchen Mayſtet ehren, reſpectieren, auch nit haimblich noch offentlich wider Ihr königliche Mayſtet Perſon, noch dero landt vnd leuth, vnd angeherige mit gefärlichen practicen, Verräthereien, vnd ander falſche dikhen wie ſolche Namen haben möchten, nimmer mer weder für vns noch durch andere Ichtwaſs tentieren vnd practicieren wöllen, ſeindt auch erbietig nach Möglichkeit mit vnſer Armuthey vnd Einkommen Ihr königl. Mayſtet vndertkenigſt beyzuſpringen, benebens aber in vnſeren wandel vnd gaiſtlichen beruff, alſo vnd dergſtalt Redlich vnd auffrichtig verhalten, daſs weder

Ihr

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

dem Allmechtigen zueuerantworten, vnd vngezweifflet zuegenieſſen hofen wellen.

Alſo heten wür beneben vns annoch bei bekanten dingen, vnd laidigen iezigen Extremiteten diſe gänzliche, ia aller Vernunfft vnd gewiſſenhafften ſchuldigkeit ähnliche troſtreiche gedanken freylich gany billich machen ſollen, gleichwie vns von alhieſigem Regiment und aller Burgerſchafft, die allergeringſte Spörr vnd hinderung in vnſerem Gottsdienſt vff dato durchaus nit geſchehen iſt, oder zu geſchehen gedacht würdet, daſs auch wür afflicti noch weit weniger von unſeren aignen Catholiſchen glaubengenoſſen hierunder ſelbs affligiert, inquietiert, vnd betrübt, ſonderen vilmer lieber geſehen, ia mit allen Kräfften, Rath vnd that geholffen werden ſollen, wie man bis zue anderwertiger Göttlicher Vermitlung in Ruehe beiſamen beſtehen, bleiben, vnd ſich erhalten möge, wie dan eben vmb der darbey ſonſt periclitierter viler tauſent lieben Seelen Hayl willen vns vngezweiffelter Göttlicher Fürſehung wür vaſt miraculoſe verbliben vnd erhalten worden ſeindt.

Demnach aber wür alle beſſeren zuuerſicht zugegen ein anders vnd layder von mer orten vnd malen vaſt glaubhafft, vaſt ſchmerz- vnd hobhbekümerlich vernemmen mieſſen, waſsmaſſen vnſer widerwertige vnd æmuli. deſs alles beyſeits vnd hindangeſezet, nit feyren, ſondern bearbeiten ſollen, praedextu et ratione praeſtiti luramenti, vnd daſs dannenhero bona fide bey vnſerem Gottshauſs nit verbliben weren, wider vns nit allein eine nie verdiente excommunication, ſondern ſogar auch bonorum monaſterii Confiſcation in Gedanken zuefieren, worauſs dan vor Gott nimmermer verantwortlich eo ipſo eben diſs folgen mieſte, neben deme wür zue einem ueuem bezwungen, oder in gleickes exilium geſtoſſen wurden. Daſs es zuemalen mit dem Catholiſchen exercitio alhie gleich eben geſchehen haiſſen, vnd darmit vil tauſent Seelen in vnd auſſer der Statt in die euſſerſte gfar geſtelt wurden. Alſs hab ich bey vernommenen vnd reyflich erwognen diſen dingen, auſs ſowol tringenter Noth, alſs tragenter lieb vnd Eyfer zue vnſerem heiligen Orden, dieſem lieben Gottshauſs vnd aller hierunder periclitierender Catholiſcher herzen nit vmbgehen künden, noch ſollen, ehe vnd zuuor man etwan vugeherding praecipitiert werden, dörfft diſe groſſe Werkh in gebürente hoch notwendige Conſideration zuziehen, vnd diſs vmb ſo vil deſto mer, weil alle iezt verſtandene Vmbſtändt von keiner gemeinen ſag herflieſſen, ſondern ſo weit vnd warhafft beſtärkht werden künden vnd wellen, daſs nit allein von München aus alhero lauter vnd teutſch geſchriben würdet, als wan die Catholiſche alhie des Sacerdotii carieren dethen, ſondern das auch vor obuerſtandenen Ab- vnd Auszug der Cleriſei die excommunication albereith vmbgetragen, vnd noch darzue vil der Catholiſchen Herzen perſuadiert worden ſeindt, daſs wir die Vlricaner die hochheilige Sacramenta zue adminiſtrieren &c. nit mer habiles weren, vnd was für dergleichen weitſehente Seel- Leib- Ehr vnd Guet concernierente vnuerhoffte ding mer concurrieren, wan nun aber beuorderiſt dem allwiſſenten Gott auch nunmer nach Ihren fürſtlichen Gnaden vnſerem gnädigen Fürſten vnd herren Ordinario, vnd dero herren Vicario, auch einem hochehrwürden Thumbcapitel vnd ganzer augſpurgiſcher Cleriſei aus vnſerer niemal verhaltener Procedur genuegſamb bekant, qua facta declaratione et ſemper ſalua reſeruata conditione &c. der verſtorbenen königl. Mayſtet in Schweden wür ſchon den 6. May verſchines 1632 lahr obangezognes luramentum gelaiſtet haben? darben bis vff den heutigen tag ohne einige weitere anmuetung allerdings ruhig gelaſſen? darauſs in facto erfolgt, daſs bei ſo kündtlich weiſſenden Dingen vns ſowol ermelten Herren Vicario

rio als hochermelten Thumbcapitel die cura animarum alhie schrüfft vnd mündtlich intimiert vnd recommandiert worden, welches vnd was de Casibus quibusdam reseruatis, meiner aignen gleichwol vnwürdigen Person noch weiter hernach gefolgt vnd committiert worden ist, nimmer mer beschehen were, oder licite hett beschehen künden, wan wür zue Praeiudiz der Catholischen Religion, vnd wass deren ex- oder implicite anhängig vnuerantwortlich inique oder gefärlicher weiss verhandlet hetten.

So gelangt solichem allem nach hierauff an Euhr Hochwürden mein vnd meines Conuents hoechst vnuermeidenliches, ia vmb aller darbei interessierter sollicher gstalten aber ie lenger ie mer periclitierender lieben Catholischen herzen vmb gottes willen bitten, Sie woellen dises hochwichtige weitsehende vnd vnuerantwortliche Werkh, ihrer beiwohneten dexteritet vnd discretion nach, vernünfftig vnd vätterlich wol beherzigen, vnd alles bemütlen, wie dass daraus vnausbleiblich volgente schwere Vnhail durch hochgedachte Ihre fürstlichen Gnaden sowol bey Bäbstlicher heiligkeit, als Roemischen kaiserlichen Maystet oder wo man bey Chur- vnd Fürsten weiter vnguetlich verunglimpfft werden därfft &c. Vff alle euentus bei zeiten abgewendt vnd gänzlich praecauiert werden moecht, worzue Euhr Hochwürden beyschliesslich auch zue einem Vberfluss den ganzen warhafftigen Verlauff vnd begriff zueersehen, vnd sich zueuersicheren haben, wan mit vns vorher auch etwas tractiert oder von denen koeniglichen Commissariis ein vnuerantwortlichs behert worden were, wir vns wie letzmal vor ganzer Clerisey beschehen, eben sowol eines anderen resoluiert haben wurden, dargegen wellen wür vns der lieben Seelen hayl trewlich angelegen sein lassen vnd thue darmit Euhr hochwürden dem Almechtigen, Ihnen aber mich vnd mein geliebtes Conuent sambt allen nit wenig beängstigten lieben Catholischen Augspurgeren alles angelegenen fleiss beuelchen. Datum Augspurg in meinem St. Vlrichs vnd Affren Gotshauss den 22 Iuny 1633.

Responsio Ecclesiae Cathedralis Praepositi et Decani.

Erwürdiger vnd Gaistlicher. EE. seindt vnser hinwiderumb freundtliche dienst, auch wass wür sonsten liebs vnd guts Vermoegen zuenor besonders lieber herr vnd Freundt.

Wür haben EE. von 22ten dis an vns gethanes schreiben den 25ten eiusdem hernach zuerecht gelifert empfangen, vnd darauss mit sonderbaren hochbethaurlichen Mitleiden vernommen wassmassen deroselben vnd ihres anuerthrauten Couents etliche aemuli-spargieren vnd fürgeben sollen, als wan die Catholische zue Augspurg der Clerisey des sacerdotii carieren dethen, auch Sie vnd ihre Conuentuales die hochhaylige Sacramenta zue administrieren inhabiles weren, vnd sogar wider dieselbe in Excommunication vnd des Gottshauss gueter Confiscation in gedanken fieren.

Vnnd koennen wür EE. bona fide wol versicheren, dass dergleichen Procedur, weder von dem hochwürdigen vnserem allerseits gnedigen fürsten vnd herren Ordinario, noch ihrer fürstlichen Gnaden Räthen vnd officieren, oder auch iemants anderen das geringste niemalen gehert, ia wür seindt der vnzweiffentlichen bestendigen Meinung es seie auch solches hochernanten Ihren fürstlichen Gnaden oder den Ihrigen niemalen zue Gedankhen kommon, dannenhero haben EE. vnd ihre liebe Conuentuales sich vnsers ermessens, dergleichen nit allein im wenigsten nichts zuebefaren, noch

bey diſen ohne das ellanden betrübten Zeiten, mit vnnoetiger bekümmernuſs zuebeladen, ſonder wiir halten auch gänzlich darfür, daſs Sie ex ſingulari prouidentia ac diſpoſitione diuina in der Statt gebliben ſeien.

Woellen demnach in ihrem angefangnen loeblichen Eyfer, bis der Allmechtige Gott andere vnd beſſere Zeiten ſchikhen moechte, alſo beſtändig vnd ruhmlich fortfaren, ſich daran nichts irren noch hinderen laſſen, vnd der vngezweifenlichen belohnung ihrer Miehe vnd Arbeit von ſeiner Almacht vnzweifenlich getroeſt ſein. Da aber wider EE. vnd ihre Conuentuales etwas von dergleichen obangedeuten Proceſſen wider alle zueuerſichtliche hoffnung ſolte wellen fürgenommen werden, wiirde man dieſelbe ſonders zweiuels zuuor darüber anheren, auch etwan die ſachen mit einem Ehrwürdigen Thumbcapitul oder vns in deliberation ziehen. Auff welchem vnuerhoffteu fall wür dan das vnſerige geren thuen wellen, damit ſolche Vngelegenheit ab- vnd eingeſtelt, auch alle beſorgente Verunglimpfung (dauon wiir doch vnſers thails die geringſte Anzaig niemais verſtanden) ſowol bei der Bäbſtlichen heiligkeit, als der kaiſerlichen Mayſtet vnderlaſſen werde, wolteu wiir EE. alſo zue Nachrichtung vnangiegt nit laſſen. Dabei dieſelbe vnd ihr liebes Conuent in dem Schuz des allerhoechſten threuwlich empfolhent. Fieſſen deu 26. Iuny anno 1633.

EE.

Freundt dienſtwillige
Chriſtophorus von Auw Thumbprobſt.
Zacharias Furtenbach Thumbdechant.

XI.

Informatio cuiusdam Capucini ſuper adprobationem quorumdam Theologorum ad Abbatem S. Vdalrici ſcripta.

Reuerendiſſime in Chriſto Praeſul multum obſeruandiſſime!

Conueniens et neceſſarium mihi viſum eſt, vt aliquam informationem clariorem circa deciſum ſuum iuramentum, ab illo doctiſſimo Theologo patre Conuentuali factum, cum nonnullis allis neceſſariis notis et reſolutionibus obiectionum, quae ab aliquibus ſat grauibus Theologis, hoc in negotio oppoſita fuerunt bono ſenſu et ſincero animo communicarem, prout hic in ſequentibus §§. videndum.

Primo praenotandum et ſciendum, ac bene ponderanda et intelligenda ſunt illa verba Reuerendiſſimi Regentis Seruorum B. Virginis ſcilicet Reuerendiſſimi P. Nicolai Coe de Cremona in conuentu Bononienſi, qui in ſua appobatione reſoluti dubii teſtatur his verbis. Romae ſuae beatitudini fuiſſe relatum de praedicto iuramento facto (conſideratis Conſiderandis) quod ſcilicet haec ita ſint intelligenda, doctos illos Theologos Romanos ſat profunde perpendiſſe cauſam belli in Germania, an illa pro fide Catholica, an vero pro Repub. politica geſta fuerit, hinc inde bene perpenſis rationibus aduerterunt hanc belli cauſam in Imperio, non pro fide Catholica abſolute, ſed pro Repub. Politica geſtam fuiſſe. Hinc ex hoc colligi poteſt RR. DD. Benedictinos cum

ſuo

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

remibus (intellige etiam de ciuitatibus captis) contra Catholicos remigare et alia praeſtare poſſunt, quia neceſſitate metus et mortis coacti, ex altera parte licet peccatum ſit, materialiter non formaliter cooperantur, quia et cooperatio propinqua adeo non eſt, et ſine illa alias nihilominus ab aliis infertur (quod idem dici poteſt de victis Religioſis) ſe obſtringentibus iuuare Tyranni bonum et malum impedire, eos materialiter et non formaliter cooperari, ſicque ab ipſo doctiſſimo Layman optime defenduntur,

Quinto obiectum fuit: Vbi maius cognoſcitur damnum Principis, illud ſubditi a Tyranno adacti praeſtare non poſſunt. Cui reſpondetur: Tales ſubditos et maxime religioſos ſua renitentia non poſſe potentis Tyranni potentiam impedire, quominus Tyrannus legitimo principi damnum non inferat, ſicut et caeteri clerici, qui in ciuitate non remanſerunt, ſed ex ea expulſi ſunt, nihil impedierunt ſuo diſceſſu et negatione iuramenti, quo minus Suecus Imperium et Imperatorem non damnificaret, et ſicut impotentes ad reſiſtendum potentiae materialiter tantum et non formaliter ſuo facto inſeruierunt: ſicque innocentiſſimi ſuo facto iuramento coacto ſunt.

Sexto: Obiectum fuit denuo circa illud iuramentum (ſecundum noſtram poſſibilitatem ſuum bonum promouere et malum impedire) quod ad omne auxilium tyranno ſe obligarunt in damnum proprii Principis cum magno praeiudicio propriae conſcientiae. Ad quod reſpondetur, praedictos iurantes per hoc iuramentum et hanc clauſulam ad nihil aliud nouum ſe obligaſſe, quam ad illud, quod ante iuramentum praeſtitum, coactione et lege victori erant obligati, cum omnibus aliis tum Laicis et Clericis, ſcilicet dare tributa, equos, currus, victualia &c. quae niſi feciſſent omnia vi accepta et occupata, et ipſi ſuis bonis ſpoliati fuiſſent: quod nullus Principum quamuis ſint legitimi, cum tanto damno ſuorum ſubditorum, a ſubditis iure belli captis requiſiuit. Quare cum per hoc, ad iuramentum factum, ad nihil aliud ſe obligarunt, quam quod ante iuramentum obligati erant praeſtare, nihil hac in re cum hoc iuramento peccarunt, prout quiuis bonae conſcientiae et iudicii vir iudicare poteſt.

Haec veſtrae Reuerendiſſimae Dominationi humillime pro maiori informatione communicare volui, vt melius et maturius hoc in negotio pro ſua tutela ſe gerere poſſit, ex bono et ſincero affectu erga Reuerendiſſimam Dominationem ſuam et ſacrum ſuum ordinem ac conuentum. Huic adiicio Italicam chartam, in qua fundamentalis vera et realis informatio facta fuit, et aliis multis gratibus perſonis in fauorem et defenſionem Reuerendiſſimarum Dominationum ſuarum communicatam circa factum iuramentum Suecis haereticis, a RR. Dominationibus ſuis, quam libens pro Deo et veritate compoſui, ſi libuerit, poterit (absque nomine meo et religionis) pro maiore ſua tutela aliis communicare, nil aliud quam quod ad Rmae Dominationis ſuae iuſtam petitionem lubens hic tranſmitto ipſum deſideratum Originale cum manuſcriptis propriis ſinceris et illibatis, prout videre poterit in adiacente charta. Cur originale ſit lacerum, non alia eſt cauſa, quam quod multis et variis perſonis doctis, in diuerſis Italiae vrbibus monſtrare debui. Boni conſulat cum hoc meo exiguo et vili ſeruitio, vtinam plura et maiora ac meliora pro Rma Dominatione ſua et toto ſacro ſuo conuentu praeſtare poſſem. Deus ter optimus maximus ſaluam et incolumem ad multorum propriamque ſalutem et gloriam ſui ſacri ordinis et conuentus in exaltata dignitate ſeruet, et conſeruet, meque vt minimum in numero ſuorum fidelium ſeruorum annumerare dignetur.

netur. Hiſce ſacratas ueſtes humillime deoſculans reuereor meque ſacris ſuis deuotionibus commendo. Datum ſacro die Pentecoſtes 1635.

Rmae Dominationis ſuae

Affectioſiſſimus F. P. E.

Signore Oſſeruandiſſimo!

Ho parlato a Reggio con vno de principali dottori di quella citta della coſa di quei Padri, e gli ho fatto vedere la Scrittura, egli m'accerta che non v'e pericolo alcuno, perche quanto allo ſperar mali, et allo Stato eccleſiaſtico non hanno Fatto errore alcuno, perche hanno giurato con le debiti cautioni, e pure poſſono adminiſtrare i Santiſſimi Sacramenti, anziche per queſto meritano lode: ne quanto allo Stato temporale, e giurisdittione del Imperatore non ſono altrimente incorſo nel caſo della ribellione, per che la ribellione cadète ne Sudditi delli principi, ma eſſi non ſono Sudditi dèl Imperatore, per che i Religioſi ſono eſſenti dalla ſoggettione di principi temporali, e datto anchora, che Foſſero incorſi nel caſo della ribellione, ne manco v'e pericolo, eſſendo quello il coſtume della citta prèſa da Nemici di ſequitare il vincitore nfino, ch'egli domina per il timore, e per non eſſer rouinato affatto, et avenga per a citta ſia ripreſa dal proprio Padrone, e i cittadini ritornano all' obedienza del novo Padrone ſono ameſſi ſempre da lui nella ſua gratia, altrimente biſogniarebbe ſempre diſtringere i cittadini, il che non ſi fa mai, mentre vogliono tornare all' obedienza, e pero afferma, che i padri poſſono vivere ſicuri, di piu non ſarebbano mai catiati di fatto, ma prima chiamati, et aſſegnati loro le difeſſi, il che non piu fe l' Imperator, non hauendo loro giurisdittione ſopra, ne meno lo ſarebbe il Papa, contra il quale non hanno errato punto, e quando uno d' eſſi lo faceſſe, ſempre fara dato loro tempo di diffenderſi. Auertiſce queſto dottore, che non biſogna mandare lettere in alcuno modo a quei Padri, purche ſe per ſorte una di quelle lettere andaſſe nelle mani di quelli eretici, ſarebbe la loro ultima rouina, ſi & biſogna tacere et aſpettare il ſucceſſo della guerra, e che venga il caſo, all' hora, ſe biſogniera, ſe potrono aviſare, e ſenza pericolo: non occorre dunque, che V. P. per hora ſi pigliy altro penſiero di quella coſa, ma aviſi i noſtri padri di tutto quanto, ma che tacciono in fino all tempo debito, e per fine la riveriſco pregandoli ogni bene et alli ſui ſanti orationi mi racommando. di Corcy li 23 Apl. 1634.

Stephani Ord. Capuc. ad Bernardum Abbatem literae.

Reuerendiſſime in Chriſto Domine Praeſul!

Cum omni debita reuerentia omnia eidem a Domino feliciſſima precor. Spero quod V. Rma. Dominatio a ſuo fideli ſeruo praeterita die ad me miſſo pro originali illius rei, fideliter acceperit, cum aliquibus aliis ſcriptis; ſolum mihi in illis ſuperioribus literis hoc non occurrebat, quod V. Rmae Dominationi neceſſarium ſignificandum erat. Vt V. Rma Dominatio originale illius rei ab aliis approbatum et ſubſcriptum, ypis non mandet, quia illi Theologi abſolute hoc recuſarunt propter iuſtas cauſas, ſi

autem copias deſcribere, et aliis communicare placet; ſic illi DD. Theologi contenti ſunt. Sciat V. Rma D. quodſi aliqua dubietas orietur circa hoc originale, quod propriis ſigillis illorum Theologorum non ſit munitum (cum in Italia hoc moris non ſit) ego me offero hoc cum iuramento ſinceriſſimo approbare; et in ſcriptis teſtari, cum meo ſocio P. Brunone Monacenſi ſacerdote, qui iam Auguſtae moratur, qui ſcius itineris fuit, et omnia vidit, quae in hoc negotio cum illo R. P. Theologo defendente egi, et qualiter mihi hanc deciſionem inuiolatam dederit. Hiſce me V. Rmae D. vnice in Domino commendo. Datum Monachii 31. Maii.

V. Rmae. D.

Deuotiſſimus
F. Stephanus Lubacenſis
Capucinus indignus.

XII.

Literae PP. Carmelitarum ad Rmum et Illuſtmum Principem ac D. Antonium Epiſcopum Viennenſem et Abbatem Cremifanenſem pro San-Vlricanis ob Sueco Regi iuramentum praeſtitum, varie a maleuolis hinc inde traductis.

Jeſus Maria.

Reuerendiſſime et Illuſtriſſime Domine!

Cum Patres monaſterii S. Vdalrici ord. S. Benedicti Auguſtae degentes timeant offenſionem S. C. Maieſtatis, ratione cuiusdam praeſtiti ab eis iuramenti incurriſſe: Reuerendiſſimam et Illuſtriſſimam Dominationem veſtram ſuper hac re informatam eſſe cupiunt, ne forte propter quorumdam oblocutiones eis in hac cauſa plus aequo attribuatur, et ita religio ſancta non nihil detrimenti ſuſtinere cogatur. Dato enim quod iuramentum ſecundum eam formam et tenorem, quo eis exhibitum fuit, praeſtitiſſent, quis eos propterea vellet arguere, cum tam graui cum metu ab eis extortum fuerit? Intrarunt enim armati milites eorum monaſterium ex inſperato et accerſitos Patres (quibus iam exitum etiam intercluſerant) verbis aſperis allocuti ſunt, dicentes ſe ſtatim et absque vlla dilatione Cathegoricum reſponſum habere velle, nimirum iurare parati eſſent an non, cumque diuerſimode eis minitarentur, aliosque religioſos, id iam praeſtitiſſe, falſo et doloſe aſſeuerarent, timentes boni Patres, ne toti fortaſſe Communitati et Monaſterio ipſi irreparabile damnum accederet, fundati etiam in eo, quod religioſis in aliquo caſu iurare licitum eſſet (vt refert Silueſter) et nullum viderent ſubterfugium reſponderunt, ſe iuramentum ita acceptum praeſtare aliter non poſſe, niſi inquantum inſtituto et priuilegiis ipſorum in nullo derogaret, ad quod illi reſponderunt, ſe quam lubentiſſime hoc admittere, et aliud non intendere, quam fidelitatis iuramentum, et ita priuilegiis omnibus eccleſiaſticis ſaluis, ad iuramentum praeſtandum, metu compulſi ſunt. Quae omnia ſic ſe habere teſtari poſſunt RR. PP. Capucini, PP. Carmelitae Diſcalceati, et quotquot domi fuerunt eo tempore. Quare ad Rmam et Illuſtmam Dominationem veſtram, praedicti Patres confugiunt, humiliter rogantes, vt eos tum apud S. C. M.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

XIV.

Caſparis Zeiler Vicarii Generalis Epiſtolae ad Bernardum Hertfelder.

I.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Amplisſime Domine!

Litteras admodum Reuerendae Dominationis veſtrae. 20. Iulii datas in feſto S. Afrae, tribus fere Septimanis poſtquam ſcriptae erant, accepi. Vbi tamdiu in via vagatae fuerint, non ſcio. Facile in hac itinerum infeſtatione contingit, vt ſimilia aut intercipiantur, aut in via omnino depereant. Conſulet ſuo, ſuorumque honori, ſi quod ſe facturum ſcripſit, de iuramento nullum amplius verbum ſcribet, aut loquetur.

Si nihil eſt, quod inde monaſterio officiat, quid multum ea de re vane altercabimur? Patres Societatis iterum mihi Monachio ſcribunt, et quod ſibi grauiſſima fiat iniuria ſamentantur: nulli ipſorum in congregatione et minimum de hoc iuramento in mentem veniſſe, multo minus ob eam cauſam eo quemquam peruenisſe. Quod plures ibi Rectores conuenerint, cauſam fuiſſe, quod certis ſoleant annis ob negotia Prouinciae deliberanda, in congregationem ſe redigere: prout hactenus aliis etiam locis vti Landsbergae, Ingolſtadii, Auguſtae et aliis in collegiis conuenerint. Scribunt ſe de monaſterio S. Vdalrici ſemper honorifice locutos fuiſſe, ac ſenſiſſe, prout etiamnum non aliter ſentiant ac loquantur. Iuramenti iudicium, ac cognitionem ad ſe nihil pertinere, nec ei ſe negotio immiſcere. Iudicauerim pro conſeruanda ordinum coniunctione et amore multum profuturum, ſi D. V. ſe ipſa P. Rectori Auguſtano excuſaret. Si occaſionem non habet literas Monachium mittendi, poterit eas mihi eo mittendas tradere.

Prodiit non ita pridem quaedam Anatomia Societatis, liber catholico authore indignus et infamis. Idem Author toti orbi notus anno Superiori ſcripſit actionem perduellionis contra eandem Societatem in Vernacula, opus vtrumque haereſim, quam Author forſan non omnino decoxit, eructat. Sed quae nunc tempora omnia impune fiunt. Id ſolum acerbe fero, quod non nulli catholicorum non ſint contenti, quod ab hoſtibus diriſſimas patiamur iniurias, ſed etiam in ſe ipſos non ſine grauiſſima orbis offenſa ruant, nihil penſi habentes, quidquid inde eueniat, modo vindicandi libidinem poſſint exſatiare. Nos in exillo adhuc bene valemus, alio tamen et alio diſtracti. Noſter Barbaroſſa Sanct Mauritianus non ita procul Salisburgo factus eſt Decanus, qualem etiam agit noſter D. officialis. Ego hic, quamdiu Deus volet perſiſto, naeniis dioceſis lugubribus auſcultans. Quam foede omnia vbique ſe habent, quam horrenda facies patriae noſtrae! Sed Deus eſt, qui peccata noſtra vlciſcitur. Intelligo, quod noſtri reditus inter varios diuidantur. At fiat voluntas Dei ſicut in coelo et in terra! Admodum Reuerendae Dominationi veſtrae me officioſe commendo. Schongauii. 9. Auguſti anno 1633.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler Vicarius Generalis.

2.

Admodum Reuerende in Christo et Ampliſſime Domine!

Cur ad vltimas Dominationis veſtrae litteras tardius reſpondeam fecerunt litterae
ectoris noſtri, adquas prius reſponſum obtinere, quam reſcribere volui. Quia vero
oratus P. Rector mihi ſignificauit, ſe Dominationi veſtrae per P. Brunnerum, obſi-
Monacenſem reſpondiſſe, ne ſcribendi conſuetudinem intermittere videar, eandem
certiorem facio, vtrasque et ad me et ad P. Rectorem datas mihi fuiſſe reddi-
Placet vt amor Societatem inter et ordinem S. Benedicti conſeruetur. Molitur
olus vnde vnde inuidiam inflammare, et amoris vinculum dirumpere. Quam Scan-
e calumniatur authior anatomiae innocentes! Vereor vt ob hanc cauſam mundo
oenas daturus. Conſtat profecto quis ille rabula ſit, qui inter grauiſſimas eccleſiae
licae aerumnas non dubitat bellum ordinibus indicere. Sorex iſte grammaticulus
ri ſuo magis conſuleret, ſi inuidioſo dente domeſticos fidei non morderet. Eſt non
, imo plures, qui ipſum in haec conuitia dicant a nonnullis eſſe conductum, a
is hoc flagitii genus abhorrere debet. Boni viri iſti non perpendunt, dum in in-
os furunt, ſe ſibi Dei iram arceſſere. Romae Anatomia iam eſt prohibita, ac in
em relata. Si author, iam notus, infami ſententia damnetur, aut etiam ii, qui
:um adlegerunt procuratorem, puniantur, diſcent deinceps alios, tanta cum libi-
non calumniari. Nos in exilio vtcumque vitimus ſpe quotidiana calamitatem no-
ı ſolantes. Non dubito, quin etiam D. V. Fortunam cum ſuis aequo ac con-
ı perferat animo. Erit cum haec meminiſſe iuuabit. Solet Deus felicitatem ſuo-
aduerſis moderari, ne ipſum, omnium bonorum principium oblicifcantur. Vbi enim
uxta animi vota fluunt, beneficia quae de coelo veniunt, nobis adſcribimus, nec
n, liberaliſſimum Largitorem laudamus. Nunc ab omnibus deſtituti oculos ad Pa-
luminum, ac omnis bonitatis eleuamus. Dominationi veſtrae me officioſe com-
lo. Schongauii. 15. Sept. anno 1633.

Admodum Reuerendae veſtrae Dominationis.

Seruus in Chriſto
Caſp. Zeiller.

3.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Nihil mihi gratius accideret, quam vt vel praeſens Admodum Reuerendae V. Pa-
tati colloqui, aut ſaltem pro noſtra neceſſitudine ſaepius ſcribere poſſem. Quia ve-
llud exilii neceſſitas prohibet, hoc infeſtationes itinerum impediunt, imo nimis pro-
quorundam ſuſpiciones vetant, dum benignior Fortuna voluntati obſequatur, aequo
l fieri non poteſt, animo feramus. Cum autem auide ſcire deſiderem, quomodo
V. cuius curae omnes catholicos commiſimus, cum ſuis viuat, ipſa quoque Admo-
Reuerenda V. D. viciſſim, quem admodum in exilio valeamus, certior fieri ve-
hiſce perbreuibus indico, nos communem patriae fortunam ita tolerare, vt et pro
tudine integra et aliis vitae neceſſariis benigniſſimo Deo maximas debeamus gra-
Si admodum Reuerendae veſtrae Paternitati in hac temporum iniuria e voto res
ſimi-

ſimiliter ſuccedat, erit, quo maiorem in modum oblecter. Non ita pridem D. Decanus Sanct Mauritianus mihi ſignificauit, ſibi a D. Doctore Maier perſcriptum eſſe, quod in Tyroli quidpiam contra S. Vdalrici monaſterium fuerit publicatum, quo admodum Reuerenda Dominatio veſtra grauiter fuerit perturbata. Ego quidquid meminiſſe poteram in mentem reuocaui, et num ſimile quid in manus meas venerit, exploraui. Nihil penitus etiam diu cogitanti incidit, quod vel in Tyroli hoc tempore editum vel ſcriptum fuerit, praeter quendam Antimetandrum, quem P. Laurentius Forerus cuidam Metandro ſub titulo actionis Perduellionis in Ieſuitas anno Superiori edito oppoſuit, tractatui vltra decorem infami. Dico tamen in tractatu P. Foreri, nullam S. Vdalrici, vbique honeſtam ordinis S. Benedicti mentionem aduerti. Idem Perduellionis author hoc ipſo anno cum aeterna ſui ignominia pudendum mendacium ſeu potius calumniam ſub titulo Anatomiae Societatis iam Romae, vel damnatam, vel in dies damnandam euulgauit, cui dictus P. Laurentius aliam Anatomiam opponit, et iam abſoluit: nondum tamen prelo eſt edita. Praeter haec in Tyroli nihil ſcriptum ſcio; quae et ipſa ab authore fuiſſent non ſcripta, niſi infami mendacio pro tueuda Societate fuiſſet coactus. Mordax iſte ſorex agere vult patronum ordinum antiquorum, quos tamen callide ita proſcindit, vt nullo indigeant alio conuiciatore. Blanditur quamdiu in eorum culina ſaginatur. Eiiciatur canis, mox benefactorem, vt nunc Ieſuitas, allatrabit. Ingenium ſatis notum eſt. Quam ob rem D. V. rogatam velim, vt mihi ſcriptum, forte mihi ignotum vel nominet, vel communicet: Si a noſtro dioeceſano, vel alio, cui veritatem opponere poſſim, quicquam S. Vdalrici monaſterio, vel toti ordini iniurium fuit publicatum, illi ſane Principem noſtrum, et meipſum pro officii ratione vindicem opponam. Id ſolum D. V. monuerim vt non facile blandula mentientibus, vel ignota iactantibus credat, iisque ſe ab animi quiete commoueri ſinat. In hac mentientium impunitate plurimi ita comparati ſunt vt cuilibet, quod vel amare velit, vel gratum eſſe poſſit, velut ſtipendio conducti comminiſcantur. Admodum Reuerendae veſtrae Dominationi Catholicos omnes et meipſum commendo, et ab immortali Deo, vt breui nos coniungat exopto. Schongauii 1. Nouemb. an. 1633.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſp. Zeiler.

4.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater Ampliſſime Domine!

Litterae admodum Reuerendae Dominationis veſtrae magnam mihi attulerunt voluptatem; cum ex iis valetudinem ipſius, et reliquorum Patrum intellexi: dolore tamen non modico ſimul me affecerunt, quod audiuerim tum monaſterium S. Vdalrici, tum alia ciuitatis de nouo grauibus moleſtari exactionibus, Optimus Deus benigniſſime concedat, vt tandem aliquando in ſancta pace reſpiremus. De ſcripto, quod incluſum erat literis, iam in Iunio vel Iulio Superiori aliquod mihi innotuerat; quod credo autem illud in aula noſtri Principis formatum, vt Romae clerus reliquus contra tam peruulgatam defenſionem pro facto iuramento Monaſterii S. Vdalrici excuſaretur, qua excuſatione Princeps noſter, vt iam ante perſcripſi, grauiſſime fuerat offenſus, vtpote qui

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

incluſae non vidi. Proinde in via interiiſſe oportet, vti et reliquas, quas ab Auguſto ſcribit ad me crebras dediſſe. P. Mauro hiſce ſcribo, quae in hac temporum iniuria ſcribi poſſunt. Ea nunc eſt miſeria, quae nec conſilium, nec auxilium admittit. Quia vero bono Patri Parochia Weldenſis adhuc curae eſt, nihil tamen in ea ad tuendam vitam ſuppetit, cenſuerim, D. Doctorem Holſcher commoda conſulturum, aut apud parentem, qui loco praefectus eſt, vt ſubditos ad praebendum victum compellat, effecturum. Quodſi etiam hic nihil obtinebitur, quid amplius auxilii ſuperſit, aut qua ratione parochiae prouideri queat, non reperio. At omnino mihi perſuadeo ſubditos ſuis partibus hac in re non defuturos. Quod de offenſa, quam apud noſtrum Principem ob iuramenti ſui defenſionem ſe incurriſſe credit, conqueritur, non eſt quod amplius doleat, aut etiam aliunde ſcribentibus fidem habeat. Res iterum in bono loco eſt, modo eam in eo conſiſtere ipſi ſinant Princeps non abſolute ſcripto illo, quod mihi D. V. miſerat, offenſus fuerat, ſed quod iuramentum e iure iam Romae defendi audierat, ſuccenſere cœperat. Cum enim intellexiſſet, Patres iisdem verbis iuraſſe, in quae nos cogebamur, fieri non poterat, quin ſibi perſuaderet, e defenſione iuramenti a patribus praeſtiti iniuriam grauem clero naſcituram: ſi enim iuramentum hoc iure fieri potuit; inique illud clerus recuſauit. Quod affertur, iuramentum S. Vdalrici aliud fuiſſe, quam nobis propoſitum, vtpote cum ſuis exceptionibus admiſſum; id erat quod ipſe pro defenſione monaſterii apud Principem attuleram: id tamen plurimum differt ab eo, quod credebat Princeps Romae agi, ac defendi, ſcilicet iuramentum hoc abſolute illaeſo canone fieri potuiſſe. Nam in illo eſt apud omnes defenſio facti: in hoc nulla iuris. Patres iurabant, quia ſuas exceptiones admiſsas ſuiſſe credebant. Et quis in hoc male egiſſe dicat? Hoc vbique defenditur, a nemine reprehenditur. Licet ex poſt facto fuerit compertum exceptiones non fuiſſe admiſas. Siquis autem dicat Iuramenti formulam abſolute fieri potuiſſe nec iuri pontificio aduerſari, is, quid dicat, ignorat, et clerum temeritatis accuſat. Cum itaque huiusmodi rationes Princeps in D. V. ſcripto deprehenderit, poterat facile cogitare, Patres iuramentum eo modo praeſtitiſſe, quo illud defendunt. Quam ob rem ſaepe admodum Reuerendae Dominationi veſtrae pro meo candore ſcripſi, ut huiusmodi defenſio non ſuſcipiatur. Dicit quidem ſuis in litteris diuerſis a locis ſcriptum, quod monaſterium ob praeſtitum iuramentum fuerit traductum. At traductio illa non debebat iis rationibus obtundi, quibus non poterat, imo quibus clero nocebatur. Itaque conſulto faciet, imo a grauiſſimo ſe incomodo liberabit, ſi omnem omnino defenſionem apud alios intermittat et contradicentes ad ordinarium, qui ſuum monaſterium ab hac calumnia vindicare paratus eſt, remittet. Ego ipſe omnem meam operam, imo publica teſtimonia ſuo tempore polliceor. Modo iam taceatur et nihil amplius moueatur. Siquid occurret, quod vel a ſuſurronibus oggeratur, vel alias ad inuidiam incendendam faciat, id mature et antequam aliis communicetur, mihi mittatur; efficiam vt ſine ambagibus res ſopiatur.

De feſtorum ſolennitate recens publicata Auguſtae gratulor: Sanctus certe, in cuius honorem haec decernitur ſupplicatio, ab Elia Ehinger iam canonizatus eſt, ac Calendario ipſius pro anno 1634 poſtridie S. Georgii rubrica inſertus. Cum maxima animi Laetitia intellexi de mitigatione contributionis agi, vtinam omnino, quod ſane miſeria temporis, et rerum omnium penuria deſiderat, tollatur. D. Decanus Cathedralis in ſua patria grauiter decumbit apoplexia laeſus. Caeterum in exilio vtcunque valemus, et de die in diem meliora ſperamus, quae vtique ſuo tempore euenient.

Cum

Cum iterum infeſtationes non permittant, vt cauſae omnes ad me perferantur, ꝑauerim admodum Reuerendam Dominationem veſtram, vt per tres proximos menſes uſas Conſiſtorii planas, vt haſtenus, dignetur iudicare. Qua de re D. Doctori Maier pioſe ſcripſi, Caeterum cum Deus Catholicis benigne prouiderit, vt a magno dioece- Patrono S. Vdalrico ſalutis remedia habeant, omnes admodum Reuerendae veſtrae ternitati et reliquis Patribus officioſiſſime commendo 28. Nouemb. anno 1633.

Admodum Reuerendae veſtrae Paternitati.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

6.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Quas 2. huius D. V. ad me dedit, hodie accepi. Moleſtias quas nouus incola im- denter parit, cum graui animi dolore intelligo. Vehementer miror, cur infeſti Su- rior, qui in aedibus Domini Praepoſiti moratur, ac nobis praeſentibus a diſciplinae ore ſemper fuit commendatus, hanc ferociam non compeſcat, aut alio non transferat. : Deus Dominationem veſtram ab iſthac tentatione etiam liberabit. Nunc annus eſt, m et ego ſub quotidiano periculo, et ſtricto gladio ſub inde ingemui. Sors ſic ita t, vt nemo beatus viuat: illum cenſura, hunc mors exercet. Paucos ante dies ldkurchii D. Decanum Eccleſiae cathedralis noſtrae apoplexia cum graui ſuorum luctu tulit, virum et aetate et dignitate ampliſſimum: quem tamen morientem ſolari po- t, quod nepos e ſorore D. Pappus canonicatum in Cathedrali noſtra obtinuerit. Trans- tionem Pacis, quae tamdiu iam omni ea parte abſoluta fuiſſe dicebatur, audio eſſe llam. Fiat quod placitum eſt in oculis Domini. D. Doctor Maier miſit mihi relationes im- eſſas, e quibus intellexi, qua ratione et conditione Ratisbona in poteſtatem Ducis eimarii deuenerit. Deus omnia bene vertat, cuius ſanctiſſimae Prouidentiae nos om- s commendo. 6. Decemb. an. 1633.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

7.

Admodum Reuerende Pater, Ampliſſime Domine!

Acerbe fero, quod literae meae nimis tarde ad Dominationem veſtram perferan- r, aut reddantur. Quia tamen, vt remedium afferamus, fortuna prohibet, cum pa- ntia meliora exſpectabimus. Vt a malo domeſtico liberentur, precibus ipſe apud B. rginem cui noſtra parochia eſt conſecrata, urgebo. Princeps noſter in Dioeceſin re- t ac Reittae ſubſiſtit, rerum mutationem ſuauias apud ſuos, quam aliena in dioe- ſi exſpectaturus; Deus det, vt per breui, quo aſpirat, ſecurus peruenire queat! Iam n plura: quia quorum libenter mentionem facerem, non licet.

Dominationi veſtrae me officioſe commendo. 16. Decemb. anno 1633.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

8.

Admodum Reuerendae in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Tametſi literas, quas anno priori ſcripſeram, nondum potuerim mittere: tum quia ob tranſeuntes exercitus caeſareos; hinc indeque vagantes milites nunciorum copiam habere non potui: tum quia ob frigoris ſaeuitiam Lycus rates non admittit: nihilominus tamen Dominationi veſtrae ſimul hunc quem in exilio ordimur, annum ex animo precor feliciſſimum; optoque vt in pace ac loco, quo optamus, nobis liceat inuicem complecti. Ante biduum noſtro cum Principali, admodum valente, et de ſumma rerum optime ſperante, fui, atque ex illo intellexi, quod quasdam a D. V. datas acceperit litteras, quibus monaſterii calamitas, religioſorum omnium diligens in animarum cura ſollicitudo exprimatur, ſimulque vt memoratus Principalis, ſi alia rerum mutatio tam cito forſan interceſſura non ſit, ex officio, qua potiſſimum ratione monaſterium pro tam neceſſaria queat opera conſeruari diutius, deliberare velit, rogetur. Quia vero ſine monaſterii, cui literae ipſius incommodare poſſent, periculo ſcribere non poteſt, mihi vt Dominationi veſtrae ſcriberem, in mandatis dedit, ac ſignificauit ſibi, quam in curandis Catholicis tam ſollicite impendunt, operam eſſe pergratam, atque acerbe ſe ferre, quod tanta monaſterio inferantur onera, quibus diu ferendis pares eſſe non poſſint: coeterum quae ex officio ſibi incumbunt, et rogantur curae eſſe non poſtremae: imo ſe non commiſſurum, vt vel animula, quam interitui eripere queat, vel minimum in diſcrimen coniiciatur. Ea tamen nunc eſſe tempora, quibus a praecipitio vndique iminenti vix quisquam tueri ſe poſſit. Vtut tamen ſit, deinceps quae ad ipſum referantur grauamina, pro viribus ſe ſublaturum. Caeterum adhuc Deo dante valemus: ſi etiam D. V. cum ſuis integra vtatur valetudine, eſt quod inde ampliſſimas Deo gratias agamus, cuius Prouidentiae nos omnes commendo. Schongauii 2. Ianuarii anno 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

9.

Admodum Reuerende in chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Tametſi cum maximo deſiderio literas Dominationis veſtrae legam: quia tamen eae vel Monaſterio vel aliis periculum hoc tam perturbato tempore creare poſſunt, non cupio vt vlla ratione cuipiam officiatur. Quid circa futurum ſtatuatur iejunium, id mature indicabo: iam enim noſtro cum Principali hac de re ſatis multum locutus ſum, quem iterum monebo. Vtique aliam praeſens annus deſiderat declarationem,

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

nias Perduellionis, et Anatomiae euulgaret, nunc depoſita larua apertus et manifeſtus Ieſuitis bellum indixit, forſan vltionem ſibi in caput non paruam promoturus. Grammaticulus iſte dicax reperiet, qui ipſius mordacem obtundant dentem. Dominationis veſtræ Sanctis precibus me commendo. Schongauii 8. Febr. anno 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

12.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Cum ante octiduum litteras meas, quibus pro quadrageſima Principis noſtri voluntatem, carnium eſum permittentem expoſueram, ordinarius veredarius neglexerit, eas hic mitto, ſimulque me, quas D. V. T. huius dederat, accepiſſe ſignifico. Cum itaque facultas pro Fr. Luca iam ſit transmiſſa, nihil deſiderio ipſius deeſſe amplius puto. Quae enim circa interſtitia Brixienſes dubitabant, ea per alias litteras meas iam ſublata ſunt. Non vane ſuſpicatur noſtrum D. Suffraganeum non multum habere negotii; valde enim eſt quietus: attamen id otium ipſi et moleſtum eſt, et permagno conſtat. Nuptiis, quibus ſanctior factus eſt, applaudo; vbique vxorio huic nihil eſt nouum, nouis ſe illigare connubiis. Quod prae nimio frigore prope concreſant, vehementer doleo, et ex animo precor, vt tandem per temporum viciſſitudinem antiquo liceat calore nobis foueri. Miror, quod veneti exules Religioſos tanta complectantur charitate: cum non ita pridem ex Italia litteras viderim, quibus ſignificabatur, Germanorum nomen tanta iis in partibus inuidia flagare, vt Germanus nemo ſine vitae periculo auſit ſe publico committere. Quod odium aiunt e bello Mantuano concitatum. Coeterum adhuc valemus eo quisque loco, quem fortuna exilio dedit. Dominationi veſtrae me, omnesque catholicos officioſe commendo. Schongauii 14. Febr. anno 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

13.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Cum ante quatriduum Dominationi veſtrae, quid circa Quadrageſimae ieiunium fuerit decretum copioſe perſcripſerim, hac vice, cum aliud ſcribendi argumentum non occurrat, ſcriberem, niſi, quod litterae meae non fuerint redditae, intellexiſſem. Vt igitur et Auguſtae, et aliis omnibus, quid factu opus ſit innoteſcat, hiſce iterum repeto, eſum carnis per dioeceſin eo modo pro futura Quadrageſima permiſſum, quo anno Superiori fuerat conceſſus: videlicet per totam Quadrageſimam exceptis feriis ſextis, Sabathis et quatuor temporum triduo. Monendus tamen populus fidelis, vt hanc facultatem in alia opera pia conuertant, eoque ardentius pro reipublicae neceſſitate orent, et a peccatis deſiſtant.

Admo-

Admodùm Reuerendae veſtrae Paternitati me officioſe commendo. 20. Febr. an-
1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

14.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Quas 23. Febr. dedit, vltimo huius accepi plenas antiqua Dominationis veſtrae er-
me ſingulari humanitate. Quae ſane facit, vt deinceps, quamdiu in exilio fuero,
bendi officium nunquam ſit deſideratura. Diuinaueram ipſe pluribus in locis noſtrae
eceſis eam inualuiſſe rerum omnium penuriam, vt merito cum facultate comedendi
am quoque carnem concederimus. At Dei benignitas ea eſt, quae in tempore ne-
ſitatis nouit panem dare famelicis. Tempus Paſchale nunc in dioeceſi in Dominica
ſionis initium ſumit. Si etiam illud pro tempore paſchali non ſuffecerit, ipſa ne-
ſitas illud eo extendit, quod audiendis confeſſionibus, et communioni ſatis ſit. Ita-
e nouerit D. V. vel conſueto tempore, vel citius confeſſionem paſchalem ordiri: il-
noſtra decreta ſynodalia, hoc neceſſitas indulget, nec opus eſt alia, quam deſide-
, licentia. Schoppius, vir mordax, et parum verax videtur exitium maledicentia ſua
arceſſere. Satius foret, ſi linguam in eos qui mali ſunt, armaret, nec veritatem
infeſtam redderet. Certe iis, quibus patrocinatur, parum defenſionis, multum ta-
n apud bonos offenſionis adferet: cum enim in eorum culina ſe nunc ſaginet, ne
nis expellatur cynicus latratum in hoſpitem ita cohibet, vt tamen eos irriſione infa-
, vbi poteſt, foediſſime laceſſat. Cum adeo delectetur D. V. iis ſchedulis, quarum
am nuper vidit, libenter plurium videndarum copiam facerem: quia tamen in iis
ntinentur caſus reſeruati, non licet, quod libet. Huiusmodi caſus reſeruati iam plu-
s, maxime pro tempore paſchali, et nunc in Quadrageſima euenient. Deus det, vt
nnes peccatores conuertantur. Dominationi veſtrae Sanctis precibus omnes catholi-
s, et me peccatorem commendo. Schongauii. 2. Martii anno 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

15.

Admodum Reuerendae in Chriſto Pater, Obſeruandiſſime Domine!

Litteras admodum Reuerendae Dominationis veſtrae 9. huius datas cum magna
nimi mei voluptate legi, ex iisque et ſingularem eius erga me voluntatem perſpexi-
: populi tam ſedulo preces frequentantis deuotionem miratus fui. Interea curaui Do-
inationi veſtrae memoriale quoddam in cauſa matrimoniali tradi: id quod factum eſſe
telligo. Hac in cauſa cum plura quotidie et teſtimonia afferantur, et neceſſaria ad
roceſſum comparentur; tum ſane ex omnibus non obſcure coniicio, huic negotio finem
ptatum impoſitum iri. Certior factus ſum, quod D. V. de afferendis ſacris oleis ſit
ſolli-

ſollicita. Ego niſi interim Fortuna ſe moueat, cenſeo per ordinarium Poſtilionem in vaſculis adhoc faciendis ſine difficultate Fueſſa apportari poſſe. Vaſculorum formam artifices Auguſtani, quos D. Doctor Maier nouerit, fabricare poſſunt. Schoppius cuius mentionem in ſuis fecerat, videtur ſibi vltro malum acceſſere. Totus in eo eſt, vt Ieſuitas, ſi liceret, oceano demergat. Vir minime bonus ſuae melius conſuleret exiſtimationi, ſi ſanctiſſimos ordines in amore, et pace coniungeret. Nemo ſane prudens probauerit, eum aliorum cauſam conuitiis et calumniis defendere. Ego certe malim eſſe indefenſus, quam eiusmodi patrocinio tegi. Parum in ſchola Chriſti eum profeciſſe neceſſe eſt, qui adeo neſciat, vel penſi non habeat, tam grande eſſe piaculum alteri facere iniuriam. Deus ipſi et nobis ſit propitius. Admodum Reuerendae Dominationi veſtrae me officioſe commendo. Schongauii 15. Martii anno 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

16.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Sacri olei magnam copiam per nuncium, quem proprium mittet D. Doctor Maier, Auguſtam transmittam. Nobili Domino Imhoff conceſſum eſt, vt in domo ſacrum fieri poſſit, toties quoties volet. Id quod D. Doctor Maier illi indicabit. Etiam apud me cauſae matrimoniales ingraueſcunt, plusque mihi laboris quam mei officii negotia faceſſunt. Dominus Abbas Scheurenſis eſt mortuus, et plures alii praelati morinntur, et aegrotant. Nos in exilio valemus, motumque aquae ſolliciti exſpectamus. Commendo me admodum Reuerendae Dominationis veſtrae precibus. Schongauii 5. April anno 1634.

Admodum Reuerendae et Ampliſſimae
Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

17.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Etiam ego contra voluntatem ſilui; ne vox mea vlli officeret: ſignificatum enim mihi fuerat, eam Auguſtae ſuſpicionem inualuiſſe, quae etiam ſolem tam procul lucentem proditionis argueret. Id quod mihi tam mirum accidit, quam illud non nemini, qui coelo inſidias feciſſe arguebatur. Quaſi vero Catholici omnes animi ſui cogitationes a coeteris negotiis ad ſolas, quibus acatholicis noceant, proditiones traducant. Attamen vti complures alias, quas iuſtus Deus, cuius iudicia recta ſunt, peccatis irrogat noſtris calamitates magno et conſtanti feramus animo, certiſſimum inde nobis praemium pollicentes, quod vel in altera vita has, quas nunc perferimus aerumnas, ſolabitur.

Quam primum nuncius migrationis imperatae ad me venit, mecum cogitare coepi hanc tempeſtatem admodum Reuerendae veſtrae Paternitati excitatam, quod maleuolis in ſuſpicionem proditionis locus paulo ſublimior venerit. Quod equidem ego tanti non fece-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſtiis non omittant: quo enim ſunt breuiores, eo erunt Deo gratiores; qui pietatem non loco ſed animo metitur. Etiam apud nos Aichenſis excidii fama increbuit; quod vti et alia, quae hiſce annis dolenter ſpectauimus, detrimenta, cum Deo placuerit, ſuum conſequentur finem. Peccata enim, quae olim fecimus, et nunc patramus, ſimiles deſiderant poenas: haec ſi ab vltore Deo fuerint ſatis punita, vltro quae iam nos affligunt, nec depelli poſſunt, recedent. Apertum eſt, quod noſtrorum perfida, pleraque eueniant: reliqui enim ſunt non pauci, quibus aliena commoda magis, quam noſtra curae ſunt. Spero tamen futurum vt tempus etiam huic medeatur malitiae. Dominationis veſtrae ſanctis precibus et ſacrificiis me commendo. Patri Martino a me et nepte noſtra ſalutem. Schongauii 9. Iulii anno 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

19.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Quas 4. huius ad me D. V. dedit, primum heri, accepi: nauta, cui eas commiſit, per militem, qui non procul Auguſta caſtra poſuerat, tranſire non potuit. Dimiſſorium quod D. V. pro ſuo quodam Fr. Lambaci commoranti petit, iam expediri curaui. Illud quamprimum D. Sigillifer per poſtam mittet. Nos interea exilii moleſtias vtcunque toleramus; Deus, vt bene ſperamus, eas in tempore finiet, nosque gaudio ſingulari recreabit. Monachii, vti forſan aliunde intellexit, nobis mors P. Rectorem Auguſtanum Conradum Rheiing ſuſtulit, virum profecto morum ſuauitate, et magna virtute praeditum. Sanctis Dominationis veſtrae praecibes et ſacrificiis me commendo. Schongauii 11. Auguſti an. 1634.

Admodum Reuerendae veſtrae Paternitatis
et Dominationis.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

20.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Domino Sigillifero, qui in arce Hohenſchwangaw exulat, de mittendo dimiſſorio pro Fr. Caſpare Oefelin quamprimum negotium dedi: is vero nudius tertius me certiorem fecit, memoratum Dimiſſorium ab ſe iam ante tres hebdomades expeditum, et D. Abbati Lambacenſi miſſum eſſe. Voluntati igitur Dominationis veſtrae credo ſatis factum eſſe, cuius ſpes, quam noſtris de rebus nouam cepit, me magnopere delectauit, nihil prorſus ambigentem, eam ſuo non carituram euentu. Interea exilii moleſtias ſolito ferimus animo, ac plerique vtcunque valemus. Coeperat quidem Fueſſae noſter D. Decanus non nihil aegrotare, ſed Deo fauente iterum conualeſcit. Principalis noſter, quem diu montes texerant, vt fama eſt, propediem Fueſſam redibit, motum aquae ibi ex-

exſpectaturus. Sanctis admodum Reuerendae Dominationis veſtrae precibus me commendo. Schongauii 24. Auguſti an. 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

21.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Mallem praeſens, quam literis, quas pro dimiſſorio D. V. egit, gratias recipere: eſſent enim alia magis neceſſaria, quae cum ea communicarem. Quia vero id per temporum iniuriam nondum licet, dum illud diuinae placeat prouidentiae, vt hactenus aequo exſpectabimus animo. Erit tandem, qui etiam hoc, vti omnia alia, bellum finiat: Deus enim belli et pacis moderator nec aetate nec hominum iniuria conſumptus eſt: cum ipſius voluntati placuerit, quae nos nunc exercent ſupplicia, etiam inuitis mortalibus, et quidem ſubito cum orbis totius ſtupore, tollet. Luimus quia peccauimus, et adhuc grauiſſime peccamus. Plura cum magis licet, et libet. Admodum Reuerendae Dominationi veſtrae me officioſe commendo, ſimulque noſtrum Patrem Martinum cum nepte noſtra perhumane ſaluto. Schongauii. 2. Septemb. an. 1634.

Admodum Reuerendae et ampliſſimae
Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto.
Caſpar Zeiler.

22.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine.

Quas admodum Reuerenda Dominatio veſtra ante triduum dedit, hodie accepi, atque ex iis cum grauiſſimo animi dolore fortunam omnium eorum, quos domi reliquimus, intellexi. Vtinam magnus Deus, cui omnia ſunt facilia, tot afflictis in tempore ſubueniat: id quod non deſpero. Res enim noſtrae eum in locum deuenerunt, vt rorſus mihi perſuadeam futurum, vt calamitas praeſens breui tollatur, atque nobis, quod tanto ſuſpiramus deſiderio, conuenire liceat. Proinde ſint magno animo ac conſtanti, miſeriasque in fine maximas fortiſſime perferant. De morte P. Ferdinandi iam aliunde certior factus ſum; Deus zeloſae ipſius animae ſit propitius, nec permittat, vt et Auguſtae et S. Vdalrici Monaſterio contagio amplius noceat, quae et extra vrbem omnibus in locis latiſſime graſſari incipit, adeo vt periculum hoc minus, quam belli iniurias declinare quis poſſit? Vt vinum pro ſacrificio et communione ſubmittatur, Landsbergam ſcribo, vbi pro ſaluo conductu rem D. Decanus transigere poterit. Quod ſi is ibi non ſit ſufficiens, in auxilium vocabo Principalem noſtrum quem iam de hac ipſa re certiorem feci. Salutat D. V. et omnes, quos ſecum habet, iubetque animo eſſe bono. Mihi defectus vini ad ſacrificium aliquid boni praeſagit: memini enim ſimili in eo paucos ante annos poſtquam religioſis non niſi vnica hoſtia fuiſſet reliqua, liberationem praeter omnem ſpem euexiſſe. Manus Domini non eſt abbreuiata: certe ſi liceret,

ceret, ſpei, quam habeo, argumenta ita depingerem, vt et mecum quam optime quisque ſperare deberet. Patri Martino, quem cum nepte humaniſſime ſaluto, nouam dignitatem ex animo gratulor: faxit Deus vt pro felici exordio ſuauem vini pateram propinare liceat. Haec raptim, quibus me Dominationis veſtrae et omnium ſuorum precibus ac ſacrificiis commendo. Schonganii 26. Octobris an. 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

23.

Admodum Reuerende in Chriſto Pater, Ampliſſime Domine!

Malim, vt tandem nobis liceret coram dicere, quod tanta cum exſpectatione debemus ſcribere. Equidem paulo tardius ſalus noſtra, de qua ſpem habeo maximam, adrepit, curſum tum incitatura, cum vel minime putabimus. Quem enim fugere poteſt iſtas, in quas incidimus calamitates a Deo eſſe immiſſas? Vnde ergo huius mali, quod peccata noſtra effecerunt, principium inde nobis perſuademus, euenturum quoque finem: poenas namque Deus, aequiſſimus iudex, non noſtra, quae peruerſa eſt, voluntate ſed ſua moderatur iuſtitia. Deſinent ergo aduerſa, cum ſatis a nobis poenarum fuerit datum. Si vlla prouidentiae diuinae argumenta orbis ſenſit, aut ſtupidus ſentire potuit, ea nunc, et quod Deus omnia ſuauiter diſponat, aduertit. Quam ſtupenda rerum, quas nobis vel maxime aduerſari putamus, connexio! Mihi itaque dubium non eſt, eum ſupplicia, quae hactenus cumulate ſenſimus, ad finem ruant, ſalutem noſtram principium capturam. Dolenter tamen fero diriſſimas, quas Auguſtani perferunt, miſerias, omni certe exilio maiores. Sed et illae omni forſan opinione citius tollentur. Magno igitur animo, quod reliquum eſt, perferat. De vino pro ſacrificio adportando iam egi cum iis, qui ſororibus S. Vrſulae aliquid auxilii ſubuehent. Pericula ipſe complura video, ſed ſpero Landsbergae eos, qui aliquid allatum venient, ſemper ſaluum obtenturos conductum. Iubilaei exemplar ideo miſi, vt pro opportunitate illud D. V. publicaret. Id quod per nos vtique licet. Verum cum literarum contenta non nullorum forte aures offendere poſſint, D. V. promulgationem cum grano ſalis inſtituet. Opera quae iſto in tempore ad praeſcriptum expleri non poſſunt, in alia commutentur, iuxta tenorem dictarum literarum. Coeterum eccleſiae, et aliarum conditionum aſſignationem admodum Reuerendae Dominationi veſtrae liberam relinquo. Diſponat omnia, prout in Domino videbitur. Contagio multis in locis diriſſime ſaeuit: nudius tertius mihi D. Praepoſitus Raitenbuochenſis ſcripſit, Landishutae vltra centum matrimonia, Straubingae vltra centum ciues non eſſe reliquos. Vicinia etiam plurimis in locis eſt infamis. Ita Deus poenas poenis accumulat. Princeps noſter, Deo ſint laudes adhuc ſaluus et incolumis eſt, et pro miſeris noctes diesque laborat. Spero ipſius ſollicitudinem et Auguſtae profuturam. Sanctis me D. V. precibus commendo, P. Martinum perhumane ſaluto. Schongauii 16. Nouemb. an. 1634.

Admodum Reuerendae Dominationis veſtrae.

Seruus in Chriſto
Caſpar Zeiler.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Dieſſenſem abituro comittere velit, officia mea offero. Domi. 13. Nouembris anno 1648.

Reuerendiſſimae et Ampliſſime Dominationis veſtrae.
Scribit mihi Reuerendiſſimus Dominus Suffraganeus Friſingenſis: quod omnibus ſuis Fortunis hac in tempeſtate fuerit ſpoliatus,

Additiſſimus Seruus
Caſp. Suffraganeus.

26,

Reuerendiſſime in Chriſto Pater, Obſeruandiſſime Domine!

Summas ago gratias pro communicatis litteris Eminentiſſimi Cardinalis Ginneti, ſimulque Reuerendiſſimae Paternitati veſtrae gratiam Apoſtolicam largiſſime collatam ex animo gratulor: Vtinam tam mature aduenisſet, vt omnes, qui tam rarae interfuimus ſolennitati, gaudere potuiſſemus Ego, vt prudentiſſimo Reuerendiſſimae Amplitudinis veſtrae iudicio conſilium praeſcribam, non decet. Tanta enim eloquentia valet, vt nullius indigeat conſilio. Vtut tamen ſit: mihi videntur Eminentiſſimo Cardinali gratiae in ampliſſima forma agendae pro gratia, qua complectitur ampliſſimam et Reuerendiſſimam Dominationem veſtram cui tam locupletem a ſua ſanctitate impetrauit Indulgentiarum theſaurum, quo et ipſe et omnes Chriſti fideles, qui feſtiuitati intererant ditarentur. Non tamen iudico ſignificandum: literas ſuae Eminentiae primum poſt feſtum aduenisſe: ne forſan ſe ſugillari putet. Puto autem ſolennitatem ipſam, et populi frequentiam eleganter deſcribendam fore: qui S. D. N. ipſe felicem deſiderat euentum huius Iubilaei. Quae omnia longe copioſius et prudentius Reuerendiſſima Amplitudo absque meae Infantiae dictamine nouit adornare. Cui me vero officioſiſſime commendo. Auguſtae 19 Nouemb. anno 1662.

Reuerendiſſimae Amplitudinis veſtrae.

Seruus addictiſſimus
Suffraganeus.

XV.

Inſtrumentum Fraternitatis SS. Vdalrici et Afrae.

Wir Melchior von Gottes verhengnuſs Abbte, Hainrich Prior vnd der Conuent gemainlich des wirdigen Gotshauſs ſant Vlrich vnt ſant Afrae in der Statt Augſpurg gelegen. Tuen kund allen criſten menſchen, ſo diſen briefe ymer anſechen, hören oder ſelbs leſen. Nachdem vnd des loblich Pawe vnſers obgemälten Gotshauſs mit merklicher Hilffe fromer leuten, die ir ſtewr Hilff und Hantraichung darzu getan hand auff vnſer lieben frawen tag Kreuterweihen der mindern zahl chriſti vnſers lieben Herren in dem ſiben und ſechtzigſten Jare nächſt vergangen koſtlich angefangen vnd mit groſſer erwirdikaxt des ſelben tags der erſt grundſtain gelegt worden iſt durch den hochwirdigſten fürſten vnſern gnädigſten herren hern Peter der hayligen Römiſchen Kyrchen Cardinal vnd biſchoffe zu Augſpurg &c. Das wir da in diſer öſterlichen zeite auſs beſunder andacht zu voderſt gott dem allmächtigen,

Marien

rien ſeiner lieben muter vnd den lieben hayligen in diſem vnſerm Gotzhauſs raſtende zu
er vnd wirden vuns vnd den ſo zu ſollichem Pawe ir ſtewr Hilffe vnd Hantraichung vor
ürter weiſe getan hand vnd noch füro tuon werden vmb erfolgung ewige ſälikayt ain
derſchafft genant ſant Vlrichs Bruderſchafft zu machen fürgenomen haben in mainung
en yeden, ſo der vm gottes vnd ſeiner ſelhayls willen begert Vnd in das Regiſter ſant
ichs bruderſchafft gezaichnet wirdet. In Krafft ditz briefs zugeben volkomne mittai-
g aller der gutthät, ſo gott der herr durch ſein gnadenreiche miltikayt durch vns vnd
vnſer nachkomen allhie in diſem obgenantten Gotzhauſs würcken iſt In hayligen
ſen, vaſten, wahen andächtigen gebetten, keſtigung vnd ander gayſtlicher vbung.
alſo werden die teylhafftigen ſolicher Bruderſchafft offt vnd gewonlich in vnſerm
ittel ſo wir nach gewonlicher ordnung zuſamen komen lebent vnd todt den Brüdern
ſunderm gepette befolhen wirdet dero mit namen ſunderlich gedacht die des zu
ten in ſunderkayt begeren desgleich ſo offt vns etwar tottes der Bruderſchafft ver-
dt wirdet des oder der ſelben ſelen werdent aber den Brüdern in vnſerm Capittel in ir
ette befolchen vnd alle iar aineſt nemlich yedes Jars auff den achtenden tage des hayli-
Pfingſttags ſo wirdet der Bruderſchafft ain loblicher Jartag gehalten des aubentz mit
r geſungen vigily vnd an dem mäntag mit ainem geſungen ſelampt vnd ſunſt
geſprochen ſelmeſſen von allen Prieſtern vnnſers Gotshauſs. Jtem wir machen vnd
auch kainerlay Gedinge oder verpentnuſs mit den ſo wir in die berürtten ſant Vlrichs
derſchafft nemen denn all alz gottlich und ſittlich iſt das ſy auch für vns vnd vnſer
pnung der Bruderſchafft lebend and todt bitten vnnſs vnd dem obgenantten vnſerm
zhaus füderung vnd fraintſchafft beweyſen vnd beſunder an dem obgenantten Pawe Jr
fe erzaigent nach iren gutten willen vnd vermügen vnd des alles zu warem Vrkunde.
ſt diſer briefe beſigelt vnd geſeſtnet mit vnſers obgenanten abbt Melchior angehenktem
et Jnſigel der wir der Conuente ditzmals mit geprauchen- Geben auff den hayligen
ferabent nach Criſti vnnſers lieben herrn gepurt. Da man zalt tauſent vierhundert
ıtzig vnd acht Jare.

XVI.

Petri Epiſcopi Auguſtani conceſſio indulgentiarum.

Petrus Miſeracione diuina Tit. Sancti Vitalis ſacro-ſancte Romane eccleſie Preſ-
r Cardinalis et ſancte ſedis Apoſtolice permiſſione Epiſcopus Auguſtenſis ac per vni-
ſam Germaniam dicte ſedis apoſtolice de latere Legatus vniuerſis et ſingulis chri-
fidelibus preſentes noſtras literas inſpecturis ſalutem in domino ſempiternam. Licet
de cuius munere venit vt ſibi a ſuis fidelibus digne et laudabiliter ſeruiatur de
undancia ſue pietatis que merita ſupplicum excedit et vota bene ſeruientibus ſibi
lta maiora retribuat quam valeant promereri Nichilominus tamen deſiderantes do-
o populum reddere acceptabilem et bonorum operum ſectatorem fideles ipſos ad com-
endum ei quaſi quibuſdam allectiuis muneribus indulgenciis ſcilicet et remiſſionibus
itamus vt exinde reddantur diuine gracie aptiores. Sane nuper nobis fuit expoſitum
d dilecti nobis in Chriſto Melchior Abbas et Conuentus fratres monaſterii ſanctorum
ulrici et Afre Auguſtenſis ordinis ſancti Benedicti fraternitatem per ipſorum ante-

ceſſores

ceſſores dudum inſtitutam de cetero perpetuis futuris temporibus ſingulis annis in octaua Penthecoſtes cum vigiliarum decantacione necnon ſequente feria ſecunda cum miſſarum celebracione pro viuorum et defunctorum confratrum memoria habenda peragendam et continuandam erexerunt inſtituerunt. Nos igitur recolentes et premeditantes ſanctum et religioſum exorare pro defunctis et ſaluberrimum fore veniam peccatorum in ſacratiſſimi corporis dominici oblacione et oracionibus ad inuicem impetrare. Ideirco deſiderantes domino populum reddere acceptabilem et eos quorum diuini amoris feruor ac ſpiritus ſancti gracia ad bonum inſpirat allectiuis de thezauro ecclefie muneribus de bono ad melius incitare. Et vt omnes ipſius fraternitatis actus ea caritate qua incepti ſunt continuentur et tam fratres quam alii chriſti fideles vtriuſque ſexus homines eo libencius in exaltacionem tante fraternitatis aſſurgant et ad eam auidius confluant et deuocius aſſiſtant quo ex dono celeſtis gracie vberius conſpexerint ſe refectos de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate ac glorioſiſſime dei genitricis Marie meritis confiſi omnibus et ſingulis vtriuſque ſexus chriſti fidelibus penitentibus et confeſſis qui de ſero vigiliis dicte fraternitatis centum et qui de mane miſſarum officiis interfuerint ſimiliter centum dies de iniunctis eis penitenciis miſericorditer in domino relaxamus et indulgentiam damus perpetue duraturam. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras literas exinde fieri noſtrique ſigilli iuſſimus et fecimus appenſione communiri. Datum Auguſte anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octauo die Iouis nona menſis Iunii Indicione prima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri domini Pauli diuina prouidencia pape ſecundi anno quarto.

XVII.

Henrici Lur ad Melchiorem Stamham epiſtola pro Gymnaſii erectione.

Reverendo patri et religioſiſſimo domino Melchiori Abbati monaſterii ſancti Vdalrici Auguſte domino ſibi ſingulariſſimo Heinricus Lur in decretis licentiatus et in Dillingen plebanus ſeruitutem et in regulari vita bonis operibus habundare. Moyſes cum eſſet Princeps in populo dei Jetro gratanter conſilium admiſit exod. XVIII. et Balaam vocibus aſine acquievit. Numer. 23. ſane reverende pater et ſingulariſſime domine cum quadam triſtitia cogor amore ſancti Benedicti per anſeris calamum vobiscum inire multiplex certamen. Ideo tale premiſi enordium ne hiis auditis rugetis frontem, non latet vos ſcire quomodo qualiterve bene eſſe habui a venerabili monaſterio in Wiblingen ordinis dicti ſancti Benedicti, et ne incurrerem ingratitudinis vicium quod deteſtabile eſt apud deum debitum mutuatum pro ſtudio debite ſolui et in condito perme teſtamento legando eidem monaſterio decretum decretales libros ſententiarum et alia plura volumina ipſum non preteriui. Denique quocies-cunque ſteti inter ſecreciores lacrimas pro felici ſtatu et incremento regularis vite ipſius imo tocius ordinis ſancti Benedicti ea qua potui devocione miſericordem deum orare non ceſſaui et exinde inter multos ordinis eiuſdem profeſſos et me orta eſt felix germanitas ſic quod gaudeo cum gaudentibus et dolentibus condoleo et preſertim ſuper multiplici ruina in ordine facta plus ceteris ventrem meum doleo vt prophetico vtar eloquio Jere. 4to. Perdidit enim ordo non longis retroactis temporibus perſonas res &c. vt optime ſcitis et re[illegible] eſt

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

anima mea et cito in ea ſcaturiebat tacitum murmur, quia nodum ſoluere, nequiui et tacere prorſus erubui, dura fuit, vtraque conditio, ſed de duobus elegi, quod melius videbatur. Deliberacione habita volui et revolui volumina, et tandem inueni in prologo tocius biblie vt ſequitur. Paulinus preſbyter per quendam Ambroſium monachum ſcripſit beato Jeronimo ſignificans ei deſiderium, quod habebat intelligendi ſacras ſcripturas eta ſeculi implicacionibus exeundi, et queſivit vtrum ſine doctore habere poſſet ſacram intellgenciam ſcripturarum. Addixit eciam, quod ut eas poſſit diſcere multum deſiderabat, cum beato Jeronimo conuerſari et conferre, cui reſcripſit beatus Jeronimus per epiſtolam, dicens: Frater Ambroſius &c. que quidem epiſtola preponitur toti ſacre ſcripture tanquam prologus ſeu prohemium generale ad ipſam introductorium, ex qua epiſtola et dictis Hainrici de Haſſia ſcribentis ſuper eadem habetur ſolucio ſuper obiecto, et multa alia ſamoſa dicta, et capitulo 4to dicitur ſancta quippe ruſticitas et modica vel illiterata ſanctitas maxime epiſcopi vel prelatorum. Illa ſolum ſibi prodeſt per ſanctitatem et non aliis per doctrinam et predicacionem et quantum edificat ex vite merito eccleſiam chriſti tantum nocet, ſcilicet occaſionaliter quando iufirmos in fide et moribus exhortacionibus non roborat, nec fama doctrine hereticos terret, ſi deſtruentibus ſcilicet hereticis ypocritis tyrannis et publice uicioſis chriſtianis non reſiſtit. Et infra Daniel in fine ſanctiſſime viſionis ait, iuſtos fulgere quaſi ſtellas et intelligentes, doctos quaſi frumentum vides quantum inter ſe diſtant iuſta ruſticitas et docta iuſticia alii ſtellis alii celo comparantur, quamquam iuxta ebraycam veritatem, vtrumque de eruditis intelligi poſſet. Ita enim apud eos legimus, qui docti fuerint, fulgebunt iuſti quaſi ſplendor firmamenti et qui ad iuſticiam erudiunt multos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Cur Paulus apoſtolus fertur vas electionis nempe quia vas legis et ſcripturarum ſanctarum armarium erat. Sed quare elegit deus primo Petrum et alios piſcatores et indoctos. Reſpondit dictus Hainricus, quod deus ideo fecerit, ne introductio fidei et religionis putaretur humana inuencio, aut attribueretur humane induſtrie ſed fidei primordia aſcriberentur ex toto ſupernali divine gracie. Voluit tamen deus poſtea et paulum et alios doctores in lege et ſcripturis, in quibus chriſtus fuit reuelatus vocare ut Judei videntes eciam doctos in eorum lege ad chriſtum conuerſos non poſſent dicere ſimplices propter ſcripturarum ignoranciam a principio deceptos fuiſſe eciam vt eſſent qui humano modo inducendi et diſputandi Judeos ex lege propria conuincerent. Tunc ibi inflat ſapiencia huius mundi. De ſapiencia huius mundi, que eſt ſtulticia apud deum, non loquimur, ſed de illa, de qua Jacobi primo ibi ſiquis autem indiget ſapiencia poſtulet a deo, qui dat omnibus affluenter, et de illa, de qua dicetur iufra. Etſi ſciencia et ſapiencia quandoque inflat, hoc eſt per accidens. Sunt enim de per ſe de numero bonorum honorabilium primo de anima, qui liber ſic incipit Bonorum honorabilium noticiam habentes, tunc ibi legum loquacitas finis legis et ſecularis poteſtatis eſt, vt mali a malo coerceantur et boni quiete viuant, et finis regentis eſt pax et vnitas et non loquacitas ut in prohemio decretalium Rex pacificus.

Cui inuido et indocto prelato hec pauca ſuper obiecto non ſufficiunt, nec multa proficiunt. Cum itaque reuerende pater hec dicta vera ſint et profeſſi ordinis dei ſerui ſint, et ſeruus alicuius domini tria precipue habet inquirire primo et ante omnia voluntatem ſui domini, vt ei obediat ſecundo dignitatem et bonitatem eius vt ipſum diligat et iuxta magnitudinem ſue nobilitatis et veritatis laudet et extollat. Tercio qui et quales ſint aduerſarii eius vt illis viriliter reſiſtat, et ſe ad illos ſubiectos domino ſuo ab illis liberet et defendat. Cum erga deus ſit vniverſalis dominus omnis creature et homo ſeruus eius ſubiectiſſimus ante omnia predicta tria perſcrutari habet de domino deo ſuo. Sciet autem hec vel ipſius domini

ſui

ſui reuelacione vel operum eius conſideracione. Sciet dei voluntatem de agendis vel omittendis duplici ſtudio videlicet theologico et iuridico theologico in vniuerſali iuridico in particulari. Sciet dei bonitatem, potenciam, ſapienciam et dignitatem duplici ſtudio, vtpute theologico ex ſcripturis et ſtudio philoſophico ex omnibus creaturis et ex naturalibus eius operibus. Talia autem ſtudia de facili non habentur in cella vbi eciam ſunt bella, ſed in conuentibus generalibus ſcolarium et magiſtrorum tum propter maiorem auctoritatem et approbacionem literatorum, tum propter celeriorem inſtructionem, tum tercio propter exercitationem maiorem addiſcencium et ad maiorem digeſtionem et dubiorum diſcuſſionem. Tum quarto propter liberiorem vacacionem. Vnde quidam ſapiens pro diſpoſicione ſtudii ad propoſitum dixit: Mens humilis ſtudium querendi vita quieta ſcrutinium tacitum paupertas terra aliena. Hec referare ſolent multis obſcura legendi verbi gracia mille apes per eſtatem ſimul laborantes ſeu mellificantes comportant plus de melle quam ſi quelibet diuiſim et ſequeſtratim mellificaſſet ymo diuiſim multa periſſent et nullam prouiſionem facere potuiſſent. Hec Hainricus de Haſſia loco predicto, qui de hoc ponit plura exempla. Hic breuiter queritur, quare apud populum Iſrael non fuit ſtudium ſcienciarum liberalium ſiue humanarum, ſed apud gentiles reſpondetur quia futurum erat, quod ex duobus populis ſcilicet Iſraelitico et gentili fieret tandem per chriſtum vna perfecta eccleſia vel congregacio fidelium. Ideo diſpoſuit deus, quod vnus illorum populorum vacaret pure et impermixte vni ſapiencie alter alteri videlicet populus fidelis Iſrahel ſciencie et cognicioni ſupernaturaliter date. Alter populus ſcilicet gentilis vacaret invencioni ſcienciarum naturaliter inuentarum, quarum quia nulla ſine altera humano ſtudio vſquequaque perfici poteſt. Proinde voluit deus, vt in chriſtiano populo, qui perfectiſſimus eſſe debuit, in omni cognicione' et virtute quicquid naturaliter inuentum eſt agentibus, et quicquid reuelatum fuerit ſupernaturaliter Iſrahelitici concurretur, vt ſic fieret vna perfecta fidelium eccleſia chriſtiana.

Reuerende pater! ſi et quia hec vera ſunt, cur cum diuiciis Creſi permiſiſtis ordinem veſtrum ad tam infimum ignorancie ſtatum pervenire, quod quaſi ſuper quolibet conſiliabili oportet extra querere, quod intus habere deberetis, quod non fecerunt Franciſcus et Dominicus, qui ſapiencia et prudencia et glorioſo titulo paupertatis comparauerunt ſibi viros gnaros et ſapientes, qui reſiſtenciam facere poſſent potentibus et abiles eſſent ad regendum mundum. Ideo rogo, moneo et hortor vos tanquam humilis ſeruus ſancti Benedicti, vt mora poſtergata diligenter operam impendatis, vt in ordine erigatur gymnaſium, aut pro quibuldam monaſteriis gimnaſiolum. vt ordo in toto aut in parte ſcienciis illuſtretur, et virtutibus decoretur, vt eius ſuppoſita poſſint et valeant aſcendere gradus ſcale, de qua ſupra et dicetur infra et reſiſtere ordinem exire aut diminuere volentibus quodſi feceritis in loco propinquo mora rupta dabo omnes libros meos in artibus monaſterio Wiblingen pro vſu ordinis et ſtudere violentium et niſi reſolucio corporis mei impediuerit deſcendam tanquam veteranus ad locum talem et ponam fundamentum tale quale apparet in epiſtola nouiter conſcripta de tribus proceſſibus videlicet ſenſus inſellectus et voluntatis mercedem a Deo recepturus.

Inſuper reuerende pater apparet, quod vos et ceteri prelati non ambulatis in linea recti itineris primo in hoc, quod non ſeruatis debitum diligendi ordinem ſecundo, quod anteponitis temporalia ſpiritualibus tercio quod non exercetis officia propterque principaliter eſt vobis prelatura collata. Primum declaratur per londorium ſup. prim. phiſ. queſt. vltim. art. vlt. ubi queritur: vtrum individuum plus diligat ſuam ſpeciem quam ſeipſum, et reſpondetur quod ſic ſed contrarium practicatur per omnes prelatos. Vnde credendum eſt,

quod alcius vociferat prelatus, ſi a lupo de ſuo monaſterio raperetur vnicus porcellus quam ſi ab ordine caderet totus principatus. De ſecundo dictum eſt et dicit beatus Bernardus, quem prelatum dabis hodie, qui non pocius intendat burſis inplendis quam viciis extirpandis. De tercio audiamus aluarum de planctu eccleſie part. prima art. 4to poſt principium dicentem finis ſummi Pontificis eſt eſſentialiter et per ſe populum chriſtianum deducere ad vitam virtuoſam, ad graciam et caritatem in via, vt tandem poſſit peruenire ad gloriam in patria, cum ſit paſtor principalis dominici gregis, quia dicitur ei Joh. vltimo paſce oves meas, ſed finis prelatorum eſt, vbi ipſi omnes errores ſuffocent et erronia eorum doctrina comprimant, ne populum ſimplicem pſeudoprophete per ſimulatam ſanctitatem ſeducant. Concordat de Epiſcopis racionale diuinorum parte ſecunda ante finem. Debent igitur prelati erudire ſubiectos, et deo reddere populum acceptabilem apperiendo miſteria ſcripturarum. Petro enim et ſucceſſoribus eius precipitur ducere in altum rete et in profundum ſacre ſcripture intelligenciam in capturam hominum. Et hii ſunt veri prelati, qui ad hoc tantum laborant, vt plures ſecum ad deum trahant, quos delectat onus et non honor caritatis, non poteſtas exemplo apoſtoli dicentis: Cum eſſem liber, in omnibus omnium me ſeruum feci, vt plures lucriſacerem. Reverende pater, ſi hec perpenditis, et in vosmetipſos deſcendetis et fodetis conſciencie parietem inuenietis vos multum declinaſſe a linea recti itineris et negligenciam commiſſiſſe. Attuliſtis enim ad ordinem competentem ſcienciam et in eodem ſtuduiſtis hyſtoriarum intelligenciam, et poſtquam fuiſtis vocati tanquam Aaron ad prelaturam effudiſtis publice eandem predicando imprimis paſſionem noſtri iheſu chriſti, ſed poſt ſpacium temporis reſpexiſtis retro et eandem ſcienciam et hyſtoriarum intelligenciam clamore effudiſtis in tabulis et privatis colloquiis, ita quod hodie vociferant emuli, quod in vobis ſit quedam verboſitas et repentinum incendium et quod reliquiſtis maximum bonum et optimum donum, ſcilicet officium predicacionis cum ceteris prelatis, qui ſimplices et inexpertos deputant ad ambonem, qui clamant de alto, ſicut rane in egypto. Quomodo autem ſeminare verbum dei ſit maximum bonum; audiamus Richardum in libro de zelo animarum dicentem: Neſcio, ſi poteſt homo a deo aliquid in hac vita maius accipere: Ignoro, an poſſit hac gracia maiorem aliquam deus homini conferre, quam vt eius miniſterio peruerſi homines in melius reformentur, vt de filiis diaboli filii efficiantur dei an forte cuiquam maius videbitur eſſe mortuos ſuſcitare. et infra. O qualis dos quanta dignitas talem a domino graciam promereri, vt per paſtorum miniſteria oues cum paſtoribus ad eternam poſſint gloriam peruenire. Vnde ad propoſitum beatus Auguſtinus exponens illud Joh. 14. Maiora horum faciet, dicit, quod maius opus eſt, vt ex impio fiat iuſtus, quam creare celum et terram, que verba exponit S. Thomas in ſcripto 4ti diſt. 17. et doctores. Q. maius et melius eſt quantum ad illud, quod ſit ſcilicet bonum gracie, quod eſt maius quam bonum nature. Juſtificatio enim impii terminatur ad bonum eternum, ſcilicet diuine participacionis et hereditatem eternam, ſed creacio celi et terre terminatur ad bonum nature. Et ad propoſitum dicit beatus Euſebius in epiſtola de morte b. Jeron. qui ſcit et non predicat tenere domino reddere racionem. Cum enim iuxta beati Johannis ſententiam, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, et qui habuerit ſubſtanciam mundi, et videbit fratrem ſuum neceſſitatem pacientem et clauſerit viſcera ab eo, quomodo manet in eo caritas dei. Quanto magis, qui viderit fratrem ſuum erranten et mortalibus oppreſſum criminibus et miniſtrauerit verbum doctrine, ille, qui doctus, eſt homicida et ſine caritate eſt. Qui igitur in ſeminando verbum dei negligens repertus fuerit, habet timere in die ire dicat cum Yſaia c. 6. ve mihi, quia tacui. Hec de dote et dignitate predicancium.

Sed

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

in alium, vt docet diuina ſcriptura, que a monte ſynai exordium habuit, quam diuina benignitas mortalibus contulit, et ipſam de celo ad terram dimiſit, vt homines per eam tanquam celeſtem ſcalam a terra ad celum aſcenderent. Ob hoc enim deſcendit ſapiencia, que theologia dicitur de celo in terram, vt omnia que in terris ſunt, aut aguntur ſpiritualibus et celeſtibus coaptarentur. Hanc ſapienciam diuinam et magiſtram omnium ſcienciarum cum ſuis pediſſequis ab ordine excluſiſtis, et iam longo tempore nullum ad eius ſcolas miſiſtis Jeſabel matre parcitatis prohibente et inuidia dyaboli cooperante, quam ſapienciam Salomon rex pacificus ſe ſuper ſalutem et omnem pulchritudinem dilexiſſe fatetur, et cum ea bona ſibi pariter omnia veniſſe congratulatur, quam eciam et literarum ſcienciam apecierunt auide plures famoſi et religioſi. Vnde dicit iuriſconſultus, ſi ſcirem me cras moriturum et vnum pedem in ſepulchro tenerem adhuc ſtudere vellem. Et ſanctus ille eunuchus, de quo in actibus apoſtolorum c.8. qui aulam regiam relinquens ab ethiopia et de finibus mundi ad templum Jeroſolimis venit, et tantus amator ſapiencie et diuine legis extitit, vt eciam in vehiculo literas legeret ſacras. Notanda ſunt interrogacio Philippi Apoſtoli et reſponſio eunuchi dicentis, quomodo poſſum ſemper intelligere, ſi non aliquis oſtendet mihi.

Ex hoc ſequitur, quod Sapiencia et ſacra ſcriptura requirit doctores, quos prelati et ſibi pares odio habent, quia timent, quod archa declinante oza apponat manus ad erigendum et corrigendum. Cum autem, vt premiſi ſpecies plus ſit diligenda quam indiuiduum, et plus bonum commune quam priuatum. primo Ethic. Iterum et iterum uos vt reuoluto n antello de cetero non vociferetis in ſcholaſtico aut alio certamine cum latrantibus contra ſtudium ac erectionem gimnaſioli, quia talis erectio erit ſancta et ordini perutilis atque glorioſa. Trepidant tales clamantes timore, vbi non eſt timor et dum timent pruinam veniet ſuper eos nix. Veruntamen fateor, quod prelati poſſint perſonas ad vniverſitatem mittere, et ibi eas perdere. Sed quid eſt hoc dicere prelati multos in monaſteriis perdiderunt, quia inibi perdide vixerunt et furtiuis greſſibus ab eis receſſerunt. Oportet tamen talia deo committere prudenter agere et vtilem rem non omittere. Nunquam enim nauigabit per equora, qui ſemper expectat ne mare concitetur in procellam. Alii ordines, vt Ciſtercienſes habent collegia et domus, quibus preeſt prior ac vir prouidus, in quibus non eſt talis timor, et excuſacio calua ac minus iuſta. Facite igitur, reuerende pater! iuxta ſcripta in quibus ſi vos leſi, non moleſte feratis, quia vos diligo et carior eſtis mihi, me in hac preſcripta re attento eciam quod meliora ſunt vulnera diligentis quam fraudulenta oſcula odientis reducentes ad memoriam verba exordii preſentis epiſtole. Et quod Dauid rex et propheta Natan minoris prophete increpacionem humiliter ſupportauit, er perpendens dictum beati Gregorii in moralibus dicentis, qui ea, que dei ſunt, neſciunt a domino neſciuntur. Paulo atteſtante, ſiquis ignorat, ignorabitur. Erit hec erectio imprimis deo accepta erit ordini ſancti Benedicti glorioſa erit prelatis et profeſſis vtilis et ſalutaris. Bene valeat dominus meus et altiſſimus, prout ego ſupplex oro faciat ipſum feruencius in remocione ignorantie ab ordine laborare, et in vita regulari proſperis ſucceſſibus habundare. Ex Dillingen ipſo die lune ante feſtum ſancti viti anno domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tercio.

XVIII.

Charta visitationis San. Vlricanis a Petro Episcopo data.

Petrus dei et apostolice sedis gracia episcopus augustensis &c. religiosis nobis in isto sincere dilectis abbati et conuentui monasterii S. Vdalrici et Afre Auguste nobis no iure subiectis salutem in domino. Pastoralis nobis iniuncti officii cura requirit, circa subiectos nobis precipue religiosos ac deo dicatos eorumque loca vigili studio orantes in agro dominico boni agricole nomine nunc vepres et frutices euellamus, sic querentes salutem animarum salutaria iuxta sanctorum patrum statuta disponamus, vnusquisque in domo domini prout potest conuersetur. Hinc et quod vos presertim a sancti Benedicti obseruanciam regularem, cui deo auctore vosipsos sponte vestra ncipastis relinquentes propriam alterius subiistis voluntatem in altissima humilitate ac pertate spiritus creatori vestro seruire cupientes, quam plurimam solicitudinem ha- tes de vestris conuersacionibus diligenter inquisiuimus illas in domino plurimum com- ndamus. Vt autem huiusmodi vestra conuersacio plus in dies vigeat ac regularis obseruancia apud vos incepta et aliquandiu continuata feruencior ac stabilior per- at infra scripta vobis pro vlteriori incremento, atque profectu tocius Mandantes icte. vt ea omnia et singula studeatis efficaciter quantum in vobis fuerit adimplere n contrafactores indubie seueritati ecclesiastice dante domino subiciemus.

Imprimis volumus et statuimus, vt abbas prefatus de expositis et receptis genera- n declaracionem faciat, et statum monasterii exponat his, quos ad hoc deputauimus, conuentui prefato ac deinceps simul futuris annis quolibet anno calculum et racio- n conuentui vel maiori parti eiusdem faciat. Item quod cellarium nunc de conuentu putatum, seu in posterum deputandum in singulis monasterii negociis tractandis bbas sibi assumat, et de his eum facere permittat, vt in futurum monasterii status elius sciatur, et vsque ad visitacionem futuram dei auxilio per nos personaliter faciendam, i eciam cellario per abbatem pro conuentu singula sufficienter disponantur et ordinentur.

Vt eciam regularis obſeruancia validius firmetur et diuinus cultus augeatur, ac fratres monaſterii in abbate et patre ſuo tanquam ſpeculo videant, qualiter eos opporteat conuerſari volumus, vt deinceps dominus Abbas frequencior in choro et refectorio, ac circa alia regularia vigilet et inſiſtat. Item quod in arduis negociis monaſterii abbas de cetero ſui conuentus conſilio vtatur, in minoribus autem fratrum aliquorum de conuentu. Item ſtatuimus, quod cum familia ſua abbas ordinet et ſemper diſponat, vt fratres de conuentu honeſte tractet, ac eis tanquam membris ſui corporis debitos honores et reuerenciam exhibeat. Item ordinamus, ut infirmitorium, veſtiarium et bibliothecam omnino fieri permittat, diſponat et aptet iuxta ſtatuta regule ſancti Benedicti et ordinacionem ac obſeruanciam debitam et regularem. Et quia non nunquam fratres iuxta regulam prefatam pro ſuis exceſſibus ſunt puniendi, volumus vt carceres monaſterii fiant, qui pocius pro cuſtodia, quam tam dira maceracione corporum inſtituti videantur, vt pro leuioribus culpis acrior reddatur vindicta. Item volumus, vt hoſpites aduenientes iuxta regulam beati Benedicti ſuſcipiantur et tractentur. Statuimus, vt omnino plures perſone eccleſiaſtice pro regulari obſeruancia ſuſcipiantur et incorporentur, vt ipſa etiam obſeruancia clericalis firmius roboretur. Volumus demum, vt fratres ſuo abbati in ſingulis obediant, eum reuerenter petractent et voluntati ſue in regularibus iuxta ſancti Benedicti regulam omnino ſe ſubiciant. Hec igitur omnia predicta volumus et mandamus inuiolabiliter obſeruari, prout et de hiis et ſuper his omnibus et ſingulis propriam noſtram viſitacionem in breui dei auxilio inſtituendam inquiremus ac contrafacientes auctore domino iuxta ſanctorum patrum dicta vlcione debita percellemus. In cuius rei teſtimonium &c. XVIII. Aug. 1445. *).

*) Viſitatio iſta Joanne de Hohenſtein Abbate monaſterii claues tenente, ſub quo tam prouincialium ord. S. *Benedicti* capitulorum decreto, quam Petri Epiſcopi Auguſtani iuſſu tum in regulari diſciplina, quam oeconomico ſtatu monaſterium reformatum eſt, inſtituta eſt.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

perſonis per quenis alia eciam ipſis ſpecialiter ſpecifice et expreſſe forſan derogi noſtra et dicte ſedis literas et priuilegia niſi ſub certis modis formis ſpecificacionibu denominacionibus plene et debite expreſſis vel non expreſſis derogari nequeat nec rogatum eſſe cenſeatur, vim et effectum forſan habentibus per nos aut dictam ſe eciam motu ſimili et ex certa ſciencia hactenus facta ſeu conceſſa, et de cetero fo facienda et concedenda nullatenus emanaſſet, ſeu de cetero emanaret, quorum omn tenores acſi de verbo ad verbum inſerti forent preſentibus haberi volumus pro expı et que ex nunc prout ex tunc effectui preſencium preiudicant ſeu preiudicare poſ vel in futurum poſſent pro nullis et inſertis haberi volumus illis alias nec in ſuo rol permanſuris plenam et liberam auctoritate apoſtolica et certa ſciencia tenore preſenc concedimus facultatem non obſtantibus permiſſis omnibus ac conſtitucionibus et ord cionibus apoſtolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Fabriani Cameri dioec. anno incarnacionis dominice Milleſimo CCCC. L. II. Idus Auguſti Pontific noſtri anno quarto.

V. I. O. G. D.

CONSPECTVS
QVINTI VOLVMINIS.

- XV. Reginbaldi Moehneri opera hiſtorica, genealogica, heraldica &c. p. 1 — 76.

I. Fuggerorum Familiae origo et progreſſus. p. 78.

II. Joan. Naſs Genealogia Fuggerorum. p. 83.

III. Fraternitas Ss. Vdalrici et Afrae. p. 85.

. Auguſtani ſancti Car. Stengelii Monaſteriologia, Bauaria S. p. 86.

Ioan. Trithemii: Bernardi Monachi: Ioan. de Palomar Tractatus de eſu Carnium: Henrici Lür Epiſtola ad Melch. Stamham de Gymnaſii erectione &c. p. 88.

et XXII. Receſſus Capitulorum prouincialium Ord. S. Ben. p. 90 — 92.

II. Benedicti XII. P. Conſtitutiones. p. 93.

V. Georg. Abbatis Faucenſis liber de Reformatione &c. ibid.

/. Ioan. Trithemii quidam Tractatus. p. 94.

/I. Dauidis Franciſcani Tractatus de reformatione ex - et interioris hominis: Modus viſitandi monaſteria: de Reformatione monaſteriorum. p. 95.

/II — XXXV. Ceremoniae et Conſuetudines monaſticae. p. 95 — 99.

XVI. Ioan de Deo Margarita Decretalium, deClemente Papa VIII. Bulla aurea &c. p. 99.

XVII. Landrecht. p. 100.

XVIII — XLI. Hiſtoria Lombardica et Sanctorum vitae. ibid.

. Ioan. de Mandeuilla Iter S. p. 102.

XLIII. S. Catharinae de Senis, S. Conradi Epiſcopi, Bernardini Senenſis Vitae &c. ibid.

XLIV. Legenda Sanctorum. p. 104.

XLV. Paſſio ſanctorum, Columbani, & Attalae Abbatum Vitae. Vita & Paſſio S. Albani. Paſſio & Translatio S. Marci Euangeliſtae. S. Priminii Epiſc. Vita. Forma profitendi in monaſterio Augienſi &c. p. 105.

XLVI. Acta Sanctorum. p. 107.

XLVII. Vitae Patrum, & Bedae Martyrologium. ibid.

XLVIII — LI. Quaedam S. Auguſtini Opuſcula. p. 107 — 109.

LII — XCI. Diuerſa Opuſcula aſcetica theologica, iuridica, philoſophica &c. p. 109—122.

Adpendix hiſtorico-diplomatica. p. 123.

NOTITIA

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

REVERENDISSIMO

PERILLVSTRI AC AMPLISSIMO

SACRI ROMANI IMPERII

PRAELATO

DOMINO, DOMINO

GREGORIO

IN

LIBERO AC IMPERIALI

ORDINIS S. BENEDICTI

MONASTERIO,

AD

SS. VDALRICVM ET AFRAM

AVGVSTAE VINDELICORVM

ABBATI

VIGILANTISSIMO

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS

CONSILIARIO

AC

SACELLANO

PERPETVO

PATRI SVO OBSERVANDISSIMO

DOMINO, DOMINO

PERQVAM GRATIOSO.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

et in Te non iam discipulum, sed magistrum versatissimum, profundissimumque suspicerent, et depraedicarent, omniumque votum ad Theologiae dogmata publice explanandi gradum Te a superioribus promoueri expeteret.

Ast non est hominis sensus contra sensum Domini. Quippe iste Te non Doctorem, sed animarum Pastorem inscrutabili suo iudicio esse voluit. Ideo in parochiae nostrae adiutorium, mox studiis absolutis, es vocatus: tunc Diemantsteinii animarum cura Tibi fuit demandata, et tandem domum reuocatus, Parochi munere Augustae fungi iussus es. Vbique te Pastorem vigilantissimum, solert·ssimum, zelosissimum, discretissimum, omnique numero absolutissimum exhibuisti. Iuuentuti prima christianae religionis dogmata, morumque regulas omni mansuetudine enucleare, et instillare, aegrotos die noctuque, quin Tuae quieti et sanitati parceres, visitare, moribundis adsistere, errantes corrigere, et ad saniorem reducere mentem, dissentientes componere, maestitia, tribulationibusque oppressos consolari, summa prudentia studuisti; idque per tot annorum decursum tam admiranda animi patientia sustinuisti, vt nullus alia de re Te querentem audierit, quam quod occasio oues Tibi commissas diuino verbo e cathreda pascendi, et confortandi Tibi fuisset sublata. Tandem Tuus ardentissimus animarum zelus Dedecessoris Tui aures apertas, fauentesque inuenit, et primus e nostris cathedram ascendens, magna populi multitudine accurrente, insigni fructu diuinum verbum in audientium disseminasti corda. Patre, ac Pastore nostro aeternitatem adeunte, Pastor perfectissimus, fratrum Tuorum Pastor renuntiatus es, omnesque animas suas Tuae curae, Tuaeque pastorali sollicitudini demandarunt.

Pasce itaque *Reuerendissime Praesul*, pasce Tuos scientiarum disciplina, quae, vt ait *Euagrius* Monachus, *vnicum totius monasticae disciplinae propugnaculum est, quo semel sublato, extemplo in hostium suorum manus misere traditur, qui ceu latrones eam subinde depopulantur: conuersationem monasticam custodit scientia, qui autem ab ea discedit, incidit in latrones.* Idem adfirmat magnus *Mabillonius* dicens: *Nisi enim primigenius religionis feruor literarum*

studiis

ſtudiis foueatur, ſenſim degenerat in ſupinam, craſſamque ſocordiam, qua virtus marceſcit, hebetatur animorum vigor, mores etiam, inaduertentibus nobis, defluunt, diſciplina relaxatur, religio corruit, inualeſcunt euagationes: hinc inquietitudines, et omnis inde malorum lerna profluit. Perge librorum armarium conſeruare, in Tuis ſcientiarum amorem inflammare, ſtudia alere, et promouere. Ita noſtris praecipue temporibus S. *Benedicti* regulam profitentibus adclamant tum ſtatus eccleſiaſticus, tum policitus, qui iam non poſtulant, vt paludes exſiccent, loca inculta et aſpera ſubigant, propriisque manibus ſibi victum quaerant, ſed potius, ſua liberalitate, piaque munificentia redditibus ad ſuſtentationem ſat ſufficienter paratis, ab eis requirunt, vt tum domi, tum foris iuuentutem in omni ſcientiarum genere erudiant: eccleſiae religionis chriſtianae ſatores, ac defenſores reddant: reipublicae viros, qui eiusdem emolumentum curare, iuraque defendere ſciunt, procreent; paſtorali fungantur munere: diuinum verbum diſſeminent, ſolidasque ſcientias, quae noſtro praecipue aeuo volantibus futilibusque illis pagellis ſenſim deficere, ac in denſiſſimas abire tenebras coeperunt, in monaſteriis ſaluas tectasque conſeruent, illisque nouam accendere lucem, omnem impendant operam. Vale, et Tuum filium paterno fauore, et perenni beneuolentia fouere digneris. Dabam ex noſtro Libero ac Imperiali Aſceterio XIII. Octobris anno reparatae ſalutis M.D.CC.XCV.

REVERENDISSIMAE AC GRATIOSAE
AMPLITVDINIS TVAE

FILIVS OBEDIENTISSIMVS
PLACIDVS BRAVN
ARCHIVARIVS ET BIBLIOTHECARIVS.

CONSPECTVS
SEXTI VOLVMINIS.

I. Bernardi Guidonis Catalogus Rom. Pontiff. Impp. Genealogia Regum Francorum, Comitum Toloſanorum &c.
II. Hiſtoria Caeſarum. p. 2.
III. IV. S. Maximiliani Ep. et Mart. vita. p. 41. 42.
V. Petri Wagner Congeſtum Monachorum illuſtrium. p. 42.
VI. Leonardi Wagner liber centum diuerſarum ſcripturarum. p. 45.
VII. Necrologium et Regula S. Benedicti. p. 47.
VIII. Leonardi Wagner Aduerſaria. p. 57.
IX. Concilium Baſileenſe. p. 58.
X. Collectio documentorum ad Concilium Baſileenſe. p. 60.
XI. Ioan. de Ragusio: Aegidii Carlerii: Henr. Kalteiſen et Ioan. Polemar orationes contra Huſſitas in Conc. Baſil. p. 63.
XII. Orationes et collationes in Concil. Conſtantienſi habitae. p. 64.
XIII. Epiſtolae Card. Viſconti ad Carol. Borromaeum ex Conc. Tridentino. p. 65.
XIV. Sebaſt. Donner ſermones et epiſtolae. p. 67.
XV. Io. Frid. Ducis Wirttenberg. diarium. p. 68.
XVI. Caſp. Bruſchii monaſter. Germaniae Centuria 2da. p. 69.
XVII. Elucidarium: S. Onuphrii vita: Hiſtoria de Comitibus de Kyburg: Forma Anniuerſarii Caroli Craſſi: decisi pro monaſterio Augienſi &c. p. 70.
XVIII Epiſtolae ad Corb. Khamminm. p. 71.
XIX. Carmen de Mahomet: Petri Alphonſi tractatus de diſciplina clericali. p. 80.
XX. Macer de virtutibus herbarum. p. 83.
XXI. Officium B. V. et Pſalmi poenitentiales. p. 85.
XXII Sermones quadrageſimales &c. p. 86.
XXIII. Aeneae Siluii lib. de miſeria Curialium et Geſtenſis Palpaniſta. p. 87.
XXIV. S. Benedicti regula &c. ibid. 88.
XXVI. Steph. Pariſ. expoſitio regulae S. Bened. ibid.
XXVII. Bernardi Caſſin. expoſitio S. Reg. p. 89.
XXVIII. Poggii epiſtolae. p. 90.
XXIX. Heur. Lür tractatus de paſſione D. oratio et epiſtolae. p. 92.
XXX. Hiſtoria Troiana et Auguſtana.
XXXI. C. Saluſtii hiſtoria, et Ciceronis epiſtolae. p. 95.
XXXII. Naturbuch. ibid. et 96.
XXXIII. Pii II. Epiſtola ad Turcarum Principem &c. ibid.
XXXIV. Aluicii Mocenigo itinerarium. ibid.
XXXV - XCV. Scripta aſcetica, theologica, iuridica, ſcripturiſtica &c. p. 97 - 112.
XCVI. Formularia pro Notariis et Conſiſtorialibus, inter quae diuerſa documenta reperiuntur. p. 112.
XCVII. V. Bedae liber de digitorum loquela et Formularia pro Conſiſtorialibus. ibid.
XCVIII. Sisgorei carmina. ibid.
XCIX Inſignia omnium regnorum &c. p. 113.
C - CVI. Scripta philoſophica, aſcetica, theologica.
CVII. Schwabenſpiegl. p. 115.
CVIII. Sigsmunds Kaiſer Reformation &c ibid.
CIX. Io. de Giltlingen ſermones capitulares. ibid.
CX. Viſitandi monaſteria ordo. p. 116.
CXI. Proceſſio Monachii inſtituta. ibid.
CXII. Proclamatio SS. Reliquiarum Auguſtae facta. ibid.
CXIII. Deſcriptio Reliquiarum ibid.
CXIV. Renouatio Fraternitatis SS. Roſarii &c. p. 117.
CXV. Regula, vita et translatio S. Bened. &c. ibid.
CXVI. Speculum humanae ſaluationis &c. ibid.
CXVII. Io. Trithemii Polygraphia. p. 118.
Adpendix. p. 119.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

„ceſſerunt. ac de imperatoribus romanis regibusque francorum a domino iheſu chriſto „uſque ad apoſtulatum veſtrum collectum pariter et excerptum ex ſilua plurium croni- „corum tractatuumque atque geſtorum tam priorum temporum que fuerunt ante nos „quam et modernorum de hiis que in diebus noſtris in noſtro climate euenerunt. San- „ctitati veſtre offero. In quo ſi quid gratum uobis fuerit gracias ago deo a quo fluunt „omnia munera graciarum. Si vero quod uere vereor minus conueniens minusque con- „gruum minus aptum aut alias defectiuum repertum fuerit in eodem mee inſufficiencie „imputo et aſcribo et ſuppliciter veniam peto et obſecro corrigi et ſuppleri. Det deus „omnipotens uobis in cunctis bene agere longamque ac felicem vitam ad ſui gloriam „et exaltacionem fidei ac eliminacionem labis heretice ſecundum ſancta deſideria cordis „ueſtri. Datum Auenione VII. ydus Auguſti completis annis II'I. a creacione pontifica- „tus ueſtri. nec minus nec amplius vna die anno domini M. CCC. XX.“

Poſt haec leguntur ſequentia: *Incipit prologus in ſequentem librum qui intitulatur flo- res cronicorum ſeu Catalogus pontificum romanorum.* Meretur profecto, vt ob lectorum eruditorum oculos ſiſtatur.

„Romanorum Pontificum nomina et tempora quibus chriſti eccleſie prefuerunt. nec- „non inſignia geſta et notabilia facta que ſub eorum temporibus euenerunt ſcire ge tiens „tractatorum hyſtoriographorum et cronicorum ſepe perlegi libros et opera ac geſta paſ- „ſionesque ſanctorum a quibus ipſorum pontificum, nomina et tempora ſepius commemo- „rantur deſiderans in cunctis et ſingulis veritatis certitudinem plenius inuenire. preci- „pue propter multam ac nimiam diſſonanciam uarietatemque temporum quam reperi „in diuerſis cronicis annorum menſium et dierum. necnon et rerum geſtarum que ut „reor plerumque contingit propter vicium ſcriptorum. Interdumquoque propter diuerſi- „tatem poſicionum et opinionum eorundem ſcribencium tractatorum Inter que fluctans „animo ſepe et multum mecum cogitans et pertractans quid amplius tenendum ſequen- „dumque foret tanquam verius. uiam elegi quam ſciui et potui tuciorem et in huiusmo- „di varietate quin ymmo et contrarietate incerta nimie aſſererem. nec non ſcripta ab „antiquis temerarie iudicans diffinirem. Vbi uero omnis aut plures fide digni vnum „idemque conſcriberent et ſentirent. Ego quoque conſentirem in idem conſona ratio- „ne ſequendum fore. Illud pocius arbitratus quod exemplariorum multitudo in fidem „traxit. Vbi autem aliud tanquam contraria concreparent utrumque ſub diſiunctione po- „nerem lectoris electioni et iudicio relinquendo ut in ſequentibus apparebit. Sicque ille „qui per agri pleni ſeu prati floridi latam gratamque planiciem ſpaciando florum uenu- „ſtate gratiſſima delectatus nunc iſtos nunc illos eligendo colligit flores in vnum copu- „lans manipulum manus ſue. Ego quoque conformiter perlegendo flores colligerem mul- „tis ex libris et cronicis faciam unum gratum faſciculum ex eisdem. Nunc flores ro- „ſarum martirum. Nunc lilia conuallium virginum. Nunc doctorum violas. aliorumque „iuſtorum necnon regum et principum et virorum illuſtrium flores uarios memorias ſci- „licet cum laudibus redolentes in locis ſibi competentibus in preſenti opere conſcribendo. „Spinas quoque ac tribulos et vrentes urticas quorundam principum huius ſeculi tyran- „norum. Inter hos flores medios qui inter ipſis odorem ſuum diffuderunt. Aut paſſi „ſunt ab eisdem conſcribere calamo fuit corueniens. manumque ad eos apponere non „horrui in hoc libro ut ex hoc cercius rerum geſtarum tempora notarentur. et amplius „redolerent et clareſcerent merita iuxta ſe poſita ſingulorum. Cum hinc bonorum odor

„uite

„nite in vitam dulcius diffunditur et sentitur. Illinc vero malorum pro suaui odore se„tor mortis in mortem dignam dei in ipsis predicat ulcionem. et utrisque timor et amor „dei in legentibus et intelligentibus gignitur et unitur. Hoc autem scire conuenit in „presenti quid refert inter hystoriographum et cronographum quia illius est maxime re„rum gestarum hystoriam et ordinem ad plenum per singula conscribere. Istius vero „temporum principaliter connotare et succincte transcurrere memoriam ac hystoriam rei „geste Cronographiam igitur non hystoriographiam in sequentibus prosequendo. Ego „Fr. Bernardus Guidonis de ordine predicatorum auctoritate sedis apostolice inquisitor „labis heretice in partibus tholosanis meum assumpsi exordium ab illo qui est principium „et finis omnium dominus ihesus christus usque ad apostolatum domini iohannis pape „XXII. excerpens ex libris maxime originalibus quandocunque eos potui reperire. plu„rium cronicorum gestorum quoque sanctorum aliorumque tractatuum diuersorum. In „quo quidem opere lectorem habere desidero tam beniuolum interpretem quam liberum „correctorem.

Prologum istum alter sequitur, quo finito, legitur: *Incipiunt flores cronicorum seu cathalogus pontificum romanorum.* Agitur primo de Cardinalium origine, ecclesiarumque tituli enarrantur: deinde de *Jesu Christi* Saluatoris nostri vita, passione et morte tractatur. Denique incipit catalogus a primo ecclesiae capite S. *Petro.* Fit praecipue ecclesiarum in Gallia a quibusdam discipulis fundatarum memoria. S. *Linum* vti et *Cletum*, viuente adhuc S. *Petro*, ecclesiam rexisse dicitur. Sub isto Ierosolyma deuastata est. Martyrio coronam adeptus, *Tito* imperante, vel anno domini 81. vel 82. aut 83. *Cletus* rexit ecclesiam annis XI. iuxta *Vsuardum* vero XII. *Domitiano* imperante anno XLII. vel XLIII. martyr occubuit. Peregrinationem ad limina apostolorum commendasse asseritur. *Clementi* a S. *Petro* ecclesiae regimen fuisse commendatum, ast primum, mortuo *Cleto*, id adsumsisse traditur Agitur de *Joanne* Euangelista. Anno tertio imperii *Traiani* in mare submersus obiit. In eius locum suffectus est *Anacletus* Athenienſis, qui diuersus est a S. *Cleto*. Hic sub *Traiano* circa annum dom. 110 vel 111. martyrio coronatus est.

Euaristus natione Graecus sedit annis X. aut XI. martyrio coronatus anno 121.

Alexander I. natione Romanus sedit annis X. Constituit aquam cum sale benedici: item Canoni missae addidit: qui pridie quam pateretur, et vt aqua vino misceretur, ordinauit. Passus est anno dom. 129.

Sixtus I. Annis X. ecclesiam rexit. Constituit, vt Sanctus ter in missa diceretur: vt sacra mysteria nonnisi a ministro tangerentur: vt corporale ex lino fieret &c. S. *Peregrinum* Episcopum in Galliam misit

Telesphorus Graecus claues accepit an. 129. Sedit an. XI. m. III. d. XXII. iuxta *Damasum* an. X. mens. III. D. XXII. Constituit, vt missa ante tertiam non cantetur, in Natali domini tres missae dicantur, et septem hebdomatibus ante Pascha ieiunium seruetur.

Higinus Graecus natione *Telesphorum* sequebatur. Vt baptismo vnus patrinus vel vna patrina interesset, praecepit Constituit quoque, vt nullus Metropolitanus, excepto summo Pontifice. Episcopi causam audiat Sedit. an. IV. mens. III. d. VI.

Pius natione Italus an. 141 tiara decoratus, sedit annis XI. mens. IV. d. XXI. Sub isto floruit *Hermes Pastor* dictus. S. *Polycarpus* Romam venit.

Anicetus natione Syrus an 165 ecclesiae gubernacula obtinuit, eaque XI. an. mens. III. D. IV. tenuit. Clericis barbam et comam nutrire prohibuit. Constituit, vt Episco-

pus nonnisi a tribus episcopis consecretur, archiepiscopus vero omnibus comprouincialibus praesentibus. Claruit S. *Irenaeus* Lugdunensis Episcopus. Quarta persecutio in christianos efferbuit.

Sother natione Campanus, qui constituit, vt nulla monacha pallas sacratas tangat et vt velum portet: vt legitima non habeatur vxor, nisi per sacerdotem benedicatur, et a parentibus solemniter tradatur. Sedit an. IX. m. VII. d. XXI. Haeresis Cataphrygarum orta est. Floruit *Hegesippus* historicus.

Anno 184. iuxta alios 183. *Eleutherius*, natione Graecus Papa renunciatus, sedit an. XV. m. VI. d. V. Rex Britonum *Lucius* ba tismatis fonte ablutus est. Ordinauit, vt nullus a suo gradu deiiceretur, nisi prius sit accusatus.

Victor, qui natione Graecus, iuxta alios Afer, sedit annis X. mens. II. d. X. Constituit, vt Pascha die dominica post decimam quartam lunam celebretur. Item vt in casu necessitatis in quauis aqua quis baptizari debeat. Sub isto *Clemens* Alexandrinus florebat. Quinta persecutio fuit a *Seuero* Imperatore excitata, in qua etiam *Victor* martyrii coronam obtinuit anno dom. 209. V. cal. Augusti.

Victori successit *Zephyrinus* natione Romanus, qui an. IX. men. VI. d. X. sedit. Ordinauit, vt omnes christiani annorum duodecim in die Paschae Eucharistiam sumerent. Item vt omnia vasa altaris vel essent vitrea vel stagnea. Floruere hoc tempore *Symachus* et *Origenes*.

Calixtus natione Romanus anno 218. sedem apostolicam ascendit, seditque an. V. men. II. d. X. Aedificauit in regione Transtiberina basilicam B. V. M. et cemeterium in via Appia. Constituit ieiunia quatuor temporum.

Ei successit *Vrbanus* I. natione Romanus. Sedit an. VIII. men. XI. d. XII. iuxta *Damasum*. *Origenes* eruditione insigni claruit.

Pontianus patria Romanus sedit an. V. m. II. d. II. iuxta *Damasum*, vero an. IX. men. V. d. IX. Floruit *Iulianus* Africanus historiographus. Isti *Cyriacus* successisse dicitur; ast in *Damasi* catalogo haud insertus.

Anterus natione Graecus sedit an. III. men. I. d. XV. iuxta *Damasum* et *Vsuardi* martyrologium an. XII. men. I. d. XII. Constituit, vt episcopi sedes mutare possent: item vt martyrum gesta adnotarentur.

Fabianus natione Romanus praefuit ecclesiae an. XIII. m. XI. d. XI. iuxta alios an. XIV. Septem diaconis regiones diuisit, qui a notariis martyrum gesta colligerent. Constituit, vt singulis annis in coena domini chrysma renouaretur, et vetus combureretur. *Decius* Imperator christianorum persecutionem excitauit.

Fabiano in ista persecutione martyrio coronato, successit *Cornelius* Romanus, qui III. an. m. II. d. X. ecclesiae praefuit. *Nouatiani* haeresis originem sumsit. *Cornelius* primum Centumcellas pulsus, denique decollatus martyr effectus est.

Lucius natione Tuscus, iuxta alios Romanus sedit an. III. m. III. d. III. Hic statuit, vt duo presbyteri et tres diaconi propter testimonium ecclesiasticum episcopum non deserant. *Origenes* obiit. *Lucius* sub *Valeriano* Imperatore capite truncatus est.

Anno 258. in istius locum suffectus est *Stephanus* natione Romanus, qui sacerdotibus et Leuitis sacras vestes in quotidiano vsu gestare prohibuit. Sedit an. IV. m. II. d. XV. iuxta *Damasum* an. VII.

Sixtus

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Liberius Romanus an. X. m. VII. d. III. ſedit. Pro fide a *Conſtantio* in exiliũm pulſus eſt. Reuocatus haereſin Arianam ſubſcripſiſſe dicitur. Ariani perſequebantur Catholicos. Plures ſynodi fuerant celebratae. *Julianus* Imperator, abdicato Chriſtiani nomine, falſorum deorum cultui ſeſe addixit, chriſtianos multis cruciatibus ſubiecit, diuerſisque mortis generibus de terra ſuſtulit.

Felix II. Romanus in *Liberii* locum ſubrogatus eſt. Erat infenſiſſimus Arianorum hoſtis. Sedit anno vno, menſ. IV. d. II.

Damaſus natione Hiſpanus eccleſiae praefuit an. XVIII. m. II. d. X. Multa ſermone pedeſtri ſcripſit. Conſtituit, vt in eccleſia die noctuque pſalmi cantarentur. Contra Macedonianos Conſtantinopoli concilium fuit celebratum. Surrexerunt etiam Priſcillianiſtae. Floruere viri vitae ſanctitate & doctrina celeberrimi, inter quos praecipue S. *Ambroſius*, *S Hieronymus*, *Baſilius*, *Gregorius* Nazianzenus, *Didimus* Alexandrinus, *Martinus*, a quo Burdigali ſynodus fuit coacta.

Siricius Romanus eccleſiam rexit an. XI. m. XI. d. XV. Manichaeos cum fidelibus communicare prohibuit: redeuntes ad eccleſiae gremium recipiendos cenſuit, ſi monaſterium ingreſſi poenitentiam agerent, et ex toto corde conuerſis viaticum praeberi iuſsit. S. *Ambroſius* antiphonas et hymnos in eccleſia decantari fecit. *Theodoſium* Imperatorem ob multorum necem ab ingreſſu eccleſiae prohibuit.

Anaſtaſius Romanus anno 404 iuxta alios 405 Papa creatus, duobus tantum annis et viginti ſex diebus eccleſiae praeerat. Conſtituit, vt Clerici, dum euangelium legeretur, ſtarent, et ne vllus transmarinorum ad clericatum officium admitteretur, niſi quinque epiſcoporum praeſeferret chirographa ſigillo munita.

Innocentius I. patria Albanenſis an. XV. m. II. d. XX. ſedit. Sabbato ieiunium obſeruari voluit. De Iudaeis et paganis, deque monachis regulas tulit. Cathaphrygas ab vrbe expulit. Pelagianos damnauit. Floruerunt *Ioan. Chryſoſtomus*, *Seuerinus* Colon. *Seruatius* Tungrenſis Epiſcopi, *Hieronymus*, *Pachomius*, *Auguſtinus*, *Seuerus Sulpitius etc.*

Zoſimus natione Graecus, qui conſtituit, vt ſeruus nullo modo clericus fieret: vt in ſabbato S. cereus benedicatur, & vt nullus clericus potum in publico venderet. Sedit anno vno, menſibus octo, iuxta alios annis duobus diebus quindecim.

Bonifacius I. Romanus, qui eccleſiae praefuit annis tribus, menſibus octo, diebus tredecim. Conſtituit, vt nulla mulier, aut monacha, aut vidua, pallam ſacratam altaris contingeret, aut lauaret, et vt nullus ſeruus fiat clericus.

Coeleſtinus I. natione Romanus, iuxta alios Campanus, annis octo, menſe vno, diebus nouem eccleſiam gubernauit. Pſalmum *Iudica me Deus*, ante miſſae introitum dici, et pſalmos ante ſacrificium antiphonatim cani, introitus, gradualia, & offertorium legi voluit. Floruere *Germanus* Epiſcopus Antiſiodorenſis, *Paulinus* Nolanus, *Iorn. Caſſianus* & *Patricius* Hibernorum Apoſtolus. Epheſi tertia ſynodus vniuerſalis fuit habita, in qua *Neſtorius* fuit damnatus.

Sixtus III. natione Romanus anno cccc. XXXVI. ſedem apoſtolicam aſcendit, octoque annis, diebus nouem elapſis, aeternitatem adiit. Ordinauit, vt nullus clericus in alterius parochia ordinari praeſumat. Congregata ſynodo a crimine ſe purgauit Eccleſiam S. *Mariae* maioris aedificauit, alias vero auro argentoque decorauit. Vandali Africam occuparunt, Chriſtianosque perſecuti ſunt. *S. Auguſtinus* obiit.

Leo

Leo I. natione Tuſcus ob vitae ſanctitatem, doctrinam, meritaque quam plurima, Magnus dictus, ſedit an. 25. menſ. 1. d. 25. Addidit in canone miſſae: *ſanctum ſacrficium.* Reliquiae ſeptem fratrum dormientium inuentae ſunt. *Germanus* Epiſcopus miraculis clarus obiit. Contra *Eutychetem* Chalcedone vniuerſalis ſynodus fuit congregata. *Attila* multarum regionum depopulator Romae obſidionem diſſoluere a *Leone* coactus eſt.

Hilarius natione Sardus, qui ſex annis tribus menſibus, et decem diebus ſedit, conſtituit, vt nullus Pontifex ſucceſſorem denominaret. Conſtruxit balneum S. *Laurentii.*

Simplicius natione Tiburtinus anno 472 Pontifex renuntiatus quindecim annis, menſe vno & ſeptem diebus eccleſiam rexit. *S. Stephani* & *S. Bibianae* baſilicas conſecrauit. Conſtituit, vt ſeptem presbyteri per hebdomadam ad SS. *Petrum & Paulum* propter poenitentes & baptizandos manerent. Ne clerici a laicis inueſtituram recipiant, ordinauit. *Hunnericus* Vandalorum Rex Catholicos in Africa immaniſſime perſecutus eſt.

Felix III. Romanus octo annis, m. VI. eccleſiam gubernauit. Sanciuit, vt eccleſiae ab epiſcopis conſecrarentur. *Petrum & Achatium*, conuocato concilio, damnauit. Duos epiſcopos anathemate percellit. Accuſato inducias eſſe dandas, ordinauit.

Gelaſius natione Afer ſedit an. IV. m. VIII. d. XXVIII. Orationes, hymnos, tractus & praefationes pro miſſa compoſuit. *S. Barnabae* Apoſtoli reliquiae fuerunt inuentae cum *S. Mathaei* euangelio. Floruit *Auitus* Viennenſis Epiſcopus. Adparitio *S Michaelis* celebrari coepta eſt. In Africa a *Hunerici* filio nona in Chriſtianos perſecutio facta eſt.

Anaſtaſius II. Romanus ſedit an. fere duobus, iuxta alios anno vno, m. XI. d. XXIV. Conſtituit, vt nullus clericus praetermitteret officium ira vel rancore praeter miſſam. Imperatorem *Anaſtaſium* excommunicauit. Clerus a Papa ſe alienauit, eoquod *Photino* Theſſalonicenſi communicauit.

Symmachus natione Sardus eccleſiae praefuit an. 15. men. 7. d. 24. Sibi oppoſitum habebat *Laurentium. Gloria in Excelſis* die dominico & in natali ſanctorum cani voluit. *Clodoueus* Francorum Rex Chriſtianam profitetur religionem.

Hormisda natione Campanus. Hic clerum compoſuit, & erudiuit. Graecos ab excommunicatione abſoluit. Sedit an. 9. d. 17.

Ioannes I. natione Tuſcus, iuxta alios Romanus anno 525 iuxta alios 526 Papa electus, duobus tantum annis, octo menſibus, & octodecim diebus eccleſiam gubernauit. Floruit *Boethius* vir doctrina inſignis. A Theodorico Gothorum Rege *Ioannes* Rauennae in carcerem coniectus, martyrum morte mortuus eſt. *S. Benedictus* hoc tempore claruit. *S. Maurus* in Galliam mittitur.

Felix IV. natione Sabinus *Joanni* ſucceſſit, qui conſtituit, vt infirmi ante tranſitum ſuum S. oleo inungantur. Patriarcham Conſtantinopolitanum excommunicauit. In Africa Catholici dira vexabantur perſecutione. *Felix* annis quatuor, tribus menſibus et tredecim diebus in Pontificatu transactis, obiit. In eius locum ſubrogatus eſt

Bonifacius II. natione Romanus, qui vt clerici in celebratione miſſae a laicis ſint diuiſi, conſtituit. Poſt annos duos & dies viginti et ſex aeternitatem adiit.

Ioannes II. Romanus annis duobus, m. 4. & d. 7. ſedit. Conſtantinopoli Templum *S. Sophiae* fuit extructum.

Agapitus I. Romanus menſibus vndecim & octodecim diebus eccleſiae praefuit. Conſtantinopolim profectus, *Anthemium* Patriarcham Conſtantinopolitanum excommunicauit, eique *Mennam* ſubſtituit. S. *Benedictus* Monachorum Legislator ad aeternam vitam transmigrauit.

Siluerius Campanus patria vno anno quinque menſibus, & vndecim diebus apoſtolicam tenuit ſedem. Exul in inſula Pontiana moritur.

Vigilius Romanus an. 17. m. 6. d. 26. ſedit. In orientali eccleſiae parte miſſam celebrari voluit. Quinta generalis ſynodus Conſtantinopoli contra haereticos, qui B. V. *Mariam* Deiparam eſſe negabant, celebrata eſt. *Vigilius* captus Conſtantinopolim ductus, *Anthemium* reſtituere denegans crudeliter habitus, in exilium a *Theodora* Imperatrice miſſus eſt. Syracuſis ab exilio rediens obiit. *S. Remigius* et *Medardus* moriuntur. Feſtum purificationis B. V. M, fuit inſtitutum.

Pelagius I. Romanus conſtituit, vt haeretici & ſchismatici per ſeculares poteſtates punirentur. Iudaeus Chriſti imaginem telo transfixit. *S. Gregorius* naſcitur. *Pelagius* in papatu quatuor annos, decem menſes & octodecim dies transegit.

Ioannes III. Romanus anno 563 aut 62 Pontifex renunciatus, ſedit an. 13. m. 11. d. 27. Hic ſanctorum Martyrum coemeteria reparauit. Armeni Chriſti caſtra ſequuntur. *S. Vrſini* Apoſtolorum diſcipuli reliquiae Bituricae reperiuntur. Circa hoc tempus floruere *Germanus* Pariſienſis Epiſcopus, *S. Columbanus* Abbas, *Fortunatus* Poeta. Ante Longobardorum aduentum igneae acies viſae ſunt. *Tiberius* Caeſar vir iuſtus & in pauperes liberaliſſimus.

Benedictus I. Romanus annis tribus, menſe vno, diebus octo eccleſiam rexit.

Pelagius II. Romanus eccleſiae claues an. 10. m. 3. d. 10. tenuit. Illo tempore Longobardi Romam obſedere. *Gregorius* Conſtantinopolim Apocriſarius directus eſt. Libros Moralium S. *Leandri* hortatu ſcripſit. *Hermenegildus* Viſigothorum regis filius patris iuſſu ob fidem occiditur. Monaſterium Caſinenſe a Longobardis diripitur. Tanta inundatio vbique facta eſt, vt diluuio terra inundari videretur. Peſtilentia quoque graſſabatur. Belli furore magna hominum copia periit. *S. Radegundis* obiit. *Sulpicius* archiepiſcopus Biturienſis floruit.

Gregorius Magnus, patria Romanus, vitae ſanctitate, & eruditione celeberrimus, 13. an m. 6. d. 10. eccleſiae praefuit. Hic antiphonarium compilauit, Kyrie eleyſon ad miſſam, et Alleluia extra ſeptuageſimam cantari praecepit. In canone miſſae addidit: *dieſque noſtros in tua pace diſponas.* Plures regiones ab haereticis purgauit. In Anglia miſſis apoſtolis, fidei lumen accendit. Domum ſuam in monaſterium vertebat. Ad Dei iram placandam litanias, et in quadrageſima ſtationes inſtituit. Primus in literis *ſeruum ſeruorum Dei* ſe adpellauit. Tunica domini inconſutilis inuenta eſt. Simoniam reprimere ſtuduit *Gregorius.* Imperator *Mauritius* Papam perſequitur. Pontifex plura ac praeclara doctrinae ſuae monumenta, eaque piiſſima ac doctiſſima reliquit.

Sabinianus natione Tuſcus vno anno menſibus quinque, & nouem diebus ſedit. Conſtituit, vt diei horae per eccleſias pulſarentur. Roma fame premitur. Romani immo & ipſe Pontifex, ſed non impune, *S. Gregorium* eccleſiae Theſauros diſſipaſſe, accuſabant.

Bonifacius III. Romanus, duobus annis, octo menſibus, & viginti ſex diebus eccleſiam rexit. Conſtituit, vt nitidus pannus ſuper altare poneretur. *Deſiderius* Epiſcopus Viennenſis occiditur.

Deus-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

S. Crucis particulam lapidibus ornatam inuenit. *Leonis I.* corpus transtulit. *S. Kilignus* cum ſociis ſuis Herbipoli Martyrii coronam promeruit. Conſtituit, vt in miſſa ter *agnus dei* caneretur.

Sergio ſubſtituitur *Leo* patria Romanus, qui tamen in Pontificum ſerie haud inſertus inuenitur. Floruit Ven. *Beda* vitae ſanctitate, & eruditione praeclarus. In fine huius legitur: *Hucuſque Cronica Bede protenditur, ex tunc autem ex cronica odonis Epiſcopi Viennenſis & plurium aliorum.*

Ioannes VI. natione Graecus anno 701 electus eſt, & anno pontificatus tertio martyr occubuit.

Ioannes VII. Romanus, ſcientia eruditus, et facundus, qui oratorium B. V. extruxit, an. 2. m. 7. d. 17. eccleſiam gubernauit.

Siſinnius Romanus, cuius tempore ſchiſma fuit, viginti poſt diebus obiit.

Conſtantinus I. natione Syrus an. 7. d. 15. ſedit. Ab Imperatore *Iuſtiniano* Conſtantinopolim vocatus, in Templo S. *Sophiae* ſub ſolemni officio iſti communionem dedit. Iſte Romanae eccleſiae priuilegia confirmauit. S. *Michael* adparuit. *Philippici* Imperatoris haeretici nomen nec diptychis fuit inſertum, nec in miſſa eius memoria facta.

Gregorius II. Romanus anno 715. aut 716. Pontifex creatus 16. an. 7. m. d. 27. eccleſiam rexit. *Petronax* Caſſinenſe monaſterium a Longobardis deſtructum, reſtituit. Germanos, miſſis ad illos viris apoſtolicis, inter quos S. *Bonifacius* caput erat, ad fidem Chriſtianam conuertit. *Leonem* Imperatorem Iconoclaſtam anathemate percellit. Saraceni Chriſtianos perſequuntur. Hiſpaniam occupant. *Luitprandus* Longobardorum Rex S. *Auguſtini* corpus e Sardinia Papiam transtulit. Ibidem miraculis claruit.

Gregorius III. natione Syrus, annos decem m. 8. & d. 24. in Pontificatu transegit. Hic addidit in ſecreta: *quorum hodie ſolemnitas in Conſpectu maieſtatis tuae celebratur domine deus noſter in toto orbe terrarum.* Italiam et Hesperiam Imperatoris poteſtati ſubtraxit, & vectigalia introduxit. Romae ſynodum contra Iconoclaſtas coegit, eosque damnauit. Viennae archiepiſcopatum inſtituit. V. *Beda* obiit.

Zacharias natione Graecus an. 10. m. 3. d. 15. ſedit. Cum Longobardis pacem reſtituit. Dialogorum libros S. *Gregorii* graece reddidit. S. *Bonifacius* monaſterium Fuldenſe fundauit. *Carolomannus* monachum induit. S. M. *Magdalenae* corpus fuit translatum. *Pipinus* rex ſalutatur. Longobardorum rex fit Monachus. S. *Aegidius* hoc tempore claruit.

Stephanus II. Romanus annis quinque, diebusque viginti et octo gubernauit eccleſiam. Is, *Aiſtulpho* Longobardorum Rege Romanos tributis premente, inuitatus a *Pipino* in Galliam ſe confert, eiusque auxilium petit. *Pipinus* Longobardos adgreditur, pacemque facere, omniaque reſtituere coegit. *Pipinus* in Regem a Papa vngitur. S. *Ioan.* Baptiſtae caput in Aquitaniam allatum dicitur. Diuerſae opiniones de regni Romani translatione in *Carolum* M. proferuntur.

Paulus I. Romanus annis decem & vno menſe ſedit. Conſtituit diuina officia celebrari te horam ſextam in quadrageſima. Corpus S. *Petronillae* transtulit. Fuit pauperum & miſerorum amator. Corpora SS. *Gorgonii Naboris* & *Nazarii* in Galliam translata ſunt. *Carolus* M. *Pipino* ſucceſſit.

Conſtantinus II. Romanus vno anno & vno menſe ſedit. Ab aliis hiſtoricis Pontificum Catalogo non fuit inſertus.

Stephanus III. natione Siculus an. 3. m. 5. & d. 28. sedit. Hic omnia a *Constantino* ordinata annihilauit. Constituit, vt *Gloria in excelsis* die dominico in missa cantaretur. *Constantinus* Imperator veros fideles persequitur.

Adrianus I. Romanus anno 771 iuxta alios 772. Pontifex renuntiatus, an. 23. m. 10. & d. 28. ecclesiae praefuit. Hic plura vrbis & ecclesiarum aedificia ab hostibus diruta restaurauit. Niceae synodus generalis celebrata est. *Carolus* M. a Papa rogatus, Longobardos Romanorum hostes adgreditur et vincit. S. *Petro* plures regiones obtulit, Longobardos vero sibi subiecit. Ius Papam eligendi, et episcopos nominandi in episcoporum consessu eidem concessum est. *Carolus* cantum in Gallia reformauit. Alia eiusdem gesta enarrantur. Iudaei Iesum Crucifixum male tractarunt, qua occasione sanguis copiosus miraculose manauit. Sub *Carolo* floruit *Alcuinus* vir doctrina clarus. Illius pietas et religionis amor laudatur.

Leo III. Romanus anno 797 electus, annos viginti, menses quinque et dies sexdecim in pontificatu vixit. *Carolo* M. clauem cum vexillo transmisit. Porticum S. *Petri* extruit Propter Saracenorum inuasiones litanias instituit. Papa lingua et oculis priuatur, vtriusque tamen officium diuinitus obtinuit. Ad *Carolum* Regem confugit. Is cum exercitu Romam petit, Papam restituit, eosque punit Ille Imperator salutatur, et a Papa coronatur. Istius Gesta, virtutes, merita, et mors enarrantur. Metropolitanae ecclesiae in Romano imperio memorantur.

Stephanus IV. Romanus anno 816 aut 817 ad Romanam sedem euectus, septem tantum mensibus, iuxta alios vno anno eam tenuit. Multos captiuos redemit. *Ludouicum* Imperatorem coronauit.

Paschasius I. Romanus an. VI. d. 17. ecclesiam rexit. Corpus S. *Caeciliae*, *Valeriani*, *Tiburtii*, *Maximi*, ac *Vrbani* Papae in ecclesia B. *Caeciliae* collocauit. *Sixti I.* etiam corpus in altari nouiter constructo, recondidit. Graecorum monachorum asceterium instituit, in eorumque ecclesia innumeras SS. MM. reliquias reposuit.

Eugenius II. Romanus tribus annis, & duobus mensibus sedit. *Ludouico* Imperatori *Michael* Imperator Constantinopolitanus S. *Dionysii* Areopagitae libros transmisit. Floruit B. *Rhabanus Maurus*. *Danorum* Rex cum suis Moguntiae baptizatus est. *Eugenius* Martyr occubuit.

Valentinus Romanus quadraginta tantum diebus sedit.

Gregorius IV. Romanus an. 827 aut 828 Pontifex consecratus, sedecim annos in pontificatu vixit, S. *Martini* ecclesiam extruxit, festum omnium sanctorum in Gallia et Germania cal Nou. celebrari voluit. Saraceni Italiam inundarunt, et deuastarunt. SS. *Sebastiani*, *Gorgonii et Tiburtii* corpora in ecclesia S. *Petri* transtulit. S. *Bartholomaei* reliquiae Beneuentum transferuntur. Discordiae inter *Ludouicum* eiusque filios oriuntur.

Sergius II. Romanus, sedit tribus annis & duobus mensibus. Hic primus nomen mutasse dicitur.

Leo IV. Romanus an. 8. m 3. d. 6. ecclesiae praefuit. Fuit prius Monachus in S. *Martini* monasterio Basilicas SS *Petri* et *Pauli* a Saracenis destructas restaurauit. Pro pugnantibus contra istos collectam fecit. S. *Helena* Roma in Franciam transfertur. Anglorum Rex S. *Petro* tributum soluit. Normanni vbique omnia depopulantur. Pontifex muros ciuitatis Leoninae perfecit.

S. Crucis particulam lapidibus ornatam inuenit. *Leonis I.* corpus transtulit. *S. Kilignus* cum sociis suis Herbipoli Martyrii coronam promeruit. Constituit, vt in missa ter *agnus dei* cancretur.

Sergio substituitur *Leo* patria Romanus, qui tamen in Pontificum serie haud insertus inuenitur. Floruit Ven. *Beda* vitae sanctitate, & eruditione praeclarus. In fine huius legitur: *Hucusque Cronica Bede protenditur. ex tunc autem ex cronica odonis Episcopi Viennensis & plurium aliorum.*

Ioannes VI. natione Graecus anno 701 electus est, & anno pontificatus tertio martyr occubuit.

Ioannes VII. Romanus, scientia eruditus, et facundus, qui oratorium B. V. extruxit; an. 2. m. 7. d. 17. ecclesiam gubernauit.

Sisinnius Romanus, cuius tempore schisma fuit, viginti post diebus obiit.

Constantinus I. natione Syrus an. 7. d. 15. sedit. Ab Imperatore *Iustiniano* Constantinopolim vocatus, in Templo S. *Sophiae* sub solemni officio isti communionem dedit. Iste Romanae ecclesiae priuilegia confirmauit. S. *Michael* adparuit. *Philippici* Imperatoris haeretici nomen nec diptychis fuit insertum, nec in missa eius memoria facta.

Gregorius II. Romanus anno 715. aut 716. Pontifex creatus 16. an. 7. m. d. 27. ecclesiam rexit. *Petronax* Cassinense monasterium a Longobardis destructum, restituit. Germanos, missis ad illos viris apostolicis, inter quos S. *Bonifacius* caput erat, ad fidem Christianam conuertit. *Leonem* Imperatorem Iconoclastam anathemate percellit. Saraceni Christianos persequuntur. Hispaniam occupant. *Luitprandus* Longobardorum Rex S. *Augustini* corpus e Sardinia Papiam transtulit. Ibidem miraculis claruit.

Gregorius III. natione Syrus, annos decem m. 8. & d. 24. in Pontificatu transegit. Hic addidit in secreta: *quorum hodie solemnitas in Conspectu maiestatis tuae celebratur domine deus noster in toto orbe terrarum.* Italiam et Hesperiam Imperatoris potestati subtraxit, & vectigalia introduxit. Romae synodum contra Iconoclastas coegit, eosque damnauit. Viennae archiepiscopatum instituit. V. *Beda* obiit.

Zacharias natione Graecus an. 10. m. 3. d. 15. sedit. Cum Longobardis pacem restituit. Dialogorum libros S. *Gregorii* graece reddidit. S. *Bonifacius* monasterium Fuldense fundauit. *Carolomannus* monachum induit. S. M. *Magdalenae* corpus fuit translatum. *Pipinus* rex salutatur. Longobardorum rex fit Monachus. S. *Aegidius* hoc tempore claruit.

Stephanus II. Romanus annis quinque, diebusque viginti et octo gubernauit ecclesiam. Is, *Aistulpho* Longobardorum Rege Romanos tributis premente, inuitatus a *Pipino* in Galliam se confert, eiusque auxilium petit. *Pipinus* Longobardos adgreditur, pacemque facere, omniaque restituere coegit. *Pipinus* in Regem a Papa vngitur. S. *Ioan.* Baptistae caput in Aquitaniam allatum dicitur. Diuersae opiniones de regni Romani translatione in *Carolum* M. proferuntur.

Paulus I. Romanus annis decem & vno mense sedit. Constituit diuina officia celebrari te horam sextam in quadragesima. Corpus S. *Petronillae* transtulit. Fuit pauperum & miserorum amator. Corpora SS. *Gorgonii Naboris* & *Nazarii* in Galliam translata sunt. *Carolus* M. *Pipino* successit.

Constantinus II. Romanus vno anno & vno mense sedit. Ab aliis historicis Pontificum Catalogo non fuit insertus.

Ste-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ioannes VII. Anglicus, patria Moguntinus an. 2. m. 5. d. 4. ſedit. Foeminam fuiſſe, male a quibusdam aſſeritur.

Benedictus III. Romanus an. 2. m. v. regnauit. Conſtituit, vt Clerici ordinate et honeſte procederent. Porticus extruxit. *Lotharius*, abdicato regno, monachi habitum induit.

Nicolaus I Romanus an. 858. ad apoſtolicam euectus eſt ſedem, eamque an. 9. m. 2. et d. 20. tenuit. Huius ſanctiſſimi pontificis electionem *Ludouicus* Imperator ſua praeſentia roborauit. S. *Clemens* Papa Romam transfertur.

Adrianus II. Romanus ſedit quinque annis. Angliae Rex *Aimundus* martyr occubuit.

Ioannes VIII, annis decem, diebus duobus eccleſiam gubernauit. Saraceni monaſterii Caſſinenſis eccleſiam deſtruxerunt. *Ioannes* Diaconus S. *Gregorii* vitam ſcripſit. Papa cuſtodiae traditur. Caput S. *Gorgonii* Senonas transfertur. Conſtantinopoli praeſidentibus Papae Legatis generalis celebrabatur ſynodus. *Carolus* Imperator plures eccleſias aut reſtaurauit, aut aedificauit, ſacrisque reliquiis decorauit.

Martinus II. ſedit anno vno, et menſibus quinque.

Adrianus III. Romanus vno anno et tribus menſibus ſedit. Conſtituit, vt Imperator in Papae electionem non ſe intromitteret.

Stephanus V. Romanus ſex annos et octo dies vixit in pontificatu.

Formoſus I. an. 5. m. 5. iuxta alios vero quatuor annis ſedit. Epiſcopatum relinquens a *Ioanne* Papa vsque ad laicalem ſtatum detruſus: a *Martino* reuocatus, Romam reuerſus, tandem pontifex electus eſt.

Bonifacius VI. natione Tuſcus quindecim annos regnauit.

Stephanus VI. Romanus, vno anno & tribus menſibus ſedit. Omnes *Formoſi* Papae ordinationes irritas declarauit, eius corpus veſte laicali indutum, abſciſſis duobus digitis, in Tiberim proiici iuſſit.

Romanus patria Romanus annis quatuor ſedit.

Theodorus II. Romanus, qui omnes a Formoſo ordinatos confirmauit, viginti tantum dies transegit.

Ioannes IX. qui ſynodum, in qua illa, a *Stephano* contra Formoſum habita, reprobata fuit, coegit. Monaſterium Cluniacenſe fuit fundatum. *Remigius* Antiſiodorenſis tam ſacra, quam profana ſcientia clarus floruit.

Ioanni, duobus annis elapſis, *Benedictus IV.* Romanus ſucceſſit, qui an. 3. m. 1. ſedit.

Leo V. cui poſt triginta, iuxta alios quadraginta dies ſucceſſit
Chriſtophorus, qui ſeptem menſibus elapſis, a *Sergio* fuit depoſitus.

Sergius III. Romanus anno 906 iuxta alios 907. electus, an. 7. m. 3. d. 16. eccleſiam gubernauit. Hic *Formoſum* exhumari, decollari, et in Tiberim proiici iuſſit: ab iſto ordinatos deordinauit, et iniuſtius reordinauit. A piſcatoribus corpus repertum, in B. *Petri* Baſilicam delatum, ſanctorum imagines fuiſſe veneratae dicuntur. Floruit *Odo* Abbas Cluniacenſis reformationis Autor.

Anaſtaſius *III.* Romanus annis duobus et tot menſibus ſedit. Ei ſucceſſit
Lando Romanus, qui poſt ſex menſes aeternitatem adiit.

Ioannes X. an. 13. m. 2. d. 4. apoſtolicam tenuit ſedem. Is *Sergii* Papae Filius fuit.

Is

Is contra Saracenos pugnauit. Hungari terram Romanorum deuaſtarunt. Dolenſe monaſterium fundatur. *Joannes* Papa a militibus *Guidonis* Comitis captus, et occiſus eſt. In eius locum ſubrogatus eſt alter *Joannes* qui tamen Pontificum catalogo inſeri non meruit.

Leo VI. Romanus ſedit m. VIII. iuxta alios an. 3. m. 6. d. 15.

Stephanus VII. Romanus duobus annis, vno menſe, et duodecim diebus regnauit.

Joannes XI. Romanus quatuor annos, decem menſes, et quindecim dies vixit. In Ianuenſi vrbe fons ſanguinis fluxit, protendens vrbis ruinam, a Saracenis eodem anno factam.

Leo VII. Romanus an. 3. m. 4. d. 12. eccleſiam rexit. Prodigia adparuere. *Otto* poſt *Henricum* imperium obtinuit.

Stephanus VIII. natione Germanus an. 3. m. 4. d. XV. eccleſiae praefuit. A quibusdam Romanorum fuit mutilatus.

Martinus III. Romanus an. 3. m. 6. d. 14. ſedit.

Agapitus II. Romanus an. 8. m. 6. d. 10. ſedit. S. *Odo* obit. Papa ad *Ottonem* legatos de *Berengarii* tyrannide conquerentes mittit. Iſte a Germanis vincitur. *Otto* a *Joanne* XII. Papa coronatur.

Joannes XII. Romanus an. 7. m. 10. d. 6. ſedit. Ob ſua ſcelera fuit depoſitus et poſtmodum iterum receptus. *Leonis*, qui ei ſubſtitutus erat, geſta annihilauit. In adulterio miſere periit.

Benedictus V. duobus tantum menſibus ſedit. Iſti iterum *Leo* oppoſitus. Ille in Saxonia exul obiiſſe dicitur.

Leo VIII. vno anno et quatuor menſibus ſedit. Statuit, vt nullus Papa ſine Imperatoris adſenſu fieret. Donationes eccleſiae Romanae factas Imperatori, ſuisque ſucceſſoribus de conſenſu cardinalium totiusque cleri et populi conceſſit, vt Italiam ab inuaſoribus liberarent, et tuerentur.

Joannes XIII. Narnienſis patria an. 7. m. 11. et d XV. pontificatum tenuit. Ab vrbis praefecto cuſtodiae traditus, et in exilium miſſus eſt. Romam poſtea reuerſo, *Otto* Imperator vindictam de tanti criminis reis ſumſit.

Benedictus VI. Romanus, vno anno et ſex menſibus elapſis, cuſtodiae traditus, occiſus eſt.

Donus vno anno et ſex menſibus ſedit.

Bonifacius VII. poſt vnum annum, menſem vnum, et duodecim dies ſubito extinctus eſt.

Benedictus VII. Romanus nouem annos, et ſex menſes in pontificatu vixit. *Eduardus* Anglorum Rex martyrio coronatur.

Joannes XIV. poſt nouem annorum regimen fame conſumtus in carcere moritur.

Joannes XV. Romanus quatuor menſibus eccleſiam rexit.

Joannes XVI. Romanus anno 985. Pontifex creatus, an. 10. m. 7. et d. 10. ſedit. Is multos compoſuit libros. Ob perſecutionem vrbem relinquere cogitur.

Cum hucusque Autor francorum hiſtoriam ſedulo perſequeretur, hic de Francorum origine breuem epilogationem ſubiungit.

Gregorius V. natione Saxo anno 996. electus, duobus annis, et quinque menſibus eccleſiae praefuit. Ei ab vrbis praefecto *Placentinus* Epiſcopus oppoſitus erat.

Eugenius III. patria Pisanus, S. *Bernardi* discipulus, Papa eligitur. Ei *Jordanis* Senator et Patricius Romanus oppositus est. *Eugenius* sibi consulens, in Galliam pergit, ast rediens omnium gaudio exceptus est. *Ludouicus* Galliae Rex et *Conradus* Imperator sacram contra Turcas expeditionem parant. Ecclesia Tornacensis ad Episcopatum euehitur. *Gratianus* decretorum collector floruit. S. *Bernardus* obiit.

Anastasius IV. Romanus vno anno, quatuor mensibus et viginti quatuor diebus sedit. Nouum palatium constructit. Floruere *Petrus Lombardus*, *Odo* Sueßionensis, et *Iuo* Carnotensis.

Adrianus IV. natione Anglus an. 4. m. 9. d. 8. sedit. Fuit prius Abbas S. *Ruffi* prope Valentiam, dein Cardinalis, et Albanensis Episcopus. Norwegis euangelium praedicauit Multas possessiones comparauit. *Fridericum* I. coronauit. *Elisabetha* Schonaugiensis monialis claret. Eius visiones.

Adriano mortuo, Schisma in ecclesia ortum est. Alii *Alexandrum*, alii vero *Victorem* elegerunt. Primo Galli et Angli, alteri vero Imperator fauebat. *Alexander* III. Tuscus an. 21. m. 11. d. XIX. iuxta alios an. 22. ecclesiae praefuit. Sub eius regimine quatuor Antipapae sibi inuicem succesßere. Cum isti, Imperatore opitulante, S. *Petri* patrimonium inuasissent, Papa in Galliam se contulit. SS. trium Regum reliquiae Coloniam translatae sunt. Papa Turonis concilium celebrauit. S. *Thomas* Cantuariensis Episcopus in Galliam fugere coactus est. Imperator Galliarum Regem, eoquod *Alexandro* fauebat, armis inuasit, sed confusus receßit. Papa anno 1165. Romam reuertitur. Siciliae Rex *Guilielmus* regnum ab ipso recognoscit. *Alexandria* in Imperatoris odium ab Italis extruitur, a Papa isto nomine honorata, Episcopum obtinuit. Archiepiscopus Papiensis pallio priuatur. *Anselmus* Episcopus Beluacensis, *Petrus Comestor*, *Mauritius* Episcopus Parisiensis floruere. Waldensium haeresis origo. *Fridericus* Imperator cum Papa pacem iniit, et Antipapae renuntiauit; et sic ecclesiae vnitas firmata est. Iste coronatus est. Anno 1179. concilium celebratum est. *Ludouicus* Franciae Rex aeternitatem adiit.

Lucius III. patria Tuscus anno 1182. *Alexandro* succeßit; anno 1186. obiit, Veronae cum hoc elogio sepultus:

Luca dedit lucem tibi Luci pontificatum Ostia papatum Roma. Verona mori.
Immo Verona dedit verum tibi viuere. Roma exilium. curas ostia. Luca mori.

Vrbanus III patria Mediolanensis, vno tantum anno sedit. Sub isto Abbas *Joachim* vir doctrina celebris claruit. *Saladinus* Christianos vicit, regionesque ab istis possessas occupauit. Ierosolyma etiam in hostium manus deuenerat. Papa, hac re experta, prae nimio dolore langueßcere coepit, et post modicum temporis spatium obiit, Ferrariae sepultus.

Gregorius VIII. patria Beneuentanus, principes christianos ad terram S. e hostium manibus eripiendam excitat; ad reconciliandos Pisanos et Ianuenses Pisas petens, duobus mensibus a sua electione elapsis, anno 1187. obiit.

Clemens III. Romanus tribus annis et sexdecim diebus sedit. S. Expeditio a christianis principibus, Papae hortatu, contra Turcas paratur.

Coelestinus III. Romanus anno 1191. Papa consecratus, an. 6. m. 8. et 11. ecclesiae praefuit. *Friderici* I. filium coronauit. Palatium apud S. *Petrum* extruxit.

Inno-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Alexander IV. Campanus anno 1254. Papa renuntiatus, sex annis et dimidio regnauit. Duos libellos haeresin redolentes damnauit. Tolosae S *Saturnini* Martyris et Tolosanae ecclesiae praesulis, corpus inuentum est. Bellum inter Florentinos, Lucanos et Senenses, inter Hungaros et Bohemos ortum fuit.

Vrbanus IV. in Trecensi vrbe natus anno 1261. Papa coronatus est. Erat Patriarcha Ierosolimitanus. Duas Cardinalium ordinationes fecit. Saracenos ex ecclesiae ditionibus ope cruce signatorum effugauit. Siciliae regnum *Carolo* Comiti Prouinciae et Andegauiae tradidit. Cometa adparuit, mortuoque Papa, iterum disparuit. Discordiae in Anglia oriuntur.

Clemens IV. natione Narbonensis Cardinalis Episcopus Sabiensis anno 1264. electus est. Sedit an. 3. m. 9. d. 21. Vir sanctitate et doctrina praeclarus. *Carolum* Andegauiae Comitem in Siciliae Regem coronauit. *Manfredus* in Bello occiditur. In victoriam *Caroli* a *Manfredo* reportatam sequentes versus sunt compositi:

Karolus athleta Christi prout ante Cometa.
Hoc presignauit. Matfredum subpeditauit.
Plus decies centum quater. iuxta Beneuentum
Victor prostrauit. hinc ecclesia releuauit.
Sunt anni christi. victoria cum datur isti.
Mille ducentenus. sexagenus quoque senus.
Belli finis fit. Febrin lux tercia finit.

Saraceni in Hispania a cruce signatis victi sunt. *Conradinus* Siciliae regnum sibi vendicare conatus, prelio victus, occubuit. Papa anno 1268. ad coelestem patriam migrauit, in ecclesia FF. Praedicatorum Viterbii sepultus. Sedes annis duobus, nouem mensibus vacauit. S. Expeditio in Turcas paratur. *Ludouicus* Galliae Rex in ea vitam amisit, Sanctorum albo insertus.

Gregorius X. natione Lombardus, patria Placentinus anno 1271. electus, an. 4. sedit. Erat Archidiaconus Leodiensis, deuotionis causa vltra mare veniens, Viterbii in palatio a Cardinalibus electus est. Quinque Cardinales nominauit. *Rudolphus* Comes de Habsburg Imperator eligitur. Papa hanc electionem confirmauit. Lugduni generale concilium, in quo plura in subsidium terrae S. pro electione summi Pontificis, et pro vniuersali ecclesiae statu fuerunt constituta. Graeci ad ecclesiae vnionem redire promisere. Tartarorum nuntii baptizabantur. S. *Thomas* de *Aquino* ad concilium vocatus, in itinere in monasterio fossae nouae ad coelestem patriam migratuit anno 1273. Papa *Alphonsum* Castellae Regem, vt iuri, quod sibi in imperium competebat, renuntiaret, permouit. Germaniae Rex iuramentum solitum praestitit. Iste et Franciae Rex Papae hortatu ad S. expeditionem se accingebant. Papa in Italiam rediens, obiit miraculis clarus.

Innocentius V. natione Burgundus, ordinis Praedicatorum Alumnus, Archiepiscopus Lugdunensis, dein Cardinalis Episcopus Ostiensis, anno 1275. Papa salutatus est. Multa faeere proposuit, morte autem praematura praeuentus, adimplere haud potuit; quinque enim mensibus tantum sedit.

Adrianus V. natione Ianuensis vno mense, et nouem diebus sedit. A Papa in Angliam Legatus, pacem Regem inter et nobiles restituturus, missus fuit. Viterbii extremum diem clausit.

Joannes XXI. natione Hispanus Viterbii anno 1276. electus, octo mensibus et tot diebus elapsis, ibidem mortuus est, in ecclesia cathedrali sepultus. In fine huius legitur:

Hic

Huc uſque cronica fratris Martini poloni penitentiari domini pape de romanis pontificibus protenditur et finitur.

Nicolaus III. Romanus ex familia Vrſinorum duos annos, et ſeptem menſes in pontificatu vixit. Plures Cardinales nominauit. S. M. *Magdalenae* corpus in villa S. *Maximini* inuentum eſt. Cum eodem ſequens chartula eſt reperta: *Anno natiuitatis dominice. Septingenteſimo decimo. Sexto die menſis Decembris. in nocte ſecretiſſime. regnante Odoyno piiſſimo rege francorum. tempore infeſtacionis gentis perfide ſaracenorum. translatum fuit corpus hoc Kariſſime ac venerande beate m. Magdalene. de ſepulcro ſuo alabauſtro. in hoc marmoreo. timore dicte gentis perfide. et quia ſecretius eſt hic amoto. corpore Sedonii.* Autor huius ſanctae translationem apud Verceliacum factam negat. *Albertus* Magnus ordinis Praedicatorum Alumnus Coloniae anno 1280. obiit.

Martinus IV. natione Gallus, Presbyter Cardinalis tit. S. *Coeciliae*, in Francia Legatus, anno 1280. electus eſt. Cardinales quinque creauit. *Petrus* Aragoniae Rex Siciliam ſibi vendicat. A Papa anathemate ob id notatur, Aragoniaeque regno priuatur.

Honorius IV. Romanus anno 1285. Peruſii quinta a *Martini* obitu die electus, et Romae coronatus eſt. Aduerſus *Petrum* Aragoniae Regem S. expeditio paratur.

Nicolaus IV. natione Lombardus anno 1287. cathedram apoſtolicam aſcendit, eamque annis quatuor tenuit. Fuit ordinis fratrum Minorum alumnus. Plures Cardinales creauit. Tripolis et Achon ciuitates a Saracenis capiuntur, chriſtianis ibidem trucidatis. Diſcordiae inter Reges Franciae et Angliae oriuntur. *Rudolphus* Imperator anno 1291. obiit, Spirae ſepultus.

Coeleſtinus V. Anachoreta miro modo electus, in Aquilia vrbe fuit coronatus. Dimidium tantum anni in pontificatu conſumſit. Cardinales plures creauit. Pontificatum in Cardinalium conſeſſu reſignauit, et ad eremum rediit, auſteram vitam ducens, in ea extremam clauſit vitam. *Clemens* V. eumdem Sanctorum catalogo adſcripſit.

Bonifacius VIII. Campanus, *Coeleſtino* reſignante, Neapoli electus fuit, ſeditque octo annis, nouemque menſibus. Suam potentiam, et papalem magnificentiam extendere didicit. Feſta SS. Apoſtolorum Euangeliſtarum, ac quatuor Doctorum *Ambroſii*, *Auguſtini*, *Gregorii*, *Hieronymi* ſub ritu duplici celebrari voluit. *Adolphus* Imperator Vicarium ſuum in Tuſcia conſtituit, Papa annuente. Iſte anno 1296. villam Appamenſem in ciuitatem erexit, et Abbatiam S. *Antonii* in Epiſcopatum euexit. Diſcordiae Papam inter et Columnenſes oriuntur. Iſti anathemate notantur, cardinalitioque honore, ac omni beneficio eccleſiaſtico priuantur. *Ludouicus* Franciae Rex anno 1297. Sanctorum albo inſeritur. Statuit, vt in Eccleſia Cathedrali Albanenſi deinceps eſſent canonici ſeculares. Sextum Decretalium comportari et publicari fecit. Occiſo in praelio Imperatore, *Albertus* Dux Auſtriae Romanum obtinuit imperium: Papa *Alphonſum* Aragoniae Regem ab excommunicatione abſoluit, regnumque reſtituit. Cardinales creauit. Imperatoris electionem confirmare renuit. Iubilaeum inſtituit. Dominus vniuerſi orbis tam in ſpiritualibus quam temporalibus agnoſci voluit. Rex Franciae a Papa maxime offenſus, Pariſiis concilium conuocauit, in quo *Bonifacius* plurimorum criminum accuſatus, tamquam intruſus, et illegitimus fuit reiectus. Papa contra Regem concilium conuocat, eumque anathemate notat. Imperatoris electionem confirmat. Franciaeque regnum eidem ſubiicit. Capitur, Romam ducitur, magnosque inter dolores moritur.

Benedictus XI. natione Lombardus, ordinis Praedicatorum Alumnus, epiſcopus Oſtienſis, anno 1303. in Papam electus eſt. Sedit octo menſibus et ſeptemdecim diebus. Car-

dinales plures creauit. In illos, qui *Bonifacium* Papam custodiae tradebant, et sceleris complices publicae excommunicationis sententiam pronuntiauit. Cardinales de *Columna* iterum absoluit, sed cardinalitiam eis non restituit dignitatem. Discordias Regem Franciae inter et *Bonifacium* composuit. Anno 1304. constitutionem, quae incipit: *Quod olim*, edidit. Obiit Perusii, sepultus in ecclesia fratrum Praedicatorum. Eius vitae sanctitatem Deus miraculis declarauit. Supra annum sedes vacauit.

Clemens V. natione Vasco, Archiepiscopus Burdigalensis nonis Iunii anno 1305. fuit Papa renuntiatus, Lugduni coronatus. Creauit in eodem loco decem Cardinales, fratres de *Columna* Cardinalitia dignitate iterum decorauit. Duas *Bonifacii* constitutiones reuocauit. Regem Aragonum in Sardiniae regno confirmauit. Lugduno anno 1306. Burdigalam rediit. Eodem anno Iudaei in Gallia capti, et expulsi sunt. Insula Rhodus a Christianis fuit occupata. Papa anno 1307. Burdigala se contulit Pictauum, in quo loco Reges Franciae et Angliae reconciliare studuit. Templarii omnes in Gallia capti et custodiae traditi sunt. *Dulcinus* haereticus cum asseclis fuit ab inquisitoribus captus, et morte multatus. Anno 1308. *Albertus* Rex Alemanniae a nepote suo fuit interfectus. Eccl sia Lateranensis flamma fuit deuorata, vnde magnus luctus fuit Romae ortus. Papa ad istius restaurationem manus adposuit adiutricem. Ad Regem Raciae, qui se fidei et ecclesiae Romanae subiicere promisit, nuntios misit, qui voti sui penitus frustrati redierunt. Papa omnes Templarios vbique custodiae tradi per apostolicas mandauit literas. Auenionem cum curia sua se contulit, ibique in magno consessu Venetos, qui Ferrariam occupauerunt, anathemate notauit. Anno 1309. *Henrici* Romanorum Regis electionem Papa confirmauit. Anno 1310. Templarii Parisiis igne trucidati sunt. Eodem anno Papa quinque cardinales creauit. 1311. Generale concilium Viennense, in quo de Templariis, de terrae S. recuperatione, de totius status ecclesiae reformatione, et libertatis conseruatione fuit actum, conuocauit. Templariorum ordo fuit extinctus; membra eiusdem diuersis fatis sunt subiecti. Anno 1313. Reges Franciae, Angliae et Nauarrae S. expeditionem parant. Papa constitutiones, quae *Clementinae* adpellantur, in consistorio habito publicauit. Eodem anno obiit, in patria sua sepultus. Sedes, *Clemente* defuncto, duobus annis vacauit, discordiis inter Cardinales exortis. Rex Franciae moritur. Eius Successor.

Joannes XXII. Anno 1316. Lugduni in conuentu fratrum ordinis Praedicatorum fuit electus. Auenionem se contulit, octoque Cardinales ibidem creauit. Anno 1317. *Hugo Geraldi* Episcopali dignitate fuit priuatus et perpetuo carceri adiudicatus; denique seculari potestati traditus, combustus est. Papa Tolosanam ecclesiam episcopalem archiepiscopatus honore decorauit, sexque suffraganeos archiepiscopo subiecit. Sex quoque villas in ciuitates euexit, in vnaquaque sedem episcopalem erexit. In Archiepiscopatu Narbonensi duos quoque episcopatus instituit. In aliis quoque prouinciis nouos ordinauit Episcopatus. Canonicorum secularium collegia plura in diuersis locis instituit. Plures edidit constitutiones, quarum initium: *Sedes apostolica: Suscepti regiminis execrabilis quorumdam. Clementis* Papae constitutiones publicari et ad generalia studia transmitti fecit. Ordinem Grandimontensem reformari curauit. Anno 1318. Archiepiscopatum Caesaraugustanum instituit. Ordinem militum, qui de militia *Jesu Christi* dicebatur, fundauit, bonaque templariorum eidem concessit. Anno 1319. Abbatiam Montis Cassini in episcopatum euexit. Anno 1320. *Thomam* episcopum Herfordiensem, vitae sanctitate et eruditione percelebrem Sanctorum numero adsociauit. Pax et concordia Regem Franciae

inter

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

„ens eſtimauimus vt in fine ſpeculi ſanctorialis ſub quadam breui cronica eorum anni „et tempora quibus iſti regnauerunt aut illi dei eccleſie prefuerunt. ſub compendio col„ligantur. Vt quando legentis animus huiusmodi annos ſcire voluerit. ad hoc recur„rere & promtius inuenire val(.t tempus & annum quod querit. Collegimus autem tam „ex hyſtoria eccleſiaſtica euſebii ceſarienſis quam ex tripartita, et ex cronicis Ieronimi & „proſperi et Yſidori. vſque ad tempora ipſorum et inde ex pluribus cronicis aliorum. „Notandum tamen eſt, quod de numero annorum magna diuerſitas inuenitur tam in hi„ſtoriis, quam in cronicis quod vt opinamur plurimum contingit propter exemplaria vi„ciata, et interdum quia tam hyſtoriographi quam cronographi non eandem annorum ſe„riem ſeu ordinem ſunt ſecuti. Sed iſti maiorem. illi vero minorem annorum nume„rum poſuerant, et precipue autores nouiſſimi cronicorum, propter propria exemplaria vi„ciata. Nos autem illum annorum numerum proſecuti ſumus. quem exemplariorum mul„titudo in finem traxit."

Merito Autor praeſentem catalogum vocat compendium, cum de Imperatorum geſtis parum admodum memorat, et quae enarrat, eccleſiae, et ſanctorum hiſtoriam potiſſimum reſpiciunt. Incipit a *Iulio Caeſare*, et vsque ad *Ludouicum* Bauarum progreditur.

IV. *Catalogus Regum Francorum.* Initium ſumit absque titulo. Praemittit autor prologum, in quo agit I. *de origine prima gentis francorum et eorum progreſſu.* II. *De deſcriptione Galliarum.* III. De *diſtributione Galliarum.* IV. De *initio regni francorum et progreſſu eiusdem.* Originem a Troiana gente deriuat. Primus Francorum Ducem *Priamum* conſtituit. Praefationis initium ita ſonat: *Franci origine fuere troiani pagano ritui dediti; poſt famoſum autem et cunctis ſeculis & gentibus notum troiane ciuitatis excidium victoribus grecis cedentes reliqua troianorum pars eorum cum enea ad fundandum ramanum imperium in italiam perrexit; Pars vero alia quaſi XII. millia duce Anthenore in finitimas pannonie partes ſecus meotidas paludes peruenit; Ibique ciuitatem edificauerunt; In qua multis annis habitauerunt, et in magnam coaluerunt gentem; et crebris incurſibus romanum ſolum incurſantes. uſque ad Gallias ferocitatis ſue veſtigia dilatarunt; hos romanis infeſtos conſtans Ceſar filius magni Conſtantini imperatoris bello oppreſſit & tandem romano imperio ſubiectos aliquantulum a ſua feritate manſuefieri coegit etc.*

Duo Francorum duces, *Priamus* videlicet et *Marchomirus*, ex quibus reges ſuum habent ortum, memorantur. Regum Catalogo haec, quae tamen praefationem ad Genealogiam catalogo ſubiectam conſtituunt, praemittuntur:

„*Marchomiro* vero et *Suimone Athenoris* filio francorum ducibus defunctis anno im„perii Honorii IX. ſub anno domini cccc. XII. vel XX. franci in commune deliberant vt „et ipſi ſicut & alie gentes regem habeant et *Pharamundum Marchomiri* ducis filium or„dinant & conſtituunt ſibi regem; a quo Pharamundo ſequens regum francorum Catha„logus exordium ſuum ſumit.

„Eſt autem in principio prenotandum, quod in francorum regibus qui in preſenti ca„thalogo conſcribuntur quidam ex ipſis fuerunt ſiquidem reges non tamen per eos fuit „continuata regalis proſapie ſucceſſio in poſteros deſcendendo, aut quia in liberis maſ„culis ſunt defuncti. aut aliis de cauſis ſicut et infra de ſingulis talibus eſt notatum; „et iſti tales in arbore regalis genealogie deſcribuntur. non quidem intus in recta linea „arboris, ſed extrinſecus et ad latus. et ob hoc etiam in iſtis non eſt infimus quotacio„nis numerus annotatus. Alii vero fuerunt reges per quos extitit regalis ſucceſſio in poſte„ros

„ros propagata. qui vsque hodie quo hec ſcripſi *Philippo* huius nominis ſexto regnante „XXXVI. reges tantummodo computantur, et cuilibet iſtorum ſingillatim in principio eſt in „ſequentibus quotacionis numerus ſupputatus. Eſt etiam hic ſciendum quod in francorum „regibus. Tres vsque hodie genealogie ſeu genealogiarum ſeries ex francorum geſtis et „ex pluribus cronicis ſub tali ordine colliguntur. Prima quidem genealogia incepit a „*Pharamundo* pro rege francorum & durauit annis ccc. XXX. videlicet vſque ad *Childeri*-„*cum* huius nominis tercium, qui eciam alias ſcribitur *Hyldericus* in quo terminata fuit „& defecit progenies *Pharamundi* ac in *Clodouei*. qui *Clodoueus* inter reges francorum „V^tus primus extitit Chriſtianus videlicet vſque ad annum domini DCCL. Secunda au-„tem genealogia incepit a *Pipino* qui repulſo a regno *Childerico* prefato rege inutili et „remiſſo regnum ſibi et ſuis optinuit vt iterum liquebit & durauit annis cc. XXXVIII. „videlicet vſque ad *Ludouicum* huius nominis quintum qui fuit filius *Lotharii*. et qui in „iſta genealogia fuit vltimus rex francorum in quo terminata fuit et defecit progenies „*Pipini* Karlenſium ſub anno domini nongenteſimo octogeſimo octauo. Tercia vero qui „nunc regnat incepit ab *Hugone Chapet* qui fuit Pariſienſium Comes duxque francorum „& durauit annis CC. XXXV. videlicet vſque ad *Philippum* huius nominis tertium inclu-„ſiue qui duxit vxorem *Helyſabet* de ſtirpe ſeu progenie Karlenſium deſcendentem ex qua „genuit *Ludouicum* huius nominis VIII. et ex tunc in antea. Iſte due tribus videlicet Kar-„lenſium et comitum Pariſienſium mixti regnant. Sicut hec infra in locis ſuis liquidius „apperebunt.“

„Sequitur de regibus francorum qui a principio primum in Germania regnare cepe-„runt Imperii *Honorii* anno IX. ſub anno domini CCCCXIX. vel XX. et dehinc tranſito „flumine reno in Galliis regnauerunt. vſque ad annum domini M.CCC.XX. quo hec „ſcripſi prout ex hyſtoriis et geſtis francorum et cronicis in preſenti cathalogo ſeu trac-„tatu. ſub Compendio recolligitur et habetur. Quorum regnum benedictum a domino „conſeruet rex regum per quem reges regnant. dominus Iheſus Chriſtus.“

Iſtis finitis, Catalogus incipit, in quo regiminis anni, Regum geſta breui adnotantur ſtilo.

Primus omnium Rex erat *Pharamundus* qui vndecim annis regnauit. Franci vt comam nutrirent, conſtituit. Ei ſucceſſit anno 431. *Clodius*, qui fere, 20. annis imperauit. Iſte Galliam togatus petit. Iſto defuncto regnare coepit *Meroueus* pater Merouingorum, ſub quo *Attila* Hunnorum Rex occidentale imperium depopulatus eſt. Anno ſui regni duodecimo obiit, et filio ſuo *Childerico* regnum reliquit. Regnauit an. 23.

Iſtius filius *Clodoueus*, de Alemannis victor rediens, ad Chriſti caſtra ſe conuertit, a S. *Remigio* S. Baptiſmatis fonte ablutus. Maxima francorum pars regis exemplum eſt ſecuta. Aquitania, Gothis deuictis, *Clodoueo* ſe ſubiecit. Obiit Rex anno regni ſui trigeſimo. Filii eius patris regnum inter ſe diuiſerunt.

Theodericus natu maior Metenſem prouinciam cum Germania: *Clodomirus* Aurelianum: *Childebertus* Pariſienſem obtinuit regionem, adiectis Senomannia, Pictauia, & Normannia: *Chlotharius* denique Sueſſionem, Picardiam, et Flandriam eſt ſortitus. Fratribus nepotibusque varia ſorte defunctis. totum patris ſui regnum impetrauit. Sueſſione monaſterium S. *Medardi* conſtruxit. Regnauit an. 51. Filii eius iterum regnum inter ſe diuiſerunt.

Har-

Haribertus Pariſiis, *Guntrammus* Aureliani: *Sigebertus* in Auſtraſia: *Chilpercius* Sueſſione ſedem fixit. Honorum geſta, & variae fortunae enarrantur.

Childebertus *Sigeberti* filius, patre occiſo, ſeptem annis Auſtraſiam rexit, cui eius filius *Theodebertus* ſucceſſit. *Theodericus* eius frater in Burgundia regnauit. *Clotharium* Francorum Regem armis inuaſit. *Brunichildis* omnium malorum, ac bellorum, ac caedium cauſa dignas ſcelerum poenas dedit.

Clotharius II. Chilperici filius annis 43 regni habenas tenuit. Succeſſit ei

Dagobertus eius filius: qui 46 annis Francos rexit. Succeſſorem habuit *Sigebertum II.* Hic duodecim monaſteria conſtruxit.

Clodoueus II. Dagoberti I. filius anno 646 patri ſuo ſucceſſit. In vxorem duxit *Batildem*, quae defuncto Rege, monaſticam profeſſa eſt vitam, et duo monaſteria fundauit. *Clotarius Clodouei* filius, patre defuncto tribus tantum annis regnauit. Huic ſucceſſit eius Frater *Childericus*. A *Bodilone* vnacum regina praegnante peremtus eſt.

Theodericus III. Fratre occiſo, e monaſterio euocatus, rex ſalutatus eſt. *Ebroinus* ſceleſtiſſimus hominum viros ſanctiſſimos, quos aduerſarios ſciebat, perſecutus eſt. Rex anno regiminis ſui 19. aeternitatem adiit in eccleſia S. *Vedaſti*, quam aedificauerat, ſepultus. Filium ſuum *Clodoueum III.* ſucceſſorem habuit, qui patrem quatuor tantum annos ſuperuixit.

Iſto defuncto anno 698 frater eius *Childebertus* regimen adeptus eſt. Regnauit 17. annis. *Dagobertus* eius filius ei ſubſtitutus eſt, qui quinque annis Francos rexerat. *Theodorico* filio adhuc infantulo relicto, *Chilpericus*, *Daniel* dictus, regnum ſibi vendicare ſtuduit. Aſt a *Carolo Martello* Maiore domus victus, *Clotario* iſtud cedere coactus eſt. Iſto vero defuncto, *Carolus Chilpericum*, ſibi reconciliatum, Regem conſtituit. Poſt iſtius mortem *Theodericus* in regno patris ſui per *Carolum Martellum* ſubrogatus eſt anno 727. regnauitque quindecim annis. *Carolus* ſub hoc rege Saxones, Alemannos, Sueuos, Bauaros, et Saracenos deuicit, Aquitaniam, Burgundiamque ſubegit. Obiit iſte anno 741. cui eius filii *Carolomannus*, qui poſtea Monachus factus, et *Pipinus* in maioris domus dignitate ſucceſſerunt.

Theoderico eius frater *Childericus* ſuccedebat, annisque nouem regnabat. Iſtius morte progenies Merouingica extincta eſt.

Pipinus Caroli Martelli filius, qui *Breuis* dictus, expulſo, in monaſteriumque detruſo *Childerico*, Papa adprobante, a Francis anno 750. Rex ſalutatus, et a S. *Bonifacio* Papa in regem vnctus eſt. Regno annis octodecim praefuit. Papam a Longobardorum inuaſionibus repetita vice liberat, ab eo cum filiis ſuis in regem Romae vnctus eſt. Saxones vicit, Aquitaniam Normannis expulſis, ſubiugauit. S. *Ioannis* Baptiſtae capite in Aquitaniam delato in eius honorem eccleſiam aedificauit. Bauarorum dux *Thaſſilo* homagium iſti praeſtitit. Anno 768 obiit, duos filios *Carolomannum*, et *Carolum* relinquens. Ille biennio elapſo, extremum clauſit diem.

Carolus, *Magnus* dictus, totam adeptus eſt Monarchiam. Aquitania obtenta, in ea Epiſcopos et Abbates, atque comites ex Francorum gente conſtituit. Saxones armis adgreditur eosque ſubegit. Longobardos regiones Papae vi ablatas reſtituere armis coegit, eorumque regnum ſibi ſubiecit. Romam SS. Apoſtolorum limina veneraturus petit, plures ditiones eccleſiae concedit. Synodum cum Papa celebrauit, in qua is *Carolo* eligendi pontificem poteſtatem tribuit, patritia dignitate honorauit, Cantum Romanum in Galliae

ecclе-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Ottonis Imperatoris armato auxilio libertatem obtinuit. Obiit anno 955. Rhemis ſepultus.

Lotharius IV. filius *Ludouici* ab anno 956 vſque ad an. 986. regnat. *Hugo* Magnus Comes Pariſienſis ducis dignitate decoratus eſt. Inter Imperatorem et Regem belli flamma fuit excitata, pluribus regionibus deuaſtatis tandem extincta eſt. Rex Lotharingiae renuntiauit, *Lothario* ſucceſſit

Ludouicus V. eius filius, vltimus ex ſtirpe Carolingica. Iſto defuncto tam *Hugo* qui dictus *Chapet*, quam *Carolus* Lotharingiae Dux *Ludouici* Patruus Franciae regnum ſibi vendicare armis quoque conati ſunt. *Carolus* dolo captus, cuſtodiae traditur, regnoque priuatur.

Hugo itaque *Chapet* anno 988. a Francis Rex ſalutatur. SS. *Richarii* et *Galerici* corpora in Flandriam translata fuere. *Hugoni* ſucceſſit eius Filius

Robertus, qui *piiſſimus* adpellatur. Cantus Eccleſiaſticos plures compoſuit. Eccleſias et monaſteria reſtaurauit et aedificauit. Obiit apud Melendinum anno 1031. in eccleſia S. *Dionyſii* ſepultus. *Hugo* eius filius in Regem vnctus, patre adhuc viuente mortuus erat. *Roberto* itaque ſucceſſit

Henricus I. eius filius. Regnauit an. 28. vel 29 filium ſuum *Philippum* octennem vngi in Regem fecit; regnare vero iſte cœpit anno 1058. Poſt patris mortem an. 48. Monarchiam rexit.

Ludouicus VI. cognomento Groſſus *Philippo* patri ſuo anno 1107. vel 1109. ſucceſſit, annisque 28. vel. 29. regno praefuit. In eius locum ſubrogatus eſt eius filius Philippus II. qui duobus poſt diebus ab equo praecipitatus, miſere obiit.

Ludouicus VII. *Ludouici Groſſi* filius annis 43. regni habenas tenuit. Fuit ſimplex, benignus, iuſtus, ac manſuetus. Terram S. infidelium manibus erepturus, S. expeditionem cum aliis Europae principibus parauit. A Graecis capitur, ſed fuga ſibi conſuluit. Obiit anno 1181. Succeſſorem ſibi conſtituit filium ſuum

Philippum III. Timens Deum nil magis quam iuramenta abhorrebat. Hoſtes eccleſiae et perſonarum eccleſiaſticarum vi opprimere ſtuduit: regni etiam inimicos compeſcere ſciuit. Iudaeos e toto regno effugauit, ſynagogas in eccleſias conſecrari curauit. *Cotarelli* homines immaniſſimi interfecti ſunt. Prouinciam Viromandiam Flandriae Comes Regi reſtituere armis coactus eſt. Inter iſtum et Angliae Regem exortae ſunt diſſenſiones. Pace reſtituta, ambo contra infideles crucem et arma ſumſerunt. *Richardus* Comes Pictauienſis aduerſus Regem bellum parat. Angliae Rex, Franciae regnum iterum adgreſſus, vincitur. Rex S. expeditionem ingrediens, vltimam ſuam voluntatem declarauit. Reuerſo Rege, belli flamma inter Angliae Regem, Flandriae Comitem et Francos excitata, plures prouincias deuorauit. Rex *Philippus*, totum Franciae regnum a concilio Diuionenſi interdicto fuiſſe ſubiectum audiens, furore excitatus clerum fugauit, eccleſiarum bona ſibi vendicauit. Anno 1200. pax rediit. Diſſenſiones inter Angliae Regem, Flandriae Comitem et *Philippum* iterum reſuſcitatae ſunt. Iſte, prouinciis ab hoſtibus ereptis, iisque oppreſſis victor rediit. Obiit anno 1223. Pariſiis in S. *Dionyſii* eccleſia ſepultus.

Ludouicus VIII. Anno 1223. cum regina *Blancha* coronatus eſt. Regnauit annis tribus. Contra Pictauienſes mouit exercitum. Aquitaniae principes Regi ſe ſubiiciunt.

Anno

Anno 1225. cum ecclesiae Episcopis, magnatibus contra Albigenses crucis signum adsumsit. Morte in hac expeditione oppressus, in Franciam reuersus obiit.

Ludouicus IX. anno 1226. Rhemis, patre defuncto, Regni corona decoratus est Felicissimum omnino regiminis initium fuit; belli enim flammas sub patris sui imperio vndique excitatas penitus extinxit, rebellesque plurium Comitum animos sedare saepius sciuit. Pace in suo regno restituta, S. expeditionem aduersus infideles cum pluribus regni sui principibus parat, regni cura matri suae *Blanchae* commissa. Anno 1254. in patriam reuersus laudabiles constitutiones edidit. Anno 1265. secundo terram S. e hostium manibus erepturus crucem adsumsit. Anno 1270. praeteritis laboribus haud perterritus, tertia vice mare cum suis transfretauit. In hac expeditione Rex religiosissimus apud Tunicium in castris eodem anno obiit, delatus in Franciam in monasterio S. *Dionysii* tumulatus est. *Bonifacius* VIII. eum sanctorum fastis adscripsit.

Philippus IV. cum patris sui corpore in Franciam reuersus anno 1271. in Regem vnctus est. *Alphonso* Tolosano Comite sine liberis defuncto, Tolosanus comitatus ad Franciae Regem deuolutus est. Ditiones Comitis *Fuxi*, isto capto, occupauit. Contra *Petrum* Aragoniae Regem crucem, concessa a Papa omnibus aduersus illum militantibus plenaria indulgentia, adsumsit. Peste in reditu infectus Perpiniani obiit. Parisios delatus, in ecclesia fratrum Praedicatorum sepultus est. Anno 1285. ei successit eius filius

Philippus V. qui an. 29. regni habenas tenuit. Anno 1289. dissensiones inter istum et Angliae Regem ortae sunt. Istis vix sopitis nouae excitatae fuere. Papam inter et *Philippum* maximae discordiae exortae fuerunt. In conuentu Parisiis a Rege conuocato *Bonifacius* Papa illegitimus, intrusus, immo et haereticus declaratus fuit. Iste, Romae concilio habito, contra Regem questus, eum tandem anathemate notauit, regnumque Franciae Imperatori subiecit. Anno 1304. *Benedictus Bonifacii* successor lites composuit. Anno 1306. in toto regno omnes Iudaei, bonis eorum fisco addictis, capti et expulsi sunt. Anno 1307. Templarii in Francia vbique capti, custodiae traditi, diuersisque modis multati sunt. Anno 1311. Auenione *Clemens* V. in publico consistorio Regem contra *Bonifacium* Papam defendit. Cancellarium Regis ab excommunicatione absoluit. Anno 1313. *Philippus* obiit apud S. *Dionysium* sepultus.

Ludouicus X. Nauarae Rex, patre defuncto, anno 1314. Franciae regni solium ascendit. Flandriae Comitem armis inuadit. Iudaei in Franciam redeunt. Postquam dimidium supra annum vixerat, Parisiis obiit, praegnantem relinquens reginam, quae Filium, qui septimo a natiuitate die mortuus erat, peperit. Successit itaque *Ludouico*

Philippus VI. Frater eiusdem, qui vsque ad sui nepotis mortem Regentis nomine, vtrumque regnum gubernauit; isto vero defuncto in Regem se vngi fecit. 1310. pax et concordia *Philippum* inter et *Robertum* Flandriae Comitem restaurata et firmata est. Iste et omnes Flandriae communitates Regi homagium, et fidelitatis iuramentum praestitere. Obiit Rex anno 1321. nullum regni haeredem relinquens.

Carolus IV. *Philippi* frater, isto defuncto regnorum Franciae et Nauarrae haeres factus, Rhemis in regem vnctus est. Septem annis regnauit; obiit anno 13 7. nullo masculo haerede relicto.

Philippus VII Comes de *Valesio*, ex fratre *Philippi* V. *Carolo* progenitus, Rex renuntiatus et coronatus est anno 1328. Frandriae gentem in Comitem rebellem armis inuasit, facta magna strage, sibi totum comitatum subiecit. Anno 1329. conuentu habito,

monetae valorem determinauit. Anno 1330. regina perperit filium *Ludouicum* nomine, qui vero primo menſe obiit. Hucusque Regum Francorum catalogus. Sequitur

IV. Eorumdem Regum genealogia, figuris, et imaginibus exornata, cui prologus, in quo de prima Francorum origine, fabellis referta agitur, praemiſſus eſt. Eius initium ita ſonat: *Franci ex ſua prima origine fuere Troiani. ſicut ex geſtis francorum et ex cronicis antiquis colligitur euidenter* etc. In fronte rubris ſcriptum legitur: *Turchotus ſiue Torgotus. et Francio fuerunt duces in prima fundatione ciuitatis Sicambrie.* Genealogiae ſequens arboris explanatio praemittitur:

„Hec eſt arbor Genealogie Regum Francorum. In qua generacio et ſucceſſio eorum„dem in regno Francie deſcribitur ſeriatim. A *Pharamundo* inchoans in recta linea de„ſcendendo; alii vero qui de eadem proſapia deſcendunt ac Regine. et ſancti aliqui con„temporanei. et quidam Reges Burgundie. et Ytalie. et Anglie de eadem progenie de„ſcendentes lateraliter infra ſuos circulos depinguntur. ſola capita habentes. dignitatem „autem ſuam declarando per dyademata. ſi ſancti fuerunt Reges aut Regine. Si vero „nullam dignitatem habuerunt nuda capita depinguntur. et ſingulorum nomina literis ru„beis deſcribuntur. prout infra liquebit.“

Incipit itaque a *Marchomiro*, et vſque ad *Philippum* VII. ex Comitum *Valeſiorum* familia ortum progreditur.

V. *Genealogia Comitum Toloſanorum* quorum nomina et geſta ex Chronico magiſtri *Guillelmi* de *Podio Laurentii* et ex geſtis, nobilis viri Comitis *Montis Fortis* & quibusdam aliis collegit. Incipit absque Titulo a Praefatione his verbis: *Legitur in Geſtis francorum et in Cronicis antiquis, quod Karolus huius nominis primus qui pro felicitatis magnitudine cognominatus eſt magnus filius Pipini regis francorum, defuncto patre ſuo Pipino, ſucceſſit in regno cum Karlomanno Fratre ſuo quo poſt biennium defuncto. Karolus magnus tocius regni francorum adeptus eſt monarchiam* etc. Nomina Comitum ſunt ſequentes: *Yſauretus*: *Betraindus*: *Guillermus*: *Raymundus* de S. Aegidio: *Guillermus*: *Tarhaſerri*: *Poncius*, *Aymericus*: *Raymundus* II. *Bertrandus*: *Guillermus* de *Toloſa*: *Alphonſus*: *qui Hildephonſus*: *Raymundus* III. *Raymundus* IV. *Symon* Comes Montis Fortis: *Raymundus* V. *Alphonſus* Comes Pictauiae, quocum Comitum Toloſanorum familia fuit extincta, ac Comitatus in Regum Francorum poteſtatem deuolutus eſt.

VI Tractatus de conciliis generalibus *et particularibus*. Tituli loco haec leguntur: *Incipit tractatus breuis de temporibus et annis generalium & particularium Conciliorum.* Haec excipit praefatio, quae ſequentis eſt tenoris:

„De ſacroſanctis ſynodis ſeu concjliis generalibus ſeu vniuerſalibus Tractatus Gra„cianus in decretis d. XV. et XVI. per totum Auctoritatibus ſanctorum atque doctorum ſa„tis euidenter oſtendit. Sub quibus romanis pontificibus & imperatoribus extiterint ce„lebrata: De annis autem ab incarnacione domini Iheſu Chriſti nullam facit idem aliter „mencionem. In nonnullis vero cronicis atque geſtis anni in quibus peracta ſunt. Va„rie ab aliquibus ſubputantur, quod plerumque contingit ex vicio ſcriptorum. Interdum „autem ex varietate ipſorum ſcribentium tractatorum. Quo circa perſcrutatione ſollicita „annos ipſos in quibus facta ſunt quantum potui ſtudui inuenire et in locis ſibi compe„tentibus conſcribere necnon quedam alia notabilia de actis in ipſis conſiliis breuiter ac „ſub compendio in preſenti opere perſtringendo. Libet autem premittere quod ex mul„tis ſanctorum autoritatibus edocetur. Quod inter cetera concilia quatuor venerabiles ſy-

„no-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Haec ſunt huius codicis excellentiſſimi contenta, de quibus *Genealogia* ſeu *Chronicon comitum Toloſanorum* inter vetera monumenta hiſtoriae Comitum Toloſae Gallica lingua ſcriptae ſubiuncta edidit *Guillelmus Catellus* Toloſae 1623. deinde *Caſus, qui in celebratione Miſſae accidere poſſunt*, circa initia Typographiae ſine anno et loco iteratis vicibus typis expreſſi exiſtunt. *Baluzius* in *Papis*, qui Auenione fixerunt ſedem, vitam duplicem *Clementis* V. & *Ioannis* XXII. ex Catalogo fuſiori et breuiori Pontificum vulgauit. *) Reliqua adhuc inedita exiſtunt.

Bernardus Guido, qui falſo de Caſtro S. *Vicentii* adpellatur, ex vico Roerio oriundus, ordinis Praedicatorum Alumnus, haereticae prauitatis inquiſitor, primum Tudenſis deinde Lodouenſis Epiſcopus, vir ſua aetate de republica literaria eccleſiaſtica bene meritus, praeter opera recenſita, plura alia ingenii ſui monumenta, quae *Quaetif* cum aliis refert, orbi literario reliquit.

*) Conf. *Quetif.* d. I. ſcript. Ord. Praedic. p. 575. *Fabricium* in Bibl. med. et infim. *Latinit.* I. a. p. 220.

II.

Hiſtoria Caeſarum, in fol. Codex pergamenus Sec. XVI.

Praeſentem codicem Cl. *Georgius Guilielmus Zapf* Electori & Archiepiſcopo Moguntino a Conſiliis intimis RR. ac Perilluſtri Abbati noſtro Domino WICTERPO dignitatem nouiter adeptam gratulaturus, anno 1790. cum epiſtola dedicatoria, Vlmae eodem anno impreſſa, in veteris amicitiae, et obſeruantiae monumentum obtulit. In iſta Cl. *Zapfius* tam externam codicis illius faciem, quam res in eo comprehenſas tam luculento ſermone ob oculos ſiſtit, vt absque errandi timore eum ſequi valeam.

Codex octoginta foliis ſcriptis conſtat: priora ſexaginta octo numeris notata, nouemdecim poſteriora numeris omnino carent. Characteres maiuſculi ſunt, et perelegantes. Tituli et inſcriptiones textui inſertae rubro colore ſunt exaratae. In marginibus adnotationes aut emendationes a *Conrado Peutingero* adpoſitae reperiuntur. Praeter punctum nullum aliud diſtinctionis ſignum obſeruatur. In margine Caeſaris nomen maioribus literis occurrit adpoſitum. *Peutingerus* plura de textu litura notauit, eaque aut in margine, aut in pagellis papyraceis inſertis emendare conatus eſt. Plura quoque a *Bildio* noſtro *emendata et* aucta ſaepius occurrunt, vti eiusdem characteres clare demonſtrant.

Caeſarum vitas Auctor ſuccincto delineauit ſtilo; memorat quoque eorum coniugum & liberorum nomina et memoriae digna facta. Lapidales inſcriptiones, quae de iis mentionem faciunt, & eorum geſta illuſtrant, necnon numismata in eorum memoriam cuſa, recenſet. Scriptores, e quibus ſuas enarrationes hauſit, diligenter indicat. Numismatum inſcriptiones multa ſolertia collegit, & pro adhuc exquirendis vacua reliquit ſpatia.

Opus absque titulo incipit a C. *Iulio Caeſare* hac inſcriptione: C. *Iulius Caeſar Dictator*, de quo ita legitur: *L. Caeſaris & Aureliae fil. poſt exactos Reges Xviris electis ſyllanis: Marianisque factionibus adhuc gliſcentibus cum R. R. P. ſub Caeſare aegre penderet imperium in ſe primus tranſtulit popularis maxime et dominandi expertiſſimus Imp. praenomen et P. P. quod cognomentum M. T. C. primus meruit appellari paſſus eſt Cn. Pompeium, et*

Ex-

Exteros vicit, Triumphos egit, Gallicum Alexandrinum Ponticum Africanum et Hiſpanienſem Imperio ſolus praefuit Ann. IIII. Mens. VII. Anno vero aetatis ſuae. LVI. a Cimbro Metello Caſca C. Caſſio D. Bruto et aliis: vulneribus XXIII. Conſoſſus eſt: percuſſorum fere nullus triennio ſupervixit. Haec excipiunt ſequentia: De *uxoribus et filiis eius C. Suet. Tranquillo & Plutarcho referentibus. Lex marmori inciſa Rubiconi admota, quod flumen Caeſar cum exercitu pertranſiuit: Inſcriptiones lapidum* Romae ad *S. Baſilium*, et in loco ſubterraneo Capitolii. *Numismata* argentea et aerea.

Caeſarem ſequitur *Marcus Lepidus*; iſtum M. *Antonius*, cuius vxorum et filiorum mentio fit. Numismatum argenteorum inſcriptiones.

C. Octauius Caeſar Auguſtus, de quo haec auctor habet: *Octauii et Actiae fil. a Caes. auunculo ſuo adoptatus, quo occiſo primum cum* M. *Antonio et M. Lepido trimuiris deinde XII. fere annos cum* M. *Antonio nouiſſime ſolus annis XLIII. R. Pub. praefuit eam in melius redigens Imperium ampliauit multos domuit atque cohercuit Triumphos egit Dalmaticum Acciacum et Alexandrinum cum a primo Conſulatu annos LVII. Rem. P. tenuiſſet aetatis ſuae LXXVI. minus diebus XXXV. princeps bonus morte ſenili atque praeoptata Nolae obiit Senatorum humeris delatus eſt in campum Marcium.*

Sequuntur de *uxoribus et filiis* eius ex *Suet. Tranq*: *Edictum Caeſaris Auguſti* ex eodem: *Acclamatio Valerii Meſſalae ad Caes. Auguſt. cunctis demandantibus; Lapidum inſcriptiones* Romae in platea pontis S. *Mariae* in domo *Zambolini*: ſupra portam S. *Laurentii* in porta maiori: Menteſae: Gebennis prope aedem S. M. *Magdalenae*: in ponte *Arimini*: in agro Illicitano: Opitergii: Cordubae: Antiquariae ad S. *Iſidorum*: Peruſii ſupra arcum penes eccleſiam S. *Herculani*: Romae trans Tiberim in domo *Iacobi*: in Grifalco firmano: Auguſtae Vindelicorum apud me *Conradum Peutinger*: Viennae in ducatu Auſtriae in Collegio Scholaſticorum: in ciuitate Iaderitana ad S. *Chryſogonum*: in Hiſpania: Treuiris: Phani in arcu triumphali in inſula Liburni Vlaſichi: Veronae in Templo S. *Floriani* verſus vallem Pulicellae: Aquileiae: Ticini ad S. *Ioannem* in Burgo: Romae in aedibus Vrſinorum: apud carcerem Tulianum: extra portam latinam: Tarraconae in Hiſpania: Nepeſinae: Brixiae in turri eccleſiae cathedralis: Veronae ad S. *Ioannem* in valle, et in eccleſia S. *Caeciliae*: apud villam nouam in agro Veronenſi: Veronae ad S. *Martinum*, et iuxta diuerſorium Pallei: Romae in aedibus *Ioan.* de *Amiſciatis*: ad S. Io. ante portam latinam: Lügüdüni: Romae ultra S. *Sebaſtianum*, ad S. *Marcellum* ad S. *Euſtachium*, in eccleſia S. *Mariae* ad Portugallos, in eccleſia S. *Nicolai*: in domo *gentilis Baffi*, in monaſterio S. *Annae*: ad S. *Bibianam*, in monte Auentino: ad S. *Ioan.* ſub Capitolio, in domo *Iulii Poncii*, in eccleſia S. *Mariae*, ad S. *Silueſtrum* in montibus, ad S. *Mariam* trans Tiberim, prope S. *Laurentium*, in monte Viminali, in S. *Laurentio* extra muros, ad S. *Marianam nouam*, in eccleſia S. *Stephani* in Triello, ad Campum Florae in domo *Zambolini*: Auguſtae Vindel. in eccleſia S. *Vdalrici* nuper effoſſa: Auximi: in noua ciuitate Dalmatiae: Tergeſti: Rauenae ad S. Spiritum: in lapide quadrato: in ara gemina. Poſt haec numismatum aurei, argenteorum et aereorum inſcriptiones.

Marcus Agrippa, eius vxores et filii ex *Suetonio*: inſcriptiones lapidum et numismata.

Nero Druſus, qui ob inſignes de Germanis relatas victorias *Germanicus* dictus eſt. Eius vxores: inſcriptiones lapidum Romae extantes: numiſma.

Tiberius Caesar, de quo haec habet Autor: *Tiberius Tib. Neronis & Liuiae Drusille fil. Caes. Aug. preuignus a quo eciam adoptatus atque relictus hēres. Drusi Frater. Patre Victrico Caes. defuncto quasi coactus principatum sumpsit, Appellacionem Imp. tardius admittens de Illyricis Triumphum egit nec bonis nec malis Principibus adnumeratur. Fuit tamen incontinens libidinosus vini quoque appetentissimus, et in propinquos et alios satis crudelis annum agens LXXVIII. Imperii vero XIII. genere incerti morbi Campaniae in villa Luculliana obiit.*

De illius vxoribus et filiis. Inscriptiones Lapidum in sequentibus locis: Tarraconae in Arragoniae: Interamnis: Beneuenti: Romae in vaticano ad S. *Petrum*: Calcidiae in Euboia: Arimini ad pontem: Romae circa monasterium S. *Andreae*, in monte Tarpeio: Patauii. ad S. *Iustinam*: in ciuitate noua Dalmatiae, in Agulia: Romae inter portam Appiam et Latinam: Sagunti. *Numismata* aurea, argentea et aerea. De *atrocitate Tiberii* ex *Suetonio*.

Germanicus Caesar *Drusi* et *Antoniae* filius: anno aetatis suae 24. non sine veneni suspicione diuturno morbo vexatus in Antiochia Syriae obiit. *Eius uxores et filii. Inscriptio* Romae in pede Capitolii. *Numismata* tantum *aerea.*

Caius Caesar, *Caligula* dictus ob caligam militarem a loco Castrensi tractam, homo omnium scelerum accumulatissimus, anno aetatis suae 28 imperio 3. occisus est. *Eius uxores et filii. Lapidum inscriptiones* Romae ad duodecim Apostolos: Morae in Templo S. *Iacobi*: apud Gades: Deinae. *Numismata* tantum aerea.

Claudius Caesar, pleraque bona egit, sed crudelitatis et saeuitiae accusatur. Anno imperii 14. veneno extinctus dicitur. De *sponsis et uxoribus eius. Lapidum inscriptiones* Rauennae ad portam auream: Romae in hortis haeredum *Lanutii Palumbi*, in porta maiore vrbis, ad S. *Georgium* ad velus aureum: Corae: Romae ad pontem Lucanum, in Vaticano: Beneuenti: Romae ad S. *Mariam* Monticellis: Beneuenti. *Numismata* aurea argentea et aerea.

Germanicus, seu *Britannicus* a *Nerone* veneno enecatus est.

Claudius Nero decimo septimo aetatis anno Imperator salutatus, leuis, rapax, prodigus, libidinosus, effusus, saeuus, parricida, immo ad omne dedecus natus, anno imperii 14. mens 17. d. 28. e vita migrauit. *Eius uxores. Lapidum inscriptiones.* Romae in Turre de campis, in pede Capitolii, inter portam Appiam et latinam: Interamnis. *Dicteria in Neronem* a *Suetonio* relata. *Numismata* aurea, argentea et aerea.

Virgineus Ruffus germanici exercitus in Gallia dux, annum 83. excedens obiit publicis exequiis a C. Tacito ornatus.

Sergius Galba caelebs, procurante *Othone* insidiis circumuentus aetatis suae anno 73. imperii vero mense 7. iugulatus est. *Inscriptio lapidis* Romae ad *Alexandrum* de *Sciatis. Numismata* argentea et aurea.

Piso frugi Licinianus extimatione recti seuerus, ad omnem virtutem adcomodatus, *Othone* petente trucidatus est.

Siluius Otho a praetorianis Imperator renuntiatus est: homo mollis, et obrutus voluptatibus, a Vitellianis die imperii 95. trucidatus est. *Eius uxores. Numismata argentea.*

Aulus Vitellius a militibus Germanicianis imperator renuntiatus, a Flauianis captus, et trucidatus in Tiberim proiectus est, anno imperii mense octauo. *Numismata* argentea et aerea.

Fla-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

conae in Hiſpania: Vincenciae: Auximi: Brixiae: Romae ad Thermas *Diocletiani* et alibi. *Numismata* aurea, argentea et aerea. *Auſonius* de *Hadriano* Caeſare. *Florus* in *Hadrianum.*

L. Aelius Verus natione Etruſcus, forma decorus, voluptatum ſectator, ab *Hadriano* adoptatus, nihil memoria dignum geſſit. *Inſcriptiones* de eodem Romae in caſtello S. *Angeli* reperitur.

Antoninus Auguſtus Pius origine Nemauſenſis, ob inſignem pietatem dictus *Pius*: plures gentes aut vicit aut compreſſit. De iure multa ſanciuit. Obiit anno aetatis ſuae 70, imperii 12. *De vxore et filiis eius. Inſcriptiones* Romae in domo *Philippi* de *valle*: extra vrbem in aquae ductu: Piſis iuxta eccleſiam maiorem: apud Interamnem: Perusii: Romae in caſtello S. *Angeli*, verſus flumen, circa eccleſiam S. *Laurentii*: Tiburci ante fores aedis S. *Pauli*: Tarraconae in Arragonia: Romae in columna latericia in campo Martio circa domum *Iacobi Alberici. Exemplum dati libelli:* Ex Tabula marmorea in Vibem ab Oſtia translata. *Numismata* aurea, argentea, aerea.

M. Aurelius Antonius Caeſar Philoſophus, Parthorum et Armenorum victor, ſanctimonia omnes excellens, clemens, tranquillus, conſtans atque patiens. Gentes verſus ſeptemtrionem cohibuit. Anno imperii 18. ex hac vita migrauit. Semper Platonicum hoc in ore habuit:

Beatiſſimam eſſe ciuitatem in qua aut philoſophi imperent aut Imperatores philoſophentur.

Auſonius de M. *Aurelio. Caeſaris vxor. Inſcriptiones* Achaïae ad ſacram Delphorum vrbem: Romae fragmentum ad S. *Agatham:* Auximi: in alpibus Rhaeticis circa monaſterium Bilten: in monaſterio Lambacenſi ſupra Drauum: Karanthaniae in eccleſia Solienſi: Romae in domo Franciſci Albertini: Tarraconae in Arragonia. *Numismata* aurea, argentea, aerea.

L. Aurelius Verus Ceionius Aelius Comodus cum *Marco* fratre ſuo vndecim annos imperauit. Britanni hoc tempore cum Rege ſuo *Lucio* baptiſmi ſacramento inſigniti ſunt. De *Imperatoris vxore.* Inſcriptiones Auximi: apud Amaſtrou: Hiſpali in eccleſia maiori: Laibaci in domo D. Cruciferi: Romae. *Numismata* aurea, argentea, aerea.

M. Comodus Antoninus Aug. qui pius *Hercules*, et Germanicus adpellari voluit, homo foediſſimus, vecors, impudens, ebrius, ac crudelis. Anno imperii 18. ſtrangulatus periit. *Eius vxor. Auſonius* de *Comodo* Caeſare. *Inſcriptiones* Romae in arce S. Angeli: Nepeſinae: alibi: Romae in eccleſia S. *Martini*, ad S. *Marcum. Numismata* argentea et aerea.

P. Heluius Pertinax natione Italus, domi et belli rebus geſtis clarus, menſibus duobus et diebus viginti et ſeptem imperauit. De *matre ſua, vxore et filio. Numisma* argenteum.

M. Didius Iulianus poſt *Pertinacem* imperium et *Comodi* nomen adeptus eſt. Ob ſcelera ſua omnibus exoſus, imperio priuatus, imperii menſe ſecundo occiſus fuit. *Eius vxor. Numisma* argenteum.

L. Septimus Seuerus Pertinax natione Afer Pannonici exercitus Dux apud Carnutum Imperator ſalutatus eſt. Nemo vltra eum contra ciuiles hoſtes et aduerſus exteros tot victorias obtinuit. Mortuus eſt octogenarius Eboraci in Britannia anno imperii ſui 18. Verba, quae moriens dixit, ſunt haec:

Turbatam Rem Pub. vbique accepi. pacatam excoeptis Britannicis relinquo. ſenex et pedibus aeger firmum Antoninis meis relinquens ſi boni erunt. imbecillem ſi mali.

De vxore et filiabus. Inſcriptiones Nepeſinae: in Malaca vrbe Boetica: in Kaufbeuren oppido Auguſtenſis dioeceſis: Romae ad templum Pantheon, in foro Boario, in formis Coelii montis ante hoſpitale S. Angeli ante Lateranum: Macerati prouinciae Picenae: Vicimae in Archiducatu Auſtriae: Salisburgi ad S. *Rupertum*: Romae in arcu triumphali retro capitolium; in alpibus Rhaeticis in villa vocata media ſilua: in eisdem non longe Inpontio: Romae in arcu triumphali retro capitolium, in foro piſcium ante eccleſiam S. Angeli: Carrariae in agro Limenſi: Romae in domo *Franciſci Procarii*: Romae: Oſtiae. *Numismata* argentea et aerea.

Peſcennius Niger Seuero oppoſitus eſt, ab iſto autem victus, capite truncatus eſt. *Aelius Spartianus* de illo: *Numisma* argenteum.

Clodius Seuerus Albinus Seuero etiam oppoſitus, ab eodem trucidatus eſt. *Numisma* argenteum.

Baſſianus Caracalla Seueri Pertinacis filius, a patre ſuo imperatoris honoribus inſignitus, cognominatus eſt *M. Aurelius Antoninus Pius*, Caeſar poſtea declaratus. Cum fratre ſuo diuiſit imperium, Europam ſibi vendicauit. Fratrem, nobiliſſimosque viros, ciues Alexandrinos et Parthos praeter fidem trucidari iuſſit. Apud Carras Meſopotamiae inſidiis circumuentus, occiſus eſt anno imperii 6. De *eius vxore. Inſcriptiones* in marchionatu Badenſi, et alibi. *Nnmismata* aurea, argentea et aerea.

L. Septimus Geta, Septimi Seueri filius, *Antoninus* a patre vocatus, decorus, eruditus, lenis, ac popularis, ex diuiſione obtinuit Aſiam. A fratre totius imperii cupiditate abrepto occiſus eſt. Eius *numismata* argentea.

M. Opellius Seuerus Macrinus, occiſo *Baſſiano* Imperator abſens conclamatus eſt. Lente, tarde, et delicioſe dies agitans, hiſtrionibus et ſaltatoribus intentus, regiminis negotium penitus neglexit. Militi exoſus menſe decimo quarto imperii trucidatus eſt. *De eius vxore. Epigramma* in ipſum. *Numismata* argentea et aerea.

M. Opel. Diadumenus Antoninus Macrini filius forma decorus et gratia venuſtatis ſuae a plurimis amatus, in plerosque tamen ſaeuus, nil memoriae dignum fecit. *Numisma* argenteum.

Baſſianus Varius Heliogabalus, a militibus *Antoninus* dictus, ab iisque Imperator conſalutatus, Romanis id aegre ferentibus, eoquod impudentiſſimus, et obſcoeniſſimus eſſet. Confoſſus. in Tiberim abiectus eſt. *Eius vxor. Numismata* argentea.

M. Aurel. Seuer. Alexander Arcenae ip Syria natus, *Heliogabali* conſobrinus, a militibus Imperator renuntiatus eſt. Adoleſcens adhuc a ſenatu Pater Patriae dictus, modeſtus, et literatus, doctos amabat, reip. vtilitatem maxime curabat, religionique chriſtianae haud parum adfectus erat. De Perſis triumphum agebat; tandem cura belli neglecta, anno imperii 13. militibus exoſus factus, gladio percuſſus eſt. *De eius vxore. Inſcriptiones* Corinthi ad templum *Iunonis. Numismata* argentea et aerea.

C Iulius Verus Maximinus Pius Auguſtus Trax a germanici exercitus militibus praeter ſenatus autoritatem Imperator ſalutatus eſt. Imperium ſaeuitia conſtabilire ſciuit. Ob ſuam crudelitatem et voracitatem omnibus exoſus, a ſenatu hoſtis iudicatus, apud Aquileiam occiſus eſt. *Numismata* argentea et aerea.

Maximinus iunior, ſuperioris filius, a patre Caeſar et conſors imperii vocatus anno aetatis 18 cum patre trucidatus eſt.

Titus Maximini Dux, inuitus a ſuis militibus Imperator declaratus, menſe ſexto imperii occiſus eſt.

Anton. Gordianus a populo Carthaginenfi cum filio ſuo Imperator et Africanus vocatus, et à Romanis Auguſtus declaratus, anno primo imperii mẽnſe ſexto Carthagine obiit.

Gordianus literis et moribus inſignis, forma elegans, memoria tenax, ob liberorum ex concubinis ſusceptorum copiam *Priamus* dictus, apud Carthaginem peremtus eſt.

D. Caelius Balbinus, *Gordianis* mortuis, cum *Pupieno Maximo* Imperator et Auguſtus a ſenatu declaratus; ſed inexhauſta amborum regnandi cupiditas ambos etiam perdidit. Horum *numiſmata* argentea et aerea.

M. Ant. Gordianus, Gordiani filius, prioribus occiſis, annum decimum tertium agens, in ſenatum delatus Imperator declaratus eſt. Perſas, et Gothos vicit. Omnibus gratus, ſed *Philippo* exoſus, eius iuſſu anno aetatis 22. imperii 6. trucidatus eſt. *Eius vxor. Titulus eius ſepulchro additus.* Inſcriptio Romae in S. *Maria* in monte Auentino. *Numiſmata* argentea et aerea.

Marcus vir grauis, prudentia ſingulari praeditus, a ſenatu Imperator vix declaratus, iam ſubita morte oppreſſus deceſſit.

C. Valens Hoſtilianus Imperator ſalutatus, ſed medicis venam eius male ſoluentibus paulō poſt occubuit. Inſcriptio Valentiae in Hiſpania.

Miſitheus, vir modeſtus, eloquens, commodi reipublicae ſtudioſiſſimus, tutor reip. et parens principum vocatus, Imperator renuntiatus eſt. Profluuio ventris laborans, non diu imperii onus ſuſtinuit.

M. Iulius Philippus Arabs, parentibus obſcuris ortus, a militibus Imperator ſalutatus et a ſenatu Auguſtus declaratus, anno imperii VII. Veronae a militibus occiſus eſt. Hic cum coniuge ſua et filio baptiſmo inſignitus fuiſſe dicitur. *Numiſmata* argentea et aerea.

Philippus prioris filius, in imperii conſortem electus, a militibus, cum pater Veronae, Romae occiſus eſt. Sub iſtis ludi ſeculares celebrati ſunt.

Marinus in ſeditione Imperator proclamatus, poſt eam trucidatus fuit.

Decius vocatus *M. Q. Traianus Decius* in Pannonia natus, vir ciuilis atque militaris, ab Illyricianis Imperator, a ſenatu Auguſtus adpellatus, erga Chriſtianos ſaeuus, anno imperii primo in pugna cecidit. *Inſcriptiones* Valentiae in Hiſpania. *Numiſmata* aurea, et argentea.

C. Vib. Trebonianus Gallus ex familia patricia ortus, ab exercitu Imperator et a ſenatu Auguſtus conclamatus, Scythis tributum reddidit. Vnacum filio occiſus eſt. *Numiſmata* argentea et aerea.

Aimilianus Lybicus in Aegypto ab exercitu adpellatus, imperauit tribus tantum menſibus. *Numiſma* argenteum.

P. Cor. Licinius Valerianus, vita ac moribus ad ſenium vsque incorruptus, honoribus et magiſtratibus maximis functus, in alpibus Rhaeticis Imperator factus, a Sapore Perſarum Rege captus in Perſiam deductus eſt. Imperauit nouem annis. *Numiſmata* argentea.

P. Licinius Gallienus filius *Valeriani* adoleſcens Auguſtus declaratus, contra Scythas feliciter pugnauit. Dein illecebris Romanis immerſus, imperium a Tyrannis dilacerari et occupari permiſit. Tandem ab ipſis prope interemtus eſt anno imperii 9. iuxta alios 15. *Eius vxor.* *Inſcriptiones* apud Secuſanos in Gallia Lugdunenſi: Veronae in exteriore aſpectu portae Burſariorum. Romae in arcu ſancti Viti. *Numiſmata* aurea, argentea, et aerea.

Vale-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

M. Aur. Carinus Cari filius, libidinoſiſſimus ac crudelis a *Diocletiano* ad Margum in Dalmatia victus occubuit. *Inſcriptiones* Tarraconae, et Sagunti. *Numismata* duo aerea.

Diocletianus Solonis Dalmatiae obſcuris parentibus natus, callidus, prudens, in militia peritus, *Carino* caeſo, Imperator et Auguſtus adpellatus, primus Rom. Principum adorari voluit. Sarmatis et Baſtarnis victis, imperio pacem dedit. Annis viginti in imperio transactis, purpuram depoſuit, et annos decem priuatam egit vitam. In Chriſtianos valde crudelis erat. *Inſcriptiones* in agro fori Sempronienſis: Viennae Allobrogum: apud Patratum. *Numismata* aurea, argentea et aerea.

M. Aur. Val. Maximinianus in Pannonia parentibus agricolis natus, vir aſper, immitis, a *Diocletiano* in imperii conſortem electus, in Gallia et Africa res proſpere geſſit: magnam Chriſtianorum copiam trucidauit. Purpura depoſita, priuatam vitam egerat. Cum pro imperio cum filio *Maxentio* disceptaſſet, generi ſui iuſſu Maſſiliae ſtrangulatus interiit. *Inſcriptiones* Romae apud Thermas *Diocleciani:* Tarraconae: Mitilenis. *Numismata* aurea et aerea.

Fl. Val. Conſtantius Clorus inſignis prudentiae, ciuilitatis et comitatis, a *Diocleciano* et *Maximiniano* Caeſar et Auguſtus declaratus, cum *Gal. Maximiano* imperium diuiſit. Hoſtium furorem ſuppreſſit. Anno 13 imperii Eboraci in Britannia obiit. *De eius vxoribus et filiis. Inſcriptiones* Conſtantiae ad lacum magnum: Seuerini: Tarraconae: Colignolae. *Numismata* aurea et aerea.

Galerius Val. Maximianus Illyrico, Graeciae et Orienti imperauit. Perſis victis imperii fines longiores produxit. In Africa Gencianos pacauit, Aſſyriam expugnauit. Saeuus in Chriſtianos. Anno 16. imperii miſere periit. *Eius vxores. Inſcriptiones* Romae: Fani in columna. *Numismata* aurea et aerea.

Fl. Val. Seuerus a *Val. Maximiano* adoptatus, a *Licinio* oppreſſus, ne viuus caperetur, ſe ſtrangulauit. Chriſtianos crudeliter eſt perſecutus. *Inſcriptio* Romae apud Thermas *Diocleciani. Numisma* aereum.

Maxentius Maximiani Herculii filius, crudelis Tyrannus, libidine maxime deditus, multis praeliis victus, et diuinae crucis virtute profligatus, miſere periit. *Inſcriptio* Condignolae in agro Veronenſi. *Numismata* argentea et aerea.

M. Iul. Licinius in Dacia agricolis parentibus natus, muſarum, doctrinae, et chriſtianae religionis inimicus, a *Galerio* in Illyrico Caeſar proclamatus, a *Conſtantino* victus, a militibus occiſus eſt anno imperii ſui 14. *Eius vxor. Numismata* aurea, argentea et aerea.

M. Fl. Val. Conſtantinus Max. P. F. Aug. Conſtantii Clori filius, a patre Caeſar factus, Chriſtianam profeſſus eſt religionem. Reſtituit Drepanam Bythiniae, quam matris nomine Helenopolim dixit: Conſtantinopolim inſtaurauit. Romae Baſilicas extruxit: imperii Tyrannos oppreſſit: Mauritaniae populos et Gothos expugnauit: leges condidit: Arianam haereſin, concilio conuocato, condemnauit. Anno imperii 31. Nicomediae obiit, Conſtantinopoli ſepultus. *De vxoribus eius. Inſcriptiones* Romae in arcu prope Coliſeum, in ianiculo ad S. *Chryſogonum*, in latere eiusdem, in S. *Pudenciana*, ad Caballos: Fani: Parmae ad S *Alexandrum*: in arce Seccau: Tarraconae. *Numismata* aurea, argentea et aerea. *Edictum de Chriſtianis.* Imperatoris conſtitutio, per quam, quod Deus in eo operatus ſit, notum fecit. Reperta fuit Auguſtae in codice vetuſto Bibliothecae maioris eccleſiae.

Criſpus Conſtantini filius, a *Lactantio Firmiano* educatus, a patre Caeſar declaratus, Polae in Iſtria occiſus fuit. *Numismata* argentea et aerea.

Lici-

Licinius iunior, *Licinii* senioris filius, a *Constantino* Caesar declaratus, non multo post occisus est. *Numismata* aerea.

Dalmacius a *Constantino* cum tribus suis filiis Caesaris honore decoratus est.

Series reliquorum Imperatorum vsque ad *Carolum* M. est interrupta, ad quam tamen vlterius texendam spatium quatuor foliorum vacuum fuit relictum.

Carolus M. Patre et fratre defunctis, iure haereditario Francorum regno potitus, plures Europae prouincias et populos sibi subiecit. Ventis et mensibus germanica indidit nomina: iura dedit subditis: Saxoniam decem Episcopatibus insigniuit. Terram S. Christianis restituit. Aquisgranensem basilicam sacris reliquiis, ex orientis partibus acceptis, dauit, columnis marmoreis, iisque pretiosissimis exornauit. Synodos plures conuocauit, leges saluberrimas condidit: ecclesias erexit, atque ditauit: earum ritum emendauit: Frisonibus et Saxonibus euangelium praedicari fecit: monasteria fundauit: donationem a *Pipino* Romanae ecclesiae factam confirmauit, eamque adauxit: gymnasia et scholas erexit: Romanam ecclesiam a Tyrannide liberauit, eique pacem attulit. A *Leone* Papa anno salutis 801. Patriciatus honore decoratus, et Imperator declaratus et coronatus est. Obinuit quoque potestatem eligendi Papam, et ordinandi ac inuestiendi Archiepiscopos, et Episcopos. *Ludouicum* filium suum Augustum et imperii consortem, et *Bernardum* nepotem suum Italiae regem declarauit. Obiit anno 814. imperii 14. mens. 1. d. 4. Aquisgrani sepultus.

Friderici II. Imperatoris diploma, quo illud *Friderici* I. super inuentione, et translatione corporis *Caroli* M. et eius in Sanctorum fastis relatione, atque ipsius *Caroli* priuilegium ecclesiae Aquisgranensi datum, confirmatur. Monumentum istud Aquisgrani adseruari Autor testatur.

De *Caroli M. vxoribus, Concubinis et filiis.* De Sepultura D. *Hildegardis*, eiusque epitaphiis. Epitaphium *Drogonis* Archiepiscopi Metensis. *Hadriani* Papae decretum. Quaedam ex Capitularibus. Populi Rom. adclamatio, cum Augustus coronaretur. *Caroli* M. vltimae voluntatis dispositio.

Nicephorus Orientis Imperator, qui cum *Carolo* pacem fecit. A Bulgarorum rege in superiori Mysia victus occubuit.

Staturacion patri suo successit; ast iam tertio imperii sui mense a *Michaele* imperio priuatus, monasticam profiteri vitam coactus est.

Michael Nicephori gener, *Carolo* imperium Occidentis cedere coactus est. A Bulgaris victus anno imperii secundo cum populi consensu imperii coronam *Leoni* imposuit, et priuatam vitam in monasterio ad mortem vsque duxit.

Leo Pardi Patricii filius a *Michaele* Imperator proclamatus, victis Bulgaris, imperio pacem reddidit. Anno imperii octauo, curante *Michaele*, a praetorianis occisus est.

Ludouicus Pius Caroli M. filius Aureliani a *Stephano* Papa IV. coronatus, *Lotharium* filium suum primogenitum imperii consortem declarauit: *Pipinum* Aquitaniae, *Ludouicum* Bauariae praefuit. *Bernardum* eius nepotem Italiae regem laesae maiestatis reum primum oculis, deinde vita priuari permisit. Conspirationis reos multauit. Aquisgrani, synodis conuocatis, adsentiente Papa multa sanciuit: regulam canonicam instituit. Vrbis Romae donationem confirmauit. Plures populi rebelles compescuit: Saracenos ecclesiae dominium depopulantes attriuit. Danorum regem cum vxore et filiis eius e sacro fonte leuauit. Filios in se rebelles armis oppressit, et diuersis modis multauit, et in gratiam iterum recepit. Senio confectus anno salutis 841. aetatis suae 74. imperii 22. obiit,

Metis,

Metis, iuxta alios Campiduni sepultus. Epitaphium in ecclesia Metensi repertum. De vxoribus et filiis eius. Quaedam ex capitularibus.

Michael, Leone occiso, militum et praetorianorum fauore Constantinopoli imperium armis arripuit. A *Ludouico*, cui *Dionysii* Areopagitae libros misit, pacem impetrauit. Saracenos vicit. Imperii anno nono in fata concessit.

Teophilus Michaeli succesſit, qui quindecim annis imperio praefuisse scribitur.

Lotharius I. Imperator, *Ludouici* filius, et imperii consors, Romanis magistratum dedit. *Carolum Caluum* cum reliquis fratribus armis inuasit. Regnorum diuisio Verduni facta refertur. Saraceni et Normanni plures regiones deuastarunt, et occuparunt. *Leo* Papa leges et constitutiones Caesaris et praedecessorum suorum obseruare promisit. Imperator filium suum *Ludouicum* imperii consortem adsciuit, et a *Sergio* Papa coronari fecit. Diuiso in filios regno, imperio se abdicans, monasterium ingressus est. Obiit Prumiae anno salutis 858. Eius vxor. Quaedam ex capitularibus.

Michael Theophili filius vndecim annis cum matre et tredecim solus imperauit. Ecclesiam Romanam veneratus, ad *Nicolaum* Papam I. legatos misit, muneribusque decorauit. *Basilio* imperii consorte creato, ab ipso occisus est.

Ludouicus I. Ludouici Pii filius Baiariorum Rex Bohemis, Danis, Suecis et Bulgaris euangelium praedicari fecit. Episcopatus Rigensem et Slesuicensem erexit. *Carolum Calnum* armis inuasit: Franciam deuastauit. Regna sua inter filios diuisit. Moguntiae et Francofordiae synodos coegit. Anno 866. Francofordiae obiit ad S. *Nazarium* Lauricensem tumulatus. Eius vxor.

Ludouicus II. *Lotharii* filius, prosperitate elatus Italiam deuastauit, mitior factus a *Sergio* II Caesar Augustus coronatus est. Beneuentanos bellantes compescuit: Vandalos vicit. Corbeiense monasterium ditauit. Coloniae synodum celebrauit. Rebelles principes multauit. Papae *Nicolai* I. edictum, quo Imperator a conciliis Clericorum excluderetur, haud infregit. In Italia e solario cadens obiit anno 877. Mediolani sepultus. Eius vxor.

Basilius Macedo Orientis Imperator, acer in Bello, Venetorum ducem ob victoriam de Saracenis reportatam Protospatarium declarauit: ab eo duodecim campanas, apud Graecos insolitas dono accepit. Constantinopoli synodus habita est. Bulgaros ecclesiae Romanae adiudicatos esse voluit.

Lotharius II. primi filius cum *Carolo Caluo* bellum gessit, quo sedato, *Hucberto* Arduennae duci inter Iuram et Iouis montem ducatum concessit.

Hucusque igitur Caesarum historia in praesenti recensita, progreditur. Mihi videtur, Autorem non tam historiam de Caesaribus scribere, quam eorum inscriptiones et numismata colligere, iisque breuem et succinctam de illis, et eorum gestis notitiam praemittere voluisse.

Conradum Peutingerum recensita multa sollertia congessisse, sequentia verba inscriptioni *Augusti* in domo Peutingeriana Augustae repertae tituli loco praemissa: *Augustae Vindelicorum apud me Conradum Peutinger* testantur, et ex aliis rationibus a Cl. *Zapfio* in epistola supra memorata adductis magis confirmatur.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

IV.

Vitae S. Maximiliani: S. Placidi Mart. et S. Onuphrii. in 4to. Codex Chart. Sec. XVI.

S. *Maximiliani* et S. *Onuphrii* vitae ab eadem manu eleganter ſcriptae ſunt. Illa eſt plane eadem, quae numero praecedente recenſita reperitur. Iſta incipit a prologo his verbis: *Onoferus vel Onofrius dicitur ab On quod eſt deus et offero. On tantum dicitur totum vel omne. hinc deus actus eſt on quia ſuper omnia et in omnibus eſt &c.* Prologum excipiunt capitulorum, quorum triginta ſunt, ſummaria. Deinde: *Incipit legenda de vita et actibus ſancti patris noſtri Onofrii abbatis atque heremite excellentiſſimi.* Initium vitae: *Natiuitas beati Onofrii heremite atque abbatis hec modo fuiſſe narratur.* In fine legitur rubro colore ſcriptum: *Explicit vita Sti Onoferi heremite per fratrem Iohannem Grieſhern de dillingen preſbiterum et Conuentualem monaſterii ſanctorum Vdalrici et Affre eiuſdem ciuitatis. Ipſo die Hylarie regine ſociarum eius anno Incarnacionis dominice. M.CCCCC.XVI.*

Vitae S. *Placidi* ſequens titulus eſt praefixus: *Incipit legenda ſancti Placidi Abbatis et martiris diſcipuli ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti.* Initium ita ſonat: *Tempore quo Theodoricus Auguſtus in ſeniori Roma in noua vero Iuſtinus ſenior et Iuſtinianus Romani imperii ſceptra retinebant* &c. In fine: 1521.

V.

Petri Wagner Ord. S. Ben. Congeſtum Monachorum illuſtrium. in 4to. Codex Carth. Sec. XV.

Codex iſte 122 foliis conſtans, ab ipſo Autore charactere haud eleganti ſcriptus eſt. Praemittitur prologus prolixus admodum, in quo nimis diuagatur Autor. Incipit absque titulo his verbis: *In huius calamitoſe letalis vite erroris nebulas atque miſeriarum anime corporisque (heu) mille angores a congenite innocencie felicitatisque gemine ſtatu atque voluptuoſe et iocunde habitacionis loco ob inobediencie ingratitudinisque reatum quo conceſſis immemor, ingratus inconceſſa captare fruſtra anhelabat homo pulſus* &c. Tandem poſt nouem paginarum longam orationem de ſui inſtituti ratione ita diſſerit:

„Igitur cum propoſiti mei ſit in Benedictum vniuerſalem monachorum patrem eius„demque regulae profeſſores monachos viros illuſtres — etſi impares nimium — laudes „conferre quamquam ceteris ordinibus limatae eius regulae inſtitutiones emineant, quae „quomodo in lucem breuibus efferre. Primum haud ab re, quot vel qui ordines quiue „eorumdem inſtitutiones et quando ceperint, variatiue fuerint. De diuerſitate quoque ha„bituum conſuetudinumque eorum — nam quamuis vni humilitatis ſcilicet paupertatis„que ac crucifixionis carnis ad imitationem Ieſu Chriſti fundamento initantur, atque ad „vnum ſolum vnicumque finem tendant, diuerſo tamen modo viuendi atque illo tramite „perueniendi elaborant — paulatiue a tempore naſcentis eccleſiae vsque ad ſancti Bene„dicti atque poſt vsque in praeſens tempus. Dicto dein, quantum ſancti Benedicti ordo

„vltra

ltra alios omnifaria ceruices erexerit, quotque ſolemniſſimos, illuſtriſſimosque equidem veros eccleſiae dei conſtructores ac fidei eius inuictiſſimos propugnatores viros ad nostram vsque aetatem per annos circiter 960 genuerit atque ex eodem ordine velut exuberanti fertiliſſimaque arbore ordines vel rami prodierint enarrandum viſum eſt.

„Verum ante haec imprimis hic optime te lector exoratum cupio facilem te in conſequentibus nominum locorum, dignitatum perſonarumque atque numerorum temporum eu annorum ſubitumue ne fieri calumniatorem tanta enim, heu, tum inter veteres tum :t inter modernos hiſtoriographos de annorum numero, deque nominibus tum locorum um dignitatum, perſonarumque diſſona eſt varietas et inſtabilis collatio, vt limata ex his ıtque quae neutrae parti diſſideat allegatio explicari haud facile poſſit. Porro inter ıaec viam mediam dubius nihilominus plerumque eligens, eorum, quos ratio magis mitabiles ſuggeſſit, veſtigia inſecutus ſum. Quod obinde hic dicere volui, vt qui, dum liorum laborum calumniando reprehendunt, ſcioli exinde exiſtimari volunt. Otio nimirum inerti marceſcentes, de alieno ſudore haud facile iudicare debere absque operis xperientia, reſponſum habeant. Quod ſi ita viſum ſit, irrideas, laceres, reprehendas, nea porro interea erit, imperitorum, ne dicam reprehenſionem, ſed furiam ridere.“

Finito prologo agit Autor de omnibus ordinibus tam ante, quam poſt S. *Benedictum* ortis, incipiens a primis Anachoretis *Paulo*, *Antonio* &c. De his ad ordinem S. *Benedicti*, ısque propagines, quae diligenter enumerantur, tranſit. His praemiſſis, ipſum opus, in ıdecim capitula ſeu titulos dispertitum, a praefatione ſat iterum prolixa, in ordinis *Benedicti* encomium ſcripta, initium ſumit. Ad finem eiusdem ita legitur:

„Ob eiusdem igitur nunc beatiſſimi patris Benedicti, ordinisque eiusdem praeconium auciſſimos equidem ex multis et pene innumeris, qui in ipſo ordine ſcientia, ſanctiıte doctrinaque aut in aliis rebus quare laudem meruerint, velut inter tenebras mundi ffulſere, conſequenter ponam viros illuſtres, pauciſſimos inquam reſpectiue hic ponam, ec in eorum quorumlibet, vt placeret, geſtarum virtutum, miraculorumque pro dignitate arrando euagabor laudes; quippe cum nonnullorum eorum vnius librum integrum ſola onfecerint geſta, nec omnium nuda, abſolutaque vocabulorum nomina huius latiſſime ıptura foret ſuperficies tabulae, ſed modeſtius atque admodum reſtricte procedens, pleorumque abſoluta non niſi nomina ponens, tibi duntaxat lector perpauca haec reliquoım omnium memoriam ingerere ſtudebo, quod et hic infra te commonitum volo, cuicunue in ſequentibus terminum hunc *Sanctus* appoſuero, quoniam in ſanctos relatos, atque mec in codicibus reperiſſe fidem accomodabis, quod obinde hic dixerim, quomodo diſcretos os, qui ſanctitate, quique aliis in rebus illuſtrium virorum titulum meruerint, ab inuiem habeas. Plures enim hic interſerui non quidem bonitate ſed, vt ſi dicatur latro ſignis, vel quidpiam tale. - - - His igitur hactenus paucis ad conſequentium acceſſum ıspoſitis, nunc quinam illi praecipui Benedicti discipuli ſint, enarrabo, inter quos et ıec erit discretio, vt primum ſummi pontifices, deinde martyres ac conſequenter reliıi pro ſtatuum dignitate in ordinem titulorum ſeriatim redigantur.“

Caput primum Summos Pontifices, qui in S. *Benedicti* regulam iurarunt, comprehen-, et triginta tres eorum numerantur. Primus eſt *Gregorius* Magnus, eum ſequuntur *Boacius* IV. *Adeodatus*. *Agatho*. *Conſtantinus* I. *Conſtantinus* II. *Stephanus* III. *Paſcalis* I. o IV. *Stephanus* VI. *Leo* V. *Chriſtophorus*: *Silueſter* II. *Ioannes* XX. *Stephanus* IX. *Beneus* X. *Gregorius* VII. *Victor* III. *Vrbanus* II. *Paſchalis* II. *Silueſter* IV. *Gelaſius* II. *Gregor* VIII. *Anacletus* II. *Eugenius* III. *Anaſtaſius* IV. *Adrianus* IV. *Coeleſtinus* V. *Benedi-*

ctus

tus XII. *Clemens* VI. *Innocentius* VI. *Vrbanus* V. *Felix* IV. De his Autor praecipua eorum gesta enarrat.

Capite secundo agitur de *Monachis ordinis sancti Benedicti, qui pro fide Christi morientes martyrii coronam meruerunt.* In hoc capite, vti in sequentibus autor alphabeticum obseruat ordinem. Huius in fine legitur: „Vides nunc hic optime lector quantum color „auri illius, de quo in principio dixi, optimus in sancti huius Benedicti ordinis professo„ribus resplenduerit, qui non solum fortunae bona ad imitationem paupertatis Christi re„liquerunt, immo et animas suas vltro gaudenterque expenderunt."

Caput tertium *de Monachis ordinis sancti Benedicti, qui ad patriarchatus et archiepiscopatus assumpti sunt.*

Caput quartum *de Monachis sancti Benedicti, qui ad Cardinalatum assumpti sunt, pauci e multis.*

Caput quintum *de Monachis ordinis sancti Benedicti, qui legati seu apostolici nuntii atque praedicatores propter conuersionem infidelium seu aliquam aliam ecclesiae vtilitatem a deo vel a summis pontificibus ad exteras nationes missi sunt.*

Caput sextum *de Monachis, qui ad diuersos episcopatus assumpti sunt.*

Caput septimum *de Monachis ordinis sancti Benedicti, viris literatis, qui in diuinis et humanis scientiis velut sydera in firmamento fulgentes varios libros scripserunt.* Vitae circumstantias virorum eruditorum autor paucis memorat, et opera ab ipsis scripta recensere aut penitus intermittit, aut non omnium meminit.

Caput octauum de *Monachis, qui de sublimitatibus ad ordinem ipsum venerunt, et primo de imperatoribus, deinde de regibus, ducibus, Comitibus.*

Caput nonum *de Abbatibus sanctis, seu qui alias illustres fuerunt in ordine S. Benedicti.*

Titulus decimus *de Monachis sanctis, seu qui aliis quibusque rebus excelluerunt in ordine sancti Benedicti.*

Titulus vndecimus: *Abbatissae et monachae illustres ex ordine sancti Benedicti, quarum aliquae imperatrices, reginae aliae &c. fuere.*

Operi subnectitur Autoris epistola dedicatoria ad *Ioannem* de *Giltlingen* Abbatem S. *Vdalrici*, quam integram hic adponere iuuat.

„Congessi, ecce dignissime Abba *Ioannes*, tuis nimirum, ego minimus fratrum tuorum, „actus praeceptis virorum illustrium ordinis diui patris *Benedicti*. Vnde — tuo stat iudi„dicio — et hoc qualecunque opus congestum monachorum illustrium ordinis sancti *Bene„dicti* praetitulabitur immensum numerum, eosque, vt notior sit singulorum conditio, per ti„tulos velut aceruos discreui. Feci porro, vt potui, tametsi non eousque volui. Res gran„dis atque vsu ipso vehementer grandescens, proindeque nec vllo mortalium prorsus per„ficienda. Siquis enim astrorum omnium et nomina et numerum reddere, et eos quos „ordo hic inclitus per latissimas mundi plagas ab institutionis suae primordio vsque haec „nostra tempora viros illustres dedit, ratione artare poterit. adde praeterea et quotidianos, „potens est enim deus et de nobis vermiculis suscitare filios Abrahae, veros scilicet pa„tris Benedicti sectatores. Quis enim in SS. ordinis huius monasteriis, quae nimirum in „concilio Constantiensi annumerata sunt, viros et literarum scientia et vitae sanctimonia in„signes reperiri negabit? quamuis heu proh nunc hac aetate nunc mundo senescente „vernans illa olim religionis facies in rugas contracta foedum in plerisque exhibeat aspe„ctum, languet heu prior monastici rigoris vigor, vitaleque idolum ab auri pretio in te„steam vilitatem descendit, obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, et vt qui-

„dem

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

NOBILISSIMÓ. SORTE. INFIMVS. FRATER. LEONARDVS. WIRSTLIN. PRAENOMINATI. ANTISTITIS. MONASTERII. AVGVSTAE. MANCIPIVM. SCRIPTVRARVM. CAENTVM. MANV. VNA. EXARATORVM. CONTINENTIAM. EMENDANDAM. CORRIGENDAMQVE. HVMILLIME OFFERT.

Caeſaris inuicti ſaedes accedere cura.
Atque thronum ſuperis nunc liber ipſe ſacrum.
Det veniam rogites cunctis erroribus atquae
Laſſatis manibus parcat amore Dei.

In auerſa pagina legitur titulus triumphalis: *Ieſus Nazarenus Rex Iudaeorum*, hebraea, gràeca, et latina lingua ſcriptus. Sequuntur ſcripturae mira elegantia, varietateque exaratae, quae vix non omnium ſeculorum ſcripturas imitari, et quaelibet ſcriptori propria fuiſſe videtur. Omnes, qui easdem perluſtrant, *Leonardi* ſcribendi dexteritatem iure mirantur. Cuilibet earum proprium, eruditumque nomen addidit. Materias diuerſas elegit. Prima prologum ſequentem comprehendit:

„Rotunda omnium ſcripturarum eſt nobiliſſima. Vocatur etiam mater et regina aliarum. Quia ratione, autoritate, et excellentia omnes ſcripturas excellit: Ratione, quia legibilior: autoritate, quia nobilior: excellentia, quia praeſtantior et antiquior. Et ideo tanquam nobiliſſima regina omnibus ſcriptoribus eſt veneranda. Et ego Frater Leonardus Wirſtlin. alias Wagner de Schwabmenchingen. preſbiter et Conuentualis Monaſterii Sanctorum Vdalrici et Affre in Auguſta vindelicorum. Incepi hanc probam. et ſcripſi manu propria cum ſequentibus ſcripturis. numero centum. Anno domini Milleſimo quingenteſimo ſeptimo.“

Nomina centum ſcripturarum ſunt ſequentia a *Wagnero* noſtro adpoſita.

Rotunda
Rotundalis alta media
Poetica vera
Antiqua maior
Imperatoricalis
Antiqua craſſana
Textus italicus
Euerſalicana
Antiqua priſca
Rotalis minor
Globata rotalis
Compoſtorialis maior
Papalicana
Alta poeticalis
Media rotalis
Notula formata
Curſiua rotundalis
Tenuiſſana
Poeticalis mediana
Clipalicana maior
Regia pullicalis
Gippalicana
Literalis ſimplex
Notula ſemifracta
Dilatana media
Rotalis curſiua
Mediana ſerrata
Notula poeticalis media
Altana
Rotalis globata
Palliata tenſa
Notula ſemis formata
Literalis curſalica
Antiqua formata media
Antiqua ſimpliciana
Antiqua polita
Cardinalicana
Textus italicalis altus
Vagalicana extenſiua
Euerſalica minor
Antiqua ſerrata
Extenſiua inaequata
Mediana vtralis
Antiqua curualis
Notula codicalis
Abſciſa poſtericalis

Alta

Altana ſemis minor
Clippalicana galeata
Auerſalicana media
Italicana formata
Fractura germanica
Priſca caudalis lata
Notula curtana
Neutralicana
Antiqua curtana breuis
Saltana poſtericalis
Abſciſſa
Bullicalis minor
Notula formata ſimplex
Antiqua durana
Ceſſpalicana
Rotalis globata
Inaequalicalis variana media
Macrana alta
Bifaricalis
Groſſana
Literalis italicana
Rotulana curualica
Antiqua formata media
Codicalis ſimpla
Inaequalicana
Pictoricalis maior
Pillicana
Compoſtericalis minor
Flacana antiqua
Neutralicalis
Priſca pilicalis
Poeticana ferrata
Semifractura
Curualica ſimplex
Notula ſubmiſſa
Curtana praeuiſſalica
Polita media
Poeticalis curſiua
Italicana notalis
Curuana inaequalis
Curſiua italicana
Antiqua formoſalicana
Altana minor
Spiſſalica poſtericalis
Pictoricalis minor
Poſtericalis ferrata
Textus italicanus biſractus
Extenſiua inaequalis
Notula codicalis polita
Antiqua realicana
Curſiua literalis
Curtana flacca
Notula poeticalis preſſa
Rotundalis inaequata.

imam paginam labyrinthus ſecundum *Iſidorum* explet.

ius excellentiſſimi codicis plures omni laudis encomio meminerunt; ſcripturarum nominationes ante me *Khammius* *) *Bernard. Pezius* **) *Du Fresne D. du Cange* ***) int.

VII.

logium Aſceterii SS. Vdal. et Afrae. II. S. Benedicti Regula. fol. Codex pergamenus Sec. XVI.

rologium iſtud nomina et obitus diem fundatorum, benefactorum, Epiſcoporum lam, Abbatum et Monachorum noſtri Aſceterii, perſonarum vtriusque ſexus ſpiedere nobiscum iunctarum exhibet. Deplorandum haud parum, obitus annum indi-

ierarch. Auguſt. P. II. Colleg. p. 293.
iſſert. Iſagog. in I. T. Theſaur. Anecd. p. XXXV.
iloſſar. ad ſcript. med. et infim. Latinit. Tom. III. p. 142.

iudicari neglectum fuisse, vnde tanta lux historiae adfulgere potuisset. Episcopos itaque, et Abbates in isto adnotatos in eruditorum, et eruditionis emolumentum excerptos hic sistam.

Secunda Ianuarii: *Vdalricus*, *Sybaldus* Abbates, in quibus monasteriis, non est adnotatum.

3tia. *Henricus* Abbas in Werdea.

4ta. *Pangratius* Abbas in Meten. *Conradus Ezel* in Werdea.

5ta. *Catharina Schellerinn* Abbatissa in Kühbach. *Matthaeus* Abbas in Blankstetten. *Casparus* Abbas in Ottenbeurn anno 1584.

6ta. *Franciscus* Abbas Seonensis. *Dominicus* Abbas Caesareae. *Christophorus* Abbas in Fultenbach 1610.

8ua. *Ambrosius* Abbas in Blaubeurn. *Dauid Gregorius Comerus* Abbas Gottwicensis.

13tia. *Lucia* Abbatissa in Nuiburg.

14ta. *Wolfarthus* Episcopus. *Ioannes* Abbas in Weihenstephan. *Sebastianus* Praepositus in Vnderstorff. *Hieronymus Viti* Praepositus in Diessen.

15ta. *Ioan Christophorus Gutknecht* Abbas in Metten.

16ta. *Embrico* Abbas S. L. indicio. *Antonius* Abbas in Admind.

17ta. *Casparus* Abbas in Tegernsee.

18ua. *Dieto*, et *Ioannes* de *Vischach* Abbates nostri monasterii. *Andreas Luz* Abbas in Fultenbach 1547. *Iodocus* Abbas in Mondsee.

20ma. *Ioannes* Abbas in Wilzburg.

21ma. *Hezilo* Abbas nostrae congregationis.

22da. *Ioachimus Fend* Abbas in Thierhaupten 1553. *Ioachim Rieder* Abbas in Ebersberg.

24ta. *Conradus* Abbas in Tegernsee.

25ta. *Ioannes* Abbas in Faucibus. *Paulus* Abbas in Elchingen. *Vrbanus Hafner* Abbas in Wiblingen. *Georgius Vebelhör* Abbas Wessofontanus.

26ta. *Nicolaus* Praepositus ad S. Georgium.

27ma. *Erchinboldus* Abbas nostri asceterii. *Paulus* Abbas Schyrensis. *Carolus Stengelius* Abbas Anhusanus.

28ua. *Ioannes* de *Giltlingen* Abbas nostrae congregationis.

29na. *Ambrosius* Abbas Ratisbonae ad S. Emerammum. *Caspar Zwink* Abbas Benedictoburanus.

30ma. *Melchior Stamhain* Abbas nostrae congregationis 1474.

31ma. *Georgius Seiz* Abbas montis S. Georgii. *Barbara Sternin* Abbatissa in Kuebach.

Februarius.

2da. *Conradus Moerlin* Abbas nostrae congregationis 1510.

3tia. *Waltherus* Episcopus.

5ta. *Oswaldus* Abbas in Meten. *Gintherus* Praepositus in Diessen.

7ma. *Marquardus* Episcopus Ascanienfis. *Vdalricus* Praepositus in Vnderstorf.

8ua. *Iacobus Koepplin* Abbas nostrae congregationis.

9na. *Ioannes* Abbas in Wilzburg.

10ma. *Ioannes* Abbas in Werdea. *Georgius Fuetterknecht* Abbas Caesareensis.

13tia. *Georgius Nunnebeck* Abbas in Fultenbach. *Casparus Leis* Praepositus in Pollingen.

16ta.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Aprilis.

1ma. *Benedictus Furtenbach* Abbas Fäucenſis.

2da. *Caſpar* Abbas in monte S. Georgii. *Otto Truchſeſius* Cardinalis et Epiſcopus Auguſtanus 1573.

3tia. *Iacobus Brenz* et *Ioanues Stephani* Abbates Peterhuſani.

4ta. *Adalgarius* Abbas in Monſee. *Chriſtophorus* Abbas in Weihenſtephan. *Carolus* Praepoſitus ad S. Georgium.

8ua. *Eberhardus* Abbas in Weihenſtephan. *Henricus* Abbas Seonenſis. *Placidus* Abbas in Weltenburg 1588.

12ma. *Petrus* de *Schaumberg* Cardinalis et Epiſcopus Auguſtanus. *Vdalricus* Abbas noſtri aſceterii. *Henricus* de *Lichtenau*. *Caſparus* Abbas in Weihenſtephan. *Wolfgangus Merneiſen* Abbas in Seon.

13tia. *Dietpertus* Epiſcopus. *Ioannes* Abbas in Seon.

16ta. *Rudolfus* Praepoſitus ad S. *Georgium*. *Vitus* Abbas Ebersbergenſis.

17ma. *Hermannus* Abbas. *Stephanus* Abbas Ettalenſis.

19na. *Ludouicus* Abbas Schyrenſis.

20ma. *Ioan. Hoepfl* Abbas Metenſis.

22da. *Ioannes* Praepoſitus S. *Georgii*. *Benedictus Schwarz* Abbas Weſſofontanus.

23tia. *Iacobus Pfeffer* Abbas Anhuſanus.

24ta. *Bruno* Epiſcopus Auguſtanus. *Gregorius* Abbas Weſſofontanus.

25ta. *Ioannes Mann* Abbas Anhuſanus. *Ioannes* Abbas Ebersbergenſis. *Ioannes Gering* Praepoſitus in Beyharting. *Sebaſtianus* Abbas Caeſareae.

27ma. *Maurus* Abbas in Monſee. *Sebaſtianus* Abbas ad Scotos Viennae.

30ma. *Henricus* Praepoſitus in Beyharting.

Maius.

2da. *Sigismundus* Abbas Ebersbergenſis an. 1584.

3tia. *Hartmannus* Epiſcopus Auguſtenſis. *Conradus* Praepoſitus Dieſſenſis.

4ta. *Sifridus* Epiſcopus. *Menigoſus* Abbas.

5ta. *Simon Goll* Abbas n. m. 1548.

6ta. *Sebaſtianus Caſtner* Abbas Mettenſis.

7ma. *Martinus* Abbas in Monſee.

8ua. *Dego* ſecundus n. m. Abbas. *Eraſmus* Abbas ad S. *Emerammum*. *Paulus* Abbas in Nideraltaich an. 1585.

9na. *Henricus* Abbas n. m. an. 1482.

10ma. *Dietricus* Abbas.

11ma. *Henricus* Abbas n. monaſterii. *Michael* Abbas in Fürſtenfeld. *Cordula Burkhartin* Abbatiſſa in Hohenwart. *Georgius Eiſcepf* Abbas in Malersdorf an. 1630. *Sigismundus* Praepoſitus in Pollingen. *Maurus* Abbas Andecenſis.

12ma. *Manegoldus* Abbas n. m. *Michael* Abbas in Mallersdorf.

14ta. *Vitus* Praepoſitus ad S. Crucem. *Iacobus* Abbas in Biburg. *Chriſtophorus Berurg* Abbas in Werdea. *Hieronymus Weiſs* Abbas ad S. *Emerammum* an. 1609. *Benedictus* Abbas in Seon an. eodem.

15ta. *Scholaſtica Stamlerin* Abbatiſſa in Kühbach. *Bartholomaeus Kapfer* Abbas Fultenbac. an. 1582.

16ta. *Ioan.* Abbas Andec. *Wilhelmus* Abbas Peterhuſanus.
18ua. *Petrus* Praepoſitus Rorenſis. *Georgius Spechter* Praepoſitus in Beyharting an. 90.
19na. *Iodocus Bruder* olim Abbas Ochsenhuſanus. *Conradus* Abbas Reichenbac. *Alexander* a Lacu Abbas Cremifan.
20ma. *Sebaſtianus* Abbas in Ebersberg.
25ta. *Ioan. Bleibenhaus* Abbas Thierhaupt. *Iacobus* Abbas Blankſtettenſis.
26ta. *Eberhardus* Epiſcopus Auguſtanus, qui monaſterio noſtro Lici pontem donauit. *Georgius Neupeck* Abbas Schyrenſis. *Erneſtus* Abbas in Wiblingen.
28ua. *Michael* Abbas in Admont.
29na. *Mathias Gutterman* Abbas Neresheimenſis.
30ma. *Erhardus* Praepoſitus in Vndersdorf. *Corbinianus Cherle* Abbas Thierhauptanus.

Iunius.

1ma. *Vdalſcalcus* Epiſcopus.
2da. *Martinus* Abbas in Echenbrunnen.
3tia. *Vlricus Burggraf* Decanus eccleſiae Auguſtenſis.
5ta. *Siſridus* Abbas. *Ioannes* Abbas Ettalenſis.
6ta. *Leonardus* Abbas Cremifanenſis. *Benedictus Gaugenrieder* Abbas Thierhauptanus.
8ua. *Wilhelmus Kunberger* Abbas Schyrenſis. *Ioannes Keſler* Abbas in faucibus.
9na. *Manegoldus* Epiſcopus et monachus n. m. *Iodocus* Abbas in Fürſtenfeld. *Quirinus* Abbas in Niederaltaich. *Thomas Hofmann* Abbas Vrſinenſis.
11ma. *Michael* Praepoſitus ad S. *Georgium*. *Vdalricus* Abbas in Blankſtetten.
15ta. *Nic. Streitl* Abbas Ettalenſis. *Ioan. Spindler*, *Chriſtopherus Held* Abbates.
17ma. *Sigehardus* Abbas noſtri aſceterii.
18ua. *Henricus*: *Ioan. Kiſſinger* Abbates noſtri aſceterii.
19na. *Benedictus Rorer* Abbas Nerisheimenſis an. 1647.
21ma. *Ioan. Reſch* Abbas Montis S. *Georgii*.
29na. *Maria Rehlingerin* Abbatiſſa in Kühbach. *Sebaſtianus* Abbas Formbac. *Henrica Stuben* Abbas Vallis Gregoriani in Alſatia. *Ioan. Schall* Praepoſitus ad S. Crucem 1640.

Iulius.

6ta. *Ioan. Vinſternau* Abbas Neresheimenſis.
7ma. *Balthaſar* Abbas Seonenſis. *Ulricus Teiminger* Abbas Steingadenſis. *Ioan. Chrysomus* Abbas Andec. an 1610. *Melchior Haenlin* Abbas Neresheim. an. 1616.
8ua. *Sigehardus* Abbas noſtri aſceterii. *Quirinus* Abbas in Tegernſee.
9na. *Nic. Seld* Abbas Glunicenſis. *Albertus Steinbacher* Abbas in Scheffltarn.
10ma. *Gewinus* Abbas noſtri monaſterii.
12ma. *Conradus* Abbas Wiblingenſis. *Gregorius* Abbas montis S. *Georgii*.
13tia. *Henricus* Epiſcopus Auguſtanus. *Maurus Leyrer* Abbas Tegernſeenſis.
14ta. Venerandus pater et D. *Egino* Abbas noſtri monaſterii Piſis defunctus. *Martin* Abbas Seonenſis.
17ma *Ioan. Schlegel* Abbas Wiblinganus. *Ioan. Caſſianus Speiſer* mon. n. c. et Abbas Schwarzach.
18ua. *Iodocus* Abbas Wiblinganus an. 1589.

19na. *Blaſius Paumgartner* Abbas S. *Emeramnii*. *Quirinus Reſt* Abbas in Tegernſee. *Vitus Schoeffel* Abbas Deggingenſis.

21ma. *Ioan. Merk* Abbas n. c. an. 1632.

22ma. *Fridericus* de *Gummeringen* Abbas n. c.

24ta. *Conradus* Abbas S. *Emmerami*.

26ta. *Ioan. Streler* Abbas S. Crucis Werdeae. *Michael Graff* Abbas in Schefftlarn. *Benedictus Agricola* Abbas in Faucibus.

27ma. *Leonardus* Abbas Andecenſis. *Adamus Piringer* Abbas Seittenſtadii.

29na. *Georgius* Abbas Reichenbac. *Iacobus* Abbas Ebersbergenſis.

30ma. *Embrico* Epiſcopus. *Leonardus* Abbas Ebersbergenſis. *Georgius Gerſtmayr* Abbas Neresheimenſis an. 1587. *Godefridus Munding* Abbas Wiblingenſis.

31ma. *Conradus Claus* Abbas Wiblingenſis. *Gothardus* Abbas Lambac.

Auguſtus.

3tia. *Adalbero* Abbas noſtri monaſt. *Reginbertus* Epiſc. et monach. n. m.

4ta. *Georgius* Abbas Hirsaugiae.

5ta. *Ioan. Freund* Abbas Mellicenſis.

8va. *Michael* Abbas in Wilzburg. *Ioan. Scheikhofer* Abbas Neresheimenſis. *Vitus Haeſer* Abbas in Oberaltaich. *Vitalis* Praepoſitus S. Crucis an. 1668.

9na. *Leonardus Gregg* Abbas Thierhauptanus et mon. n. c.

10ma. *Henricus* Abbas noſtrae congregationis.

16ta. *Columbanus* Abbas Seonenſis.

17ma. *Mathias Schober* Abbas in Faucibus.

19na. *Ioan. Chryſoſtomus* Abbas Schyrenſis. *Burchardus Furtenbach* mon. n. c. et Abbas Lambacenſis an. 1599.

21ma. *Reginbaldus* beatae memoriae primus Abbas noſtri monaſterii. *Chriſtophorus Obinger* Abbas montis S. *Georgii* an. 1627.

22da. *Ioan.* Abbas in Fürſtenfeld. *Ioan.* Abbas in Monſee.

24ta. *Hieronymus* Abbas Seonenſis. *Michael* Abbas Andec.

26ta. *Balthaſar* Abbas Benedictoburanus.

27ma. *Vlricus* Epiſcopus. *Wolfgangus* Abbas in Weihenſtephan.

Septembris.

3tia. *Henricus* Epiſcopus.

4ta. *Henricus* Abbas. *Ambroſius* Abbas S. *Emmerami*. *Chriſtophorus Weiler* m. n. c. et Abbas Neresheimenſis.

8va. *Andreas* Abbas Andecenſis.

9na. *Chriſtophorus* Abbas in Weihenſtephan. *Amandus* Abbas S. Petri Salisburgi.

10ma. *Onuphrius Schaduz* mon. n. c. et Abbas Anhuſanus an. 1558. *Henricus* Abbas Fultenbac. an. 1646.

11ma. *Petrus* Abbas Reichenbac.

12ma. *Andreas Dierlin* Abbas Elchinganus.

14ta. *Iac. Behem* Abbas Fultenbacenſis.

15ta. *Petrus Fend* Abbas Vrſinenſis.

16ta. *Henricus* Abbas noſtri monaſterii. *Virgilius* Abbas Weſſofont.

17ma.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

7ma. *Barbara* Abbatiſſa in Hohenwart an. 1590.

8va. *Georgius* Abbas in Wiblingen. *Godefridus* Abbas Admontenſis. *Ioſephus* Abbas Thierhauptanus.

9na. *Ioannes* Praepoſitus Vndersdorfenſis. *Ioan. Hohenſteiner* Abbas noſtri monaſterii an. 1478. *Ioachimus* Abbas Steingadenſis an. 1580. *Hieronymus* Abbas S. *Emmerami.*

10ma. *Henricus* de *Gabelbach* Abbas n. c. *Petrus* Abbas Tegernſeenſis, mon. Weſſofont. *Ludouicus* Abbas Benedictoburanus.

11ma. *Gebehardus* Epiſcopus.

12ma. *Laurentius Wanner* Abbas S. Crucis Werdeae. *Antonius Spindler* Abbas Garſtenſis.

13tia. *Benedictus* Abbas Ettalenſis. *Othmarus* Abbas Vrſinenſis.

15ta. *Ioannes* mon. Weiheſtephanenſis et Suffraganeus Friſingenſis. *Chriſtophorus* Abbas montis S. *Georgii.*

16na. *Ludouicus Ezel* Abbas Deggingenſis.

20ma. *Bernardus Rieger* Abbas montis S. *Georgii.* *Ioan. Ernſt* Abbas Ochſenhuſanus.

21ma. *Wolfgangus Miller* Praepoſitus S. *Georgii.*

22da. *Henricus* Abbas. *Mathias* Abbas Ottenburanus.

23tia. *Nicolaus* Abbas Ottenburanus.

27ma. *Gernot* Abbas. *Hildebrandus* Abbas n. congreg. *Ludouicus Fergerhans* Praepoſitus Stuttgardiae.

29na. *Wilhelmus Dieperskircher* Abbas Benedictoburanus. *Ioan. Wendinger* Praepoſitus S. *Georgii.* *Petrus Wagner* mon. n. c. et Abbas Thierhauptanus. *Auguſtinus Agricola* Abbas Steingadenſis.

December.

1ma. *Dietmarus* Abbas noſtrae congregationis.

2da. *Guntherus* Abbas n. congr. *Petrus* Abbas Fürſtenfeldenſis. *Paulus Steiger* Abbas Vrſinenſis. *Bartholomaeus* Abbas Ochſenhuſanus an. 1632.

3tia. *Leonardus* Abbas Ebersbergenſis. *Margaritha Catharina* a *Neuneckt* Abbatiſſa im Holz. *Maurus* Abbas Ottenburanus an. 1615.

4ta. *Vitus* Abbas Steingadenſis.

7ma. *Georgius* Abbas Schyrenſis. *Sebaſtianus* Lorchenſis.

8va. *Henricus* Abbas n. congr. *Ioan. Fiſcher* Praepoſitus Rorenſis. *Martinus* Praepoſitus Vndersdorfenſis.

9na. *Ioannes* Abbas Cremifanenſis.

10ma. *Henricus* Abbas in Faucibus. *Ioan. Lang* Abbas Ochſenhuſamus an. 1618.

11ma. *Hieronymus* et *Simpertus* Abbates in Faucibus. *Georgius Hieronymus* Abbas in Monſee.

14ta. *Placidus Schoenkind* Abbas Fultenbacenſis.

18va. *Andreas Gayſhouer* Abbas Schyrenſis.

19na. *Marquardus* Abbas.

20ma. *Gotisgenus* tertius Abbas noſtrae congregationis. *Ioan. Küechlin* Abbas Elchinganus. *Chryſoſtomus Molitor* Abbas Deggingae.

21ma. *Thomas Roemer* Abbas S Crucis Werdeae.

22da. *Chriſtophorus Rietter* Abbas Andecenſis. *Wolfgangus Carl* Praepoſitus Vndersdorfenſis.

23tia. *Hermannus* Epiſcopus. *Ioan.* Abbas Weſſofontanus. *Caſparus Schlaich* Praepo-
s Vndersdorfenſis.
24ta. *Iacobus* Abbas in Monſee.
26ta. *Laurentius* Abbas Gottwicenſis.
27ma. *Auguſtinus* Praepoſitus Vndersdorfenſis.

In fine rubro colore ſcriptum legitur: *Finit Mortilogium per fratrem Leonardum Wirſt-alias Wagner de Schwabmenchingen preſbyterum et Conuentualem Monaſterii Sanctorum lalrici et Affre In Auguſta vindelicorum. Anno domini Milleſimo quingenteſimo quarto de-10. Ipſo die Sancti Damaſi pape.*

II. Regula S. *Benedicti* maioribus, quae miſſalibus aequiparari poſſunt, literis eſt ſcri-a. Capitulorum tituli rubro colore, initiales vero literae aut caeruleo aut rubro ſunt preſſae. In primi folii margine inſignia Aui, et auiae, patris et matris, Nurſiaeque miliae, ex qua S. *Benedictus* originem ſumſit, depicta, diuerſisque coloribus diſtincta con-ciuntur. In eiusdem fronte legitur: *Incipit prologus in Regulam ſanctiſſimi patris noſtri :nedicti Abbatis.* Vltimo regulae capitulo aliud regulae Cellae *Mariae* habetur adnexum, iod ita ſonat:

„Modicum tempus relictum eſt nobis, et paruum interuallum poſitum eſt nobis ad erficiendum que in hoc volumine conſcripta ſunt. Nobis relicta eſt hora vndecima, id :ſt, hora vndecima finis ſeculi eſſe intelligitur. Ad laborandum poſiti ſumus in vineam Chriſti, id eſt, in eccleſiam. Certemus et laboremus, vt primi denarium a procuratore rinee recipere mereamur, id eſt, a domino noſtro Ieſu Chriſto perpetuam mercedem in ritam eternam. Iam ſeculum dereliquimus, in monaſterium introiuimus, regulam ſancti Benedicti ad conſeruandam et ad complendam ſponte non inuiti promiſimus, quam hic bene conſcriptam et exemplatam habetis per ipſam, quam ipſe conſcripſit beatiſſimus Benedictus manibus ſuis.“

His legitur rubro colore ſubnexum: *Finiunt martirilogium* — mortilogium — *et Re-ula ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti per fratrem Leonardum Wirſtlin alias Wagner de Schwab-enchingen preſbiterum et Conuentualem huius monaſterii Anno domini* 1514. *Ipſo die ſancti rancisci Confeſſoris.*

VIII.

Leonardi Wagner Aduerſaria. in 4to. Codex Cartheac. Sec. XVI.

In hoc volumine nimis ſpiſſo omnis generis materiae collectae reperiuntur: hiſtori-ae nimirum, poeticae, theologicae, iuridicae, ſcripturiſticae, aſceticae, philoſophicae &c. nter quas plures etiam, quae ad res Auguſtanas et monaſterii noſtri ſpectant, exhibentur.

Primum, quod occurrit, ſunt inſcriptiones lapidum in noua noſtrae eccleſiae extructio-e, anno 1500 facta poſitorum. Deinde quaedam de vrbe Auguſta. Praecipua vero me-noriae digna ſunt ſequentia: Sermo de S. *Afra*: *Trithemius* de laude ſcriptorum: Car-men in vulgari lingua de S. *Vdalrici* miraculis: de campana maiore ab Abbate *Ioan. Schrot* nno 1523 comparata: hiſtoria de *Rudolpho* Comite de Habsburg: anni et dies geſtorum). N. Ieſu Chriſti ſecundum d. *Auguſtinum*, *Remigium*, *Gerardum*, et ſecundum regiſtrum

Euan-

Euangeliſtarum: de B. V. *Mariae* aetate: de Sibillis: carmina de S. *Afra* et S. *Vdalrico*: Parochiae, in quibus monaſterium noſtrum patronatus iure gaudebat. Sunt ſequentes: parochia in vrbe: Goeggingae: Hauſtadii: Inningae: Haedern: Aufhuſae in Rhaetia: Finningae: Oberdorfii: Gundelshemii: Bonſtetten: Weicht: Aerkhuſii: Aychainii: Haidelſtadii: Tettenhuſae: Todenwiſii: Hauswiſii: Schoenbaci: Maurbaci: Oberzellae: Arnisried: Bizenhoſae: Modelshuſii: beneficia Auguſtae ad S. *Vrſulam*, ad S. *Seruatium* et S. *Leonardum*.

Scriptura in fundamento turris reperta. Quorumdam monaſteriorum et eccleſiarum origo. Epitaphium *Ioannis* de *Giltlingen* Abbatis, quod tamen nullibi reperitur inſculptum. Huius tenor ſequens eſt:

Ad domini laudem miſſas ſanctorumque honorem
Balthaſar ex Giltlingen fuit huic pater Annaque mater
Mille quadringenti decies octo quoque bini.
Anni dum voluuntur idibus ipſis
Sub May ternis vice eligitur pius Abbas
In Rhecie Auguſta domino ſit gloria cuncta
Non longe poſt confirmatur conſecraturque
At penthecoſtes miſſas canit inſuquelatus
Vt ſolitum eſt fieri primas preſentibus vrbis
Gnaris huius conſulibus ciuiumque magiſtris
Vrbis pontificatum Romane tenuit dum
Sixtus quartus nominis huius ſed Fridericus
Tercius imperii ſceptrum rotat ac reuerendus
Antiſtes fuit Auguſte comes ipſe Ioannes
Rerum ſumme deus ſic intrat progrediturque
Egreſſusque fui ſolus ſcis tempus et horam
Tu interea rector ei ſis ſiſque protector
Iuſte viuere daque pie huic nunc mortis in hora
Eius vt a te ſuscipiatur ſpiritus amen.
Hec quecunque legit metra dicat mente quieta
Hisce metris clauſo parce benigne Ieſu

Deſignatio ſcriptorum *Leonardi Wagner*, quae infra exhibetur. Hiſtoria de Templariis. Ex S. *Galli* Monaſterii geſtis quaedam notanda et quidem 1. de S. *Wiborada*: 2. S. *Notkeri* quaedam ſcripta: 3. *Tutilonis* Monachi Sangallenſis Tropi: 4. de viris praeclaris et doctiſſimis ibidem: 5. S. *Notkeri* legenda &c.

Ioannis Presbyteri epiſtola ab India ad Imperatorem Conſtantinopolitanum. S. *Apollinaris* Mart. paſſio.

Catalogus Epiſcoporum Auguſtenſium ſuccincte conſcriptus. Huius initium ita ſonat: *Succincte perſtringendo nomina epiſcoporum Auguſtenſium ſecundum verum ordinem vnacum annotationibus annorum ſcilicet quanto tempore quilibet rexerit ſedem quam conſtat primo apud eccleſiam ſancte Afre fuiſſe.* Incipit a *Dionyſio*, et progreditur vsque ad *Fridericum* Comitem de *Zolern*, in cuius fine legitur: *Et ſic ſuccincte annotauimus omnes epiſcopos Auguſtenſes iuxta verum ordinem ex diuerſis ſcriptis et locis in vnum cumulatis Nec reperies alibi ita annotatos et correctos propter exactum laborem. Ideo pius lector diligenter ruminet, nec ſtatim corriget, neque moueat eum, ſi interdum alibi contrarium inueniet. Nam pro certo*

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

tern. in rotunda Comiti de Mansfeld dedit mihi X fl. ad vnum calicem: Libellum in vulgari pro d. de Seratin dedit mihi III fl. ad calicem: Item anno domini 1514. in die Damasi Pape compleui librum pretiosum sc. mortilogium et regulam: Item vnum librum pro preposito ad S. Laurentium in Nurnberga: dedit mihi III fl. ad calicem 1515. Item imperatori Maximiliano in vulgari pro filia filii sui sc. regine Vngarie dedit mihi Imperator XII. flor. et cum istis persolui calicem totaliter 1516. Item domine Fillingerin libellum in vulgari dedit VI. flor. 1516. Item nouem quaternos Comiti de manssfeld dedit III. flor. Deinde pro choro vnum graduale totum et optimum. Item vnum commune pro choro pulchrum: Libellum vulgare pro appotekario: Libellum Comiti de Mansfeld III. flor. Item Cronicon Augustensium et Indicem monasterii simul valde pretiosum ad librariam nostram: Legendam et historiam in not. et officium horarum et misse dom. de Stbenberg de S. Maximiliano Ep. et mart. Vnum pontificale pro dno Abbate in Haidenhaim pro aliquibus ab eo impetratis &c.

Plura memoratorum adhuc nostram exornant bibliothecam, eaque ab eruditis ea considerantibus debitis laudibus honorantur.

IX.

Concilium Basileense. in 4to. Codex Cartheac. Sec. XV.

Integrum hoc opus sexdecim constat fasciculis. Rubricae et initiales literae rubro colore sunt expressae. Duplex character occurrit. Abbreuiationum frequentia legendi difficultatem creat.

In fronte legitur: *Publicata Basilee in concilio generali in prima sessione Presidente Reuerendissimo domino Iuliano Cardinale sancti Angeli que fuit celebrata XIIII. die mensis decembris anno domini M.CCCC.XXXI.*

Ad omnipotentis dei gloriam fidei catholice exaltacionem christianorumque religionis profectum iaciens fundamentum &c. In hoc volumine plura decreta primae sessioni sunt inserta, quae in posterioribus sunt facta. E. g. *Professio fidei a Papa facienda*, quae in sess. 37. reperitur: dein decreta, quae in sessione vicesima prima fuere promulgata. In fine primae sessionis occurrit decretum contra perturbatores concilii.

In sessione quarta saluus conductus Bohemorum est omissus.

Septimae sessioni sequens prooemium, in collectione Mansiana omissum, legitur praemissum: *Anno domini M.CCCC.XXXII. die Iouis sexto mensis Nouembris. In maiori ecclesia Basiliensi celebrata missa solemni de Spiritu sancto per Reuerendum in christo patrem et dominum dominum Nicolaum episcopum nouariensem. Eaque finita feliciter celebrata est sessio publica et septima in ordine huius sacri Basiliensis concilii In quo habitis ceremoniis et lectis collectis letaniis Introitu Exaudi nos domine &c. Euangelio Ioh. In illo tempore dixit ihesus turbis iudeorum Amen Amen dico vobis quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei &c. atque ympno veni creator spiritus. Reuerendus in christo dominus dominus Canaricensis de mandato et commissione speciali huius sacri concilii tum ibidem in copiosa multitudine prelatorum in pontificalibus more solito et aliorum patrum ac dominorum assistentium in spiritu S. legitime congregatorum alta et intelligibili voce infra scripti tenoris decretum legitur ac sollemniter publicatur: Dudum hec S. Synodus &c.*

Decre-

Decretum ſeſſionis viceſimae primae de *Spectaculis* in praeſenti volumine deſideratur.

In ſeſſione 23^tia *Saluo conductui Graecorum* ſequentia adhuc ſunt adiecta: *Item promittimus quod dicta ſancta Synodus Baſilienſis habebit et accipiet ſaluos conductus ſimiliter per galeas deſtinandas prefatis ſereniſſimo imperatori et Reuerendiſſimo patriarche ad ina ciuitatis et eciam patrie in quibus futura vniuerſalis et ycomenica ſynodus. deo duce celebrabitur.*

Decretis ſeſſionis viceſimae quartae adnexa habentur *auiſamenta pro facto Graecorum*: *Expenſae* pro tempore, quo manebunt Graeci in concilio: *expenſae* pro reditu Imperatoris. Sequuntur ea, *quae facere poſſunt ad plenam concordiam* inter ſacrum concilium et papam. Haec in collectione Manſiana T. XXX. a pag. 1034 — 1044. reperiuntur. *Petitiones* Ambaſſiatorum S. Concilii Conſtantinopoli factae, *Graecorum reſponſiones*. Reperiri poterunt in memorata collectione T. XXIX. in adpend. I. p. 452. *Monitio* ad Reges contra *Eugenium* Papam T. XXX. p. 1044. *Reſponſio ſynodalis* ad fundamenta et rationes primae et ſecundae ſeſſionum conuenticuli Ferrarienſis. T. XXIX. p. 305. et ſeq. *Aeneae Siluii* narratio de diſſenſione in concilio Baſileenſi ob electionem loci pro oecumenico concilio celebrando orta, anno 1437 ex Baſilea ad *Petrum* ſuum ſcripta. Cum iſta in collectione Manſiana haud reperitur, in adpendice N. I. eam exhibebo. *Iuliani* Cardinalis S. *Angeli* in concilio praeſidentis Schedula per eum in generali congregatione die veneris 20 Dec. anno 1437 lecta. Quia et ipſa fruſtra in collectione Manſiana requiritur, in adpend. N. II. exſcribam. Reſponſio ad memoratam Schedulam a S. concilio per Reuerend. Patrem ac D. *Nicolaum* Archiepiſcopum Panormitanum 24 Dec. 1437 facta. Reperitur T. XXX. Collect. Concil. pag. 1123 et ſeqq. *Ioan.* de *Raguſio* relatio ad Concilium Baſileenſe de legatione Conſtantinopolitana facta. In collectione Manſiana deſideratur, itaque in adpend. N. III. referam.

Haec ſequitur ſeſſio viceſima ſecunda, reliquae ſuo ordine. Seſſioni triceſimae ſecundae adiungitur *declaratio Concilii Baſileenſis contra in concilio Ferrarienſi exiſtentes*, VI. idus Auguſti anno 1438 facta. In adpendice N. IV.

Seſſionem triceſimam ſeptimam excipit Sermo coram Synodi Patribus in feſto Conceptionis B. V. *Mariae* ſub miſſa quam *Felix* Papa V. ſolemniter celebrabat per Abbatem Boni-Montis SS. Theologiae Doctorem anno 1440 dictus. Iſtum ſequitur inuectiua *Eugenii* Papae IV. exautorati publicata in conuentu Florentino anno 1439. cuius initium: *Moyſes vir dei populi ſibi commiſſi ſalutem zelans* &c.

Seſſioni quadrageſimae ſecundae, quae operi praeſenti finem imponit, ſequens adnotatio legitur ſubnexa:

Notandum quod Sacroſanctum Baſilienſe concilium per decretum predicte 42 ſeſſionis volens ſatiſſacere decreto ſeſſionis 12 eiusdem III idus Iulii anno domini 1433 celebrate ſtatuit et decretauit propter plures eiuſdem et rationabiles cauſas in eodem decreto expreſſas. Quod quandocunque ſiue in curia ſiue extra aliquem canonicatum prebendam dignitatem perſonatum adminiſtracionem vel quamcunque porcionem ſeu beneficium eccleſiaſticum vacare contigerit ſiue per obitum ſiue per reſignacionem per mutacionem vel alio quocunque modo dempta duntaxat priuacione cauſa reformacionis et ſimplici reſignatione in foro conſciencie et optione prebendarum in eccleſiis vbi fieri conſueuerit. Quod huiuſmodi Canonicatus prebende dignitates &c. et poſſeſſiones eorum ſiue adminiſtraciones quocunque nomine cenſeantur obligati ſint et ſoluere teneantur domino Felici pape quinto quintum denarium veri valoris annui ſecundum communem eſtimacionem quorumcunque fructuum reddituum et prouentuum primi anni ſui et hoc ſi tales canonicatus &c. vacauerint infra quinquennium computandum a die date huius decreti decimum

mum vero denarium si infra aliud quinquennium post illud immediate computandum vacauerint oneribus tamen necessariis illis pro tempore incumbentibus deductis et cottidianis distribucionibus. Excepiuntur hospitalia pauperum vbi hospitalitas actu tenetur et leprosonia et alia que non consueuerunt concedi in titulum beneficii deputat sacrum concilium pro solucione huius debiti duos terminos vt videlicet solucio pro vna medietate fiat infra sex menses primi anni alia infra alios sex menses eiusdem. Et est illud decretum generale tam ad exemptos quam non exemptos Decreuit eciam contra non soluentes penas hoc modo Si capitula collegia conuentus et persone supradicte infra vnum mensem a die quo collectiones vel subcollectiones in ecclesia cathedrali se quintum vel decimum huiusmodi ab illius debitoribus recipere paratos obtulerint et publicauerint quemlibet terminorum predictorum sequentem in solucione defecerint negligentes seu remissi fuerint singulares persone excommunicacionis capitula vero conuentus et collegia huiusmodi suspensionis a diuinis sentencias eo ipso incurrant Reseruatur absolucio concilio vel domino Felici vel cui commiserit. Ordinat commune concilium quod dominus Felix concedat facultatem collectoribus et subcollectoribus vel aliis prout expediens fuerit absoluendi a censuris interdictum relaxandi cum debitores concordauerint vel soluerint et obligat concilium ad ita faciendum ipsos collectores &c. Ordinans consequenter quod absoluciones huiusmodi gratis et sine difficultate faciant Et pro literis talis absolucionis vel relaxacionis si desiderentur eciam si per notarium subscribantur et de sigillis appensis non audeant recipere vltra sextam partem vnius floreni de camera secus facientes excommunicantur ipso facto. Nacio Germanica propter gracia mina in hac posicione quinti vel decimi denarii liberatur sit quod beneficia prelature &c. que deductis necessariis oneribus in valore annuo non excedunt quinque marcas argenti non teneantur ad talem impensam. Iniungit eciam collectoribus vt non cogant debitores tantum vt compellantur inpignorare vel alienare calices libros iocalia &c. ornamenta ecclesiastica. Ordinat in fine vt hec prouisio post decennium omnino expiret et processus contrarium facientes irritat illud decennium computat concilium a die sessionis 42. que fuit pridie nonas Augusti 1440.

Praesens codex ipsius concilii Basileensis tempore scriptus mihi videtur, ea potissimum ratione, eoquod non vltra quadragesimam secundam sessionem progreditur.

X.

Collectio quorumdam documentorum ad concilium Basileense spectantium. in 4to. Codex cartheac. Sec. XV.

Praesens codex elegantibus, lucidisque literis est scriptus. Initiales literae et rubricae rubro colore sunt exaratae. Praemittitur cuiusdam anonymi sermo, in quo exulatum et oppressiones fidelium deplorat. Eius initium ita sonat: *Iesum Christum et hunc crucifixum pro salute. Caritas christi ymmo caterua christi fidelium et exulatus me compulit tibi sacre scripture veritatem pro munusculo offerre* &c. Regis Romanorum literae ad *Eugenium* Papam IV. quibus summopere generalis concilii celebrationem ad tollendum schisma desiderat. Datum Viennae die XXV. Iunii anno domini MCCCCXLIII. Sequitur *Eugenii* Papae ad *Fridericum* Regem responsio, qua tum ecclesiae tum imperio pacem reddendi omnem impendere conatum promittit. Datum Senis VIII. Cal. Sept. an-

no

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Matthaei de *Cracouia* oratio contra Schismata edita.

Decretum Sessionis XXXIV. Epistola Concilii ad vniuersos Christi Fideles, cuius initium: *Grande periculum et desolationem inauditam que iam eccleſie dei et vobisipſis imminet* &c.

Sermo *Marci Bonifilii* in Basileensi concilio pro ingressu electorum ad conclaue ad eligendum summum Pontificem die veneris 30 Octobris anno 1439 dictus.

Conclusio in dieta Francofordiensi anno 1442 facta. In Adpend. N. XIII. Responsio concilii ad petitionem oratorum Regis Rom. et Principum. Ibid. N. XV. Altera eisdem Florentiae in festo Conceptionis B. V. Mariae anno 1442 data. Ibid. XVI. Istam sequuntur conclusiones, quae tanquam erroneae ex eadem responsione *Eugenii* Papae oratoribus Romani imperii data eliciuntur per D. *Panormitanum*. In adpend. N. XVII.

Tenor cedulae *Eugenio* Papae per Ambasiatores Regis Romanorum et Principum electorum Florentiae XIII. Nou. anno 1442 porrectae. Huius initium: *Dignetur S. V. votum ſuum ad id conferre vt modis congruis ad generalis et ab omnibus indubitati concilii congregationem* &c. In Adpendice N. XVIII.

Epistola responsalis cuiusdam Carthusiani ad Episcopum Bononiensem et Cardinalem Tit. S. Crucis de eodem ordine.

Conclusio Concilii prouincialis per Archiepiscopum Moguntinum cum suis Suffraganeis Aschaffenburgi circa festum Pentecostes anni 1443 celebrati. In adpend. N. XIX.

Eugenii IV. Bulla contra eiusdem iustam praeuaricationem anno 1439 data, cuius initium: *Moyſes vir dei populi ſibi commiſſi ſalutem zelans* &c.

Conclusio dietae Bituricensis per Regem Franciae et regni Praelatos, ac doctores et magistros vniuersitatum anno 1440. celebratae.

Bulla *Eugenii* Papae pro concilio Ferrariensi contra concilium Basileense XV. Cal. Marcii 1437 data, cuius initium: *Expoſcit debite paſtoralis officii cui diuina fauente clementia licet inſufficientibus meritis praeſidemus* &c.

Nationis germanicae Responsio contra suspensiones deliberationum. Eiusdem cedula de prouisionibus. In adpendice N. XX.

Auisamentum ad instantiam Ambasiatorum nouorum Regis Franciae sacris deputationibus per Legatum transmissum.

Conuocatio super adhaesionem Papae, quae incipit: *Venerabiles Amici certum eſt vobis et omnibus habitantibus in eccleſia dei vt euidens rerum experientia* &c.

Literae vidimatae Concilii Pisani ad Archiepiscopum Moguntinum, totamque prouinciam, quibus electio *Alexandri* Papae Pisis anno 1409 facta significatur. In fine huius voluminis Scriptoris nomen his literis est indicatum: *per Fr. I. G.*

XI.

Ioan. de Raguſio Ord. Praedic. oratio de communione ſub vtraque ſpecie. II. Aegidii Carlerii oratió de punitione peccatorum: de veneratione imaginum: de indulgentiis &c. III. Henrici Kalteiſen Ord. Praedic. oratio de libera praedicatione Verbi Dei. IV. Ioan. de Polemar oratio de ciuili dominio Clericorum. in Fol. Codex Cartheac. Sec. XV.

Praeſens Codex maiuſculis literis ſcriptus absque Titulo ab oratione *Ioannis* de *Raguſio* generalis Ordinis Praedicatorum Procuratoris his verbis incipit: *Reuerendiſſimi Reuerendique patres* &c. *Poſt valde vtilem et perneceſſariam exhortationem Reuerendi in chriſto patris et domini mei ſingulariſſimi domini Ciſtercienſis* &c. In fine haec habetur notitia: *Et finis eſt poſicionis et reſponſionis magiſtri Io. de Arroguſio ſacre Theoloye profeſſoris ordinis fratrum predicatorum factae in ſacro generali Baſilienſi Concilio ad dicta magiſtri Io. de Rochſando Bohemi in articulo communionis ſub vtraque ſpecie anno domini M.CCCCXXXVIII.*

Iſta oratione *Ioan.* de *Raguſio* reſpondit per octo dies in concilio Baſileenſi ad primum Bohemorum articulum de communione ſub vtraque ſpecie propoſitum a M. *Io. Rogkyzana.*

II. *Aegidii Carlerii* Decani Cameracenſis de corrigendis peccatis publicis ita inchoat: *Audiſtis Reuerendiſſimi patres illuſtriſſimi principes celeberrimi incliti et doctiſſimi viri venerabilesque oratores famoſi regni bohemie profundam et precelſam et veram poſicionem de communione diuiniſſime Eukariſtie* &c. In fine huius legitur: *Explicit reſponſio articuli ſecundi videlicet de punicione peccatorum publicorum mortalium facta in generali concilio Baſilienſi.*

Hac oratione *Carlerius* ſeſe per quatuor dies *Nicolao Taboritae* oppoſuit.

Eiusdem ſecunda oratio de veneratione imaginum: de indulgentiis: de peregrinationibus: de literis confraternitatum &c. Eius initium ita ſonat: *Cum excreſcit ignis in immenſum patres reuerendiſſimi et viri ſpectabiles humana ſolet induſtria aquam igni ſuperfundere* &c. In fine haec habentur: *Explicit poſicio cum replicis de punicione peccatorum cum inſercione multarum animarum mortuorum ſcilicet de honoracione ymaginum de indulgenciis de peregrinacionibus de literis confraternitatum cum aliis materiis quam poſuit venerabilis dominus magiſter Egidius Carlerii ſacre theologie doctor decanus eccleſie Cameracenſis contra magiſtrum Nicolaum de praga hereticum in preſencia ſacri concilii Baſilienſis anno a natiuitate domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo tercio per totam quadrageſimam Amen.*

III. *Henrici Kalteiſen* Ord. Praedic. S. Theologiae profeſſoris in Vniuerſitate Colonienſi et haereticae prauitatis inquiſitoris oratio de libera praedicatione verbi Dei absque inſcriptione ita incipit: *Patres et Domini Reuerendiſſimi Doctores prudentiſſimi incliti Bohemie regni oratores egregii ceterique confratres mei preclariſſimi in medio tam magnatorum tamque auditorii diuiſſimi locuturus renuit conſolari anima mea* &c. In fine ita legitur: *Et quemadmodum in principio ita nunc in fine hec ſcripta huius ſacroſancte ſynodi offero correctioni quemadmodum extra locum concilii indeſinenter me ſubiecci alme matris mee vniuerſitatis coloniensis determinacioni et deciſioni et tantum de illo articulo.*

Hac

Hac oratione *Henricus* de *Kalteiſen* in concilio Baſileenſi anno 1433 per tres dies tertium articulum Bohemorum de *libera praedicatione verbi dei*, quem propoſuit per biduum *Vdalricus* presbyter orphanorum, impugnauit.

IV. *Ioan.* de *Polemar* Archidiaconus Barcinonenſis apoſtolici palatii cauſarum auditoris oratio de *ciuili clericorum dominio*, qua in concilio Baſileenſi anno 1433 per tres dies refutauit quartum articulum Bohemorum, quem propoſuit per triduum *Petrus Rayne* Anglus. Eius initium ita ſonat: *Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandum me feſtina Excelſus ille propheta dauid de quo ſcriptum nouimus deum dixiſſe quod inuenerit hominem ſecundum cor ſuum* &c. Sequentibus verbis finis eidem imponitur: *Repeto igitur admonicionem illam ex verbis ſapientis Eccleſ. XXVIII. dicens cuilibet Chriſtiano ſepi aures tuas ſpinis et noli audire linguam nequam et ori tuo facito hoſtium et ſeras auribus tuis &c. Deo gracias.*

Orationes iſtae memoratae impreſſae reperiuntur in *Caniſii* Lectionibus antiquis T.IV. in collectione conciliorum tum a *Harduino* tum a *Dom. Manſi* inſtructa. Oratio vero *Aegidii Carlerii de veneratione imaginum, indulgentiis*, et peregrinationibus, nullibi occurrit. Itaque ſi praeſens volumen locum ei concedat, in adpendice integram exſcriptam exhibebo.

XII.

Sermones in Concilio Conſtantienſi habiti. II. Diuerſi Tractatus. in 4to: Codex cartheac. Sec. XV.

Primus ſermo ab *Andrea Laſcari* Epiſcopo Poſnanienſi in concilio generali Conſtantienſi in eccleſia Cathedrali coram patribus, abbatibus, doctoribus &c. ſolemniter die praecedenti ad hoc conuocatis cum ſolemni praeſentatione dominorum Ambaſiatorum ſeu nuntiorum ſereniſſimorum Principum *Vladiſlai* Regis Poloniae et *Vitoldi* magni ducis Lituaniae et Samagitarum et Ruſſiae nobilium militum transmiſſorum anno domini MCCCCXV. die Mercurii quarta menſis Decemb. Iſte haud reperitur in collect. Concil. Manſ.

II. *Iacobi* Epiſcopi Laudenſis ſermo in exequiis Cardinalis Barenſis Conſtantiae defuncti dictus. Alius in collectione Manſiana, ſed praeſens haud reperitur.

III. Collatio per eumdem in condemnatione *Ioan. Huſs* coram Rege Romanorum et Concilii Patribus XI. Iulii anno 1415 facta.

IV. Collatio facta per R. P. D. . . . Anglicum ſedis apoſtolicae Protonotarium.

V. Collatio Synodalis facta per *Theodoricum* de *monaſterio* ad generale concilium Conſtantienſe ac ſolemnis recomme datio quorumdam Principum, cuius initium ita ſonat: *Qui ſequitur me non ambulat in tenebris Io. III. verba ſunt illius qui eſt lux vera illuminans omnem hominem* &c.

VI. Sermo ad generalem Synodum die 15. Sept. an. 1415 dictus. Huius initium: *Obſecro vos in charitate radicati* &c.

VII. Sermo in eadem die penultima Martii per Epiſcopum Garcocienſem de Francia habitus. Huius initium: *Diſſipa cogitationes impietatis. ſolue faſciculos deprimentes dimitte eos qui confracti ſunt liberos et omne onus disrumpe* &c.

VIII. Sermo in Conuentu D. *Dominici* de *Bruſſio* de Taruiſio anno 1400. habitus.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Sermones capitulares numerantur quatuordecim.

Plures epiſtolae ad Abbatem Burenſem in cauſa *Ioachimi* monaſterii noſtri monachi inquieti et Apoſtatae ſcriptae. Iſtas excipit *Sebaſtiani Doner* epiſtola ad *Gallum Knoeringer* in Faucenſi monaſterio profeſſum ob virorum illuſtrium epigrammatum et epitaphiorum collectionem anno 1531 ſcripta.

Iulianae Peutingerae nondum nactae annos quatuor ad Caeſarem *Maximilianum* acclamatio, et eſt ſequentis tenoris:

„Vrbs Auguſta Vindelicorum ſacratiſſime Caeſar vnde mihi origo eſt diuo Auguſto „olim dedicata, atque ab eius priuigno decimo Druſo Tiberio Neronis et Liuiae Druſille „filio reſtituta a te nunc optimo ſacri Romani Imperii moderatore mirum in modum aucta „atque amplificata eſt. Bonum fauſtumque Maieſtati domuique tue, ſic enim nos perpe„tuam felicitatem et leta huic reipublice precari aeſtimamus Senatus ergo Maieſtatem „tuam conſenciens cum populo Auguſtenſi conſalutat patrem patrie.“

Breuis *Ioannis Schrott* Abbatis noſtri monaſterii biographia.

Sebaſtiani Doner epiſtola ad *Gallum Knoeringer*, et huius quinque ad illum, ex quibus patet, *Knoeringerum* Epitaphia virorum illuſtrium Auguſtae ſepultorum collegiſſe.

Alberti Romanorum Regis diploma, quo bona a monaſteriis, vel eccleſiis ſiue teſtamento ſiue alio modo obtenta ciuibus intra anni ſpatium vendi mandat. *Datum in Vlma 16 Kl. Aprilis Indictione 4ta Anno MCCCCXXXVI. Regni vero anno octauo.*

Ioachimi monachi San-Vlricani Michaelburae commorantis epiſtola ad *Sebaſt. Donner*, qua ſequentes libros mitti poſtulat: Biblia latina poetice depicta vnacum concordantiis: Epiſtolas M. L. euangelia cum epiſtolis: annotationes *Philippi Melanctonis* ſuper euangelia &c.

Doneri literae ad *Conradum Thuman* eccleſiae cathedralis Ratisbonenſis concionatorem.

Pelagii Sprtel ad *Donerum*. *Thomae Roemer* monachi Werdenſis ad eundem.

Epiſtola ad *Ioan. Baptiſtam* Canonicum Regularem S. Crucis.

Wilhelmi Liſtenmann Prioris monaſterii fontis Raynhardi in Saxonia ſiti ad *Laurentium* S. R. E. Cardinalem et in comitiis Auguſtanis Legatum Pontificium literae, quibus monaſterii eiusque bonorum reſtitutionem enixe poſtulat.

Diuiſiones decem nationum totius Chriſtianitatis. Metra ſecundum alphabetum in bibliotheca ſuper arcas.

Duae epiſtolae ad *Sebaſt. Doner* a quodam anonymo, ex quibus, illum eruditione praeditum fuiſſe, clareſcit.

Reperiuntur in iſto volumine et alia diuerſa, quae recenſeri haud merentur.

XV.

Ioan. Friderici Ducis Wirttenbergenſis diarium. 2 Vol. in 12mo oblong. in lingua vernacula.

Ioan. *Fridericus* Wirttenbergiae Dux in his duobus voluminibus omnia, quae in ſua aula ſiue in politicis, ſiue in domeſticis ab anno 1621 vsque ad annum 1624 quotidie contigere, ſumma induſtria, ſed breui admodum ſtilo adnotauit. Quam plurima in iisdem reperiun-

iuntur, quae haud parum ad elucidandam illius aeui hiſtoriam praecipue vero dome. am conducunt. Tituli loco haec in primo leguntur volumine: *Calendarium Domeſti- uf das Ihar Ein tauſent Sechs hundert vndt Einen zwantzig.* Sequitur:

Ianuarius

Den Erſten Ianuary hat die Statt Eſslingen durch Deputirte daſs gewonliche Schirmgeldt rlifferdt vndt hab Ich meiner Gehmalin meines Bruder Gehmalin meinen Kindern meiner liebten Schweſter daſs Newe Ihar Auſsgetheiltt vndt meinem Bruder Iulius Friderich zum ıem Ihar ein türkiſch. Roſs verehrtt Der Generall deſs Königs in Engellandt reſolution lt der Statthalter waſs die legation wegen deſs Bawes zu Vdenheimb bey dem Biſchoff Speyr mit ſich gebracht communiciert auch der altt Dachsberger gar beſchwörlich krankh rden.

XVI.

aſparis Bruſchii Monaſteriorum Germaniae Centuria ſecunda, in fol. Codex Sec. XVI.

Praeſens codex inſigni charactere ſcriptus ſequentem praeſefert inſcriptionem: *Chro- on de variis Monaſteriis ac Epiſcopatibus collectum in peregrinatione Pannonica Anno Do- ni* 1551. *et* 1552. *a Gaſpare Bruſckio Poeta Laureato ac comite Palatino.* Incipit absque ıefatione a hiſtoria monaſterii *Cellae* B. Virginis in Schofflocenſi nemore. Iſtud haec uuntur: *Altachium ſuperius*: *Winburgum*, latine *Sclauorum mons*: *Metania* ſeu *Meten*: *tachium inferius*: *Rinchna* praepoſitura iſti ſubiecta: *Oſterhoffium*: *Alderſpachium*: *Prin- um Cella*: *S. Nicolai* canonia: *Formbachium*: *S. Crucis* Monalium coenobium *Niderabur- ſe*: *Hilaria* nunc corrupta voce *Wilheringum*: *Garſtenſe* monaſterium: *Lambacum*: *Tru- phanum* vulgo *Traunkirchen*: *Lunaelacum* ſeu *Mondſee*: *Cremiſanum*: *Pomerii hortus* ſeu umgartenberg: *Waldhuſium*: *S. Hypoliti* canonia: *Herzoburgum*: *SS. Trinitatis* monaſte- m ante nouae apud Auſtrios ciuitatis moenia: Monaſteria nouae ciuitati vicina: *Kazel- rplium*: *Glockenizium.* Catalogus Epiſcoporum nouae ciuitatis. Genealogia Comitum rchbergenſium: *Abenspergenſium*: *Werdenbergenſium.* Coenobium S. Crucis in Auſtria: ptorum Viennae. Viennenſis Epiſcopatus. Patauienſium Epiſcoporum catalogus. Salis- rgenſium Epiſcoporum et Archiepiſcoporum ſeries.

Cum praeſens opus iam *Daniel* de *Neſſel* Bibliothecarius Caeſareus Viennae anno 92, et D. Michael Praepoſitus ad inſulas Wengenſes Vlmae in collectione Scriptor. r. hiſtorico-monaſtico-eccleſiaſtic. typis euulgarunt, fuſius de iſto ſcribere, ſuperſe- re merito poſſum.

XVII.

Elucidarium. II. Expoſitio orationis Dominicae et euangelicae ſalutationis. III. S. Onuphrii vita. IV. Hiſtoria de Comitibus de Kyburg. V. Forma Anniuerſarii Caroli Craſſi. VI. Deciſiones iuris pro monaſterio Augienſi. VII. Sermo de S. Catharina. VIII. De bonis moribus magnatum. in 4to. Codex cartheac. Sec. XVI.

Praeſens codex luculento ſcriptus eſt charactere. Initiales literae et rubricae rubro colore ſunt expreſſae. Elucidario capitulorum ſummaria ſunt praemiſſa. Tunc: *Incipit prologus elucidarii*, et quidem ſic: *Sepius rogatus a diſcipulis quaſdam queſtiunculas enodare importunitate illorum non fuit facultas obuiare* &c. Opus iſtud in tres diuiſum eſt libros, et impreſſum legitur in Bibliotheca Patrum. In fine haec habetur notitia: *Expliciunt elucidarii tres libri anno* 1513. *Augiae quarto Kl. Iunii.*

II. Expoſitio orationis dominicae a SS. PP. *Cypriano*, *Auguſtino*, et *Hieronymo*, aliisque anonymis facta habetur. Explanatio quoque ſalutationis angelicae et antiphonae *Salue Regina* a diuerſis facta fuit.

III. Vita S. *Onuphrii* Eremitae ita inchoat: *Onoferus vel onofrius dicitur ab on quod eſt deus et offero. On tamen dicitur totum vel omne.* Prologum excipit capitum, quae triginta numerantur, index. In operis fronte legitur: *Incipit legenda de vita et actibus ſancti patris noſtri Onofrii abbatis atque heremite excellentiſſimi. Cap. prim. Natiuitas Bti Onofrii heremite atque abbatis hoc modo fuiſſe narratur* &c.

IV. Hiſtoria de Comitibus *Kyburgenſibus* ex diuerſis autoribus excerpta, haec prologi loco exhibet: *Comites itaque de Kyburg originem antiquitus duxerunt ex Alſatia que olim vocabatur Heluetia ac vulgo eos prius vocitabat Lantgrauios vt patebit in ſequentibus. fuerunt que ex ſanguine Karoli magni Nam circa annos domini* 845 *tempore Lotharii regis Comes Wollo Comitis de Kyburg filius ad ſanctum Gallum nutriebatur matrem habens ſororem beati notberthi monachi ad ſanctum Gallum tunc temporis qui nepos Karoli magni erat cuius auia ſoror erat Karoli magni ſicut legenda ipſius beati notberthi teſtatur* &c. Agitur dein de ditionibus Comitum Kyburgenſium. Poſt haec texitur catalogus Comitum ab auo S. *Vdalrici* vsque ad *Albertum* tertium, quo ſtirps illa nobiliſſima extincta fuit. Initio haec habetur: *Auus dicti Vdalrici epiſcopi Auguſtenſis fuit comes Hartmannus de Kyburg hic habuit filium nomine Hupaldum circa annos domini* 865. *Alter auus Sancti ex parte matris fuit Burkhardus dux ſueuie et comes de Veringen et Nellenburg hic habuit vxorem filiam regis Burgundie Ex qua genuit filiam nomine Diepurgis circa annos domini* 870. *quam poſtea iunxerunt in matrimonium Comiti Hupaldo de Kyburg atque ſic effecta eſt mater d. Vdalrici.*

Hac de ſtirpe ſequentes nominantur: *Hupaldus*, S. *Vdalricus*, *Diepoldus*, *Albertus*, *Manegoldus*, *Luitgardis*, *Richwinus*, *Manegoldus*, *Manegoldus* prioris filius *Hupaldus*, *Hartmannus*, *Albertus*, *Hupaldus*, *Hartmannus*, *Vdalricus* Epiſcopus Conſtantienſis, *Hartmannus*,

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

XVIII.

Epiſtolae ad Corbinianum Khammium datae.

Epiſtolae omnesque autographae a S. R. I. Electoribus, Principibus, Epiſcopis, Abbatibus, Praepoſitis, Magnatibus, virisque eruditis ad *Corbinianum Khammium* Monachum Sanvlricanum ſcriptae trecentae viginti et quatuor in praeſenti codice congeſtae numerantur. Ex iis, quantum huius viri doctiſſimi nominis eruditionisque fama vbique innotuerit, quantamque apud viros tam nobilitate, dignitate quam eruditione praeclaros ſibi promeruerit, clare patet. Merentur vtique omnes publici iuris fieri; aſt cum materiae ad Concilii Baſileenſis hiſtoriam illuſtrandam aptae, et hucusque ineditae omne huius voluminis ſpatium ſibi vendicant, vnam aut alteram earum hic exſcribere tantum conceditur. Verumtamen damnum hoc eruditum amicus meus *Antonius Veithius* in ſuo vltimo Alphabeto Bibliothecae Auguſtanae plures earum edendo reſarcire ſataget.

Prima eſt ab Electore Palatino ad *Khammium* ſcripta, et eſt ſequentis tenoris:

„Vir admodum Reuerende. Praeclare de orbe litterato ac inprimis de patria tua me„ritus es vir Reuerende, quando Auguſtanae Dioeceſeos, eiusque Praeſulum hiſtoriam „longa temporum caligine inuolutam non poenitendo in lucem retraxiſti; Nobis autem „perquam acceptum fuit, huius tuae operae ſpecimen, ſimulque obſeruantiae erga nos „tuae ſingulare teſtimonium coram intueri. Vti vero laudem et nomen perpetuum pro „egregio iſto ſtudio tibi Patria et Litterarum amantes debent, ita electoralem noſtram „gratiam et beneuolentiam tibi tuoque Monaſterio conſtantiſſime accreuiſſe ſcito, et vale „Duſſeldorfii XXIII. Iunii MDCCIX.

Beneuolus
Ioan. Wilhelmus Elector.

Secunda *Franc. Ludouici* Comitis Palatini et eccleſiae Eluacenſis Praepoſiti. Huius tenor:

„Reuerende in Chriſto Pater. Litteras Reu. veſtrae de dato Auguſtae 12 proxime „elapſi menſis Ianuarii ad me exaratas recte traditas accepi, atque ex earumdem non „minus, quam accluſi exemplaris tenore libenter intellexi, qua ratione mota ſit, vt ſe„cundam partem Hierarchiae Auguſtanae nomini meo inſcriptam voluerit et dedicatam: „Ego quemadmodum hoc Reu. veſtrae officium, velut deuoti in me animi ſui argumen„tum, tanto gratius habeo, quanto amplius opuſculum iſthoc eccleſiae et Capituli mei „Eluacenſis iuribus induſtrioſo conatu collectis magna ex parte illuſtratum eſſe inuenio; „Ita etiam pro aliquali impenſi laboris recognitione et gratitudinis meae teſſera Reu. „veſtrae Memoriam quamdam Eluacum aſſignaui, cui interea affectum, et gratiam meam „hisce confirmo, et maneo. Vratislauiae 23 Februarii 1715.

Beneuolus
Franc. Ludouicus Comes Palat.

Tres ſequentes a Nuntio Apoſtolico Lucernae reſidente, de quibus duae priores lectu dignae videntur.

Archi-

Archiepiſcopus Epheſinus D. P. Corbiniano Khamm S. P.

„Remitto tibi Stengelii librorum notulam, quot inuenies rubro ſigno dele„ctos eos vellem mihi compares, et deferri cures quam minimo tuo incommodo. Im„penſas, quas ſubire cogeris mea cauſſa integras, cui, et vbi mandaueris, repraeſentabo. „nolo enim tibi oneri eſſe, ſed vbi ſe praebeat occaſio, fulcimini potius et adiumento. „Fauſta demum, quae a Deo Opt. Max. mihi precaris, omine haud impari ſincere tibi „euenire aueo. Vale vir doctiſſime meque ama. Lucernae Idibus Ianuarii 1723.

Archiepiſcopus Epheſinus Religioſiſſimo Viro P. Corbiniano Khamm S. P. D.

„Libros quos de Hierarchia Auguſtana conſcripſiſti atque ad me deferri curaſti, ſi„bentiſſime recepi, et perluſtraui, deque his plurimas tibi et ex animo refero grates. „Quod ſcribis, vereri te, ne tuam cenſoriam defenſionem Romae cum ceteris proſcriba„tur, ideoque implorare in hac cauſa officia mea quanta ea ſint paratiſſime tibi ſponde„rem, ſi vel praeſens eſſem vel ſaltem minus abſens. Nunc quod vnum ſupereſt ad ali„quem ex familiaribus meis dabo literas, vt me de re iſta accurate commonefaciant, „nec deero poſtulationibus tuis praeſertim iuſtis, ni vt vellem ſane quo poſſum.

„Opera Caroli Stengelii plurimi facio et diligentiſſime conquiro: optarem in hoc te „plane adiutorem induſtriae meae: accipies igitur cum his literis eorum catalogum, et „ſi quae forte ſunt apud vos, vel aliunde habere poterunt, mihi emas velim, pretiumque „tibi, vel cui iuſſeris, repraeſentabo. Prae ceteris mihi cordi ſunt eius Monaſteriologiae „pars ſecunda Auguſtae impreſſa cum figuris anno 1638 et Rerum Auguſt. Vindelic. com„mentarius in 4to Ingolſtadii 1647. eum eius Mantiſſa ibidem 1650. Quare nihil ad tui „beneuolentiam accedere poterit apud me. Si operam omnem, et ſtudium in iſtorum „requiſitione conſumes, quod plane te facturum confido. Vale. Lucernae Nonis Octo„bris 1722.

6ta a Nuntii apoſtolici Auditore. 7. 8. a Vicecancellario Caeſareo de *Schoenborn.* 9: a *Ioan. Franc.* Epiſcopo Conſtantienſi. 10 — 16. a *Io. Franciſco* Epiſcopo Friſingenſi, quarum prima ſequentis eſt tenoris:

„Admodum Reuerende in Chriſto Pater. Vt dedicata nobis pharmacopaea ſe Theo„logum et Canoniſtam: ſic communicata Hierarchia Auguſtana ſe verſatiſſimum probat „Chroniſtam. Vtriusque doni grates habemus, occaſionem ad manus exoptantes, qua „et aeſtimationem tantis talentis et gratum animum ſuae erga nos propenſionis debitum „opere teſtari poſſimus. Si quae parti ſecundae Hierarchiae ſuae inſerenda in noſtris „inuerientur documentis, extrahi et transmitti curabimus, dum interea ſuam adm. Reu. „Paternitatem ſecuram deſideramus, quod ſimus &c.“

17 — 36. a *Ioan. Antonio* Epiſcopo Euſtettenſi, cui *Khammius* acceptiſſimus, praecipuaque eius familiaritate fruitus fuit. Teſtis ſit prima eiusdem epiſtola.

„Ioan. Anton. Dei et apoſtolicae ſedis gratia Epiſcopus Eyſtettenſis S. R. I. Prin„ceps. Praemiſſa fauorabili ſalute noſtra Reuerende in Chriſto Pater, „nobis perdilecte!

„Tractatum a R. V. praelo publico nouiter ſubmiſſum a ſuffraganeo noſtro eo maiori „beneplacito obtinuimus, quo maiorem praeſtantis operis huius ex erudita vtili imo in-

„continuationem hiſtoriae Hierarchicae Auguſtanae neceſſaria doctrina fructum vberiorem „praeuidere licet, cuius propoſiti etiamnum Auguſtani noſtri incolatus bene memores, „effectumque R. V. apprime honorificum fore, plenius perſuaſi ſumus, obſeruamus ibidem „et ex noſtris equeſtris proſapiae propinquis, quos et virtute praecellentes, fidelesque ec„cleſiae ſeruos futuros reputamus, ſed quod maiori conſolatione ac pari debito erga R.V. „nos afficit, illud eſt, quod parte ſecunda impoſterum typis mandanda de talento, opere, „ac fideli adminiſterio noſtro, eccleſiae ac principatus Eyſtettenſis, effatu dignum exiſti„mauit, quod omne quidem, prout ad plurium gratiarum largitoris Dei gloriam a R. V. „dictum eſſe comprobo, ſic, quia veritati non abſonum, ſiue ad exemplum, et aedificatio„nem aliorum ſeruiens, adhucdum etiam edere per nos licebit. Agimus interim bene„uolas gratias pro communicato exemplari, ac R. V. affectu beneuolo grati et ſemper „complexuri permanemus. Eyſtadii 5 Iunii 1709."

Hic Epiſcopus quoddam opus, haud nominatum, *Khammio* noſtro ad corrigendum transmiſit, et Euſtadii typis euulgare curauit. Idem noſtram Bibliothecam horto Euſtadienſi tunc aeri inciſo, opere pretioſiſſimo ditauit.

Epiſtolae 37 — 60 a *Ruperto* Abbate Campidunenſi, a quo *Khammius* permagni habebatur, in diuerſis cauſis datae ſunt.

61 — 76. *Ioan. Adamus Nieberlein* Epiſcopus Dioclenſis et Suffraganeus, ac Vicarius Generalis Euſtadii ad *Khammium* ſcripſit. Quam magni iſtum habuerit, prima mox epiſtola nos docet.

„Pl. Rde, Religioſ. et chariſſ. Pater, in Chriſto Venerande!

„Ad deſiderium, et vota Pl. R. P. V. transmitto ſupplementum defunctorum Epiſco„porum Eyſtettenſium, vnacum rudi quodam conceptu moderni celſſ. cuius praeclara geſta „ſunt adiecta, et futura poſteritati tradenda *) P. V. velit materiam datam pro ſuo genio „et prudentia ad arbitrium concipere proprium cum noſtrum non ſit proprias dare lau„des, et verus Dei ſeruus lumen potius ponat ſub modio, quam ſuper candelabrum, cum „ſcriptum ſit, omnia cum feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Vbi aliter, et in aliis „ſeruire potero, P. R. P. V. me habebit promptiſſimum, vt qui amicitiam cum anteceſſo„re meo habitam non abrumpere, ſed continuare cupio, eaque de cauſa in vicariatu ti„tulari, prout Epiſcopus indignus ego ſum eccleſiae Dioclenſis, eandem confirmo, et do„minum deum rogo velit mentes infidelium meorum ſubditorum illuminare, omnesque „ad verum ouile reducere, non vt illis dominari, ſed potius cum illis laetari et verum „paſtorem adorare valeam. Pergratum habeo deſcriptionem eccleſiae Dioclenſis, eamque „vna mecum precibus et SS. Miſſae Sacrificiis P. V. impenſiſſime commendo. Dabam „Euſtadii 11 Iunii 1708."

Ex epiſtola iſta patet, *Khammium* noſtrum a *Ioan. Adamo Nieberlein* Epiſcopo Dioclenſi Generalis Vicarii titulo, quo illum ſaepius in literis honorabat, decoratum fuiſſe.

Iſtis copiae literarum a quibusdam Italis Roma ad *Khammium*, et *Romanum Kiſtler* ſcriptarum ſubiunguntur.

79. *Antonii* Abbatis Admontenſis. 80 — 82. *Auguſtini* Abbatis S. *Blaſii*, in quarum vltima haec in laudem *Khammii* ſcribit:

„Huma-

*) De Ioannis Antonii Epiſcopi Eyſtettenſis praeclaris meritis confer P. Colleg. p. 219.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

„omnis posteritas, illa praesertim, quae Illustrissima facinora Maiorum suorum leget, et „illa per hos libros glorioſae et aeternae famae sacra videbit.“

144. *Simperti:* 145 et 46. *Magni:* 147—151. *Amandi* Abbatum Neresheimensium. 152. *Bedae* Abbatis Ochsenhusani. 153—55. *Ruperti* Abbatis Ottenburani. 156. *Hieronymi* Abbatis Ochsenhusani. 157. *Placidi* Abbatis Peterhusani. 158—160. *Placidi* Abbatis S. *Iacobi* Ratisbonae, in quarum secunda haec notatu digna leguntur:

„Doleo huius aetatis homines adeo amore proprio laborare, vt neque veritati locum „dare velint: hinc non miremur Eluacenses eorumque amicos omne id execrari, quo „deperditi veterum mores redarguuntur, aut aprico sistuntur, miror potius Augustanos „Pontificios, quod ius praetendant in exemptionem a tot retro seculis firmatam: sed hoc „episcoporum fere omnium est. Consilium autem quod S. V. P. iniuit, viam expeditio„rem esse, atque ad finem aptissimam comprobat experientia. Sincera interim mente la„bores veneror, quos S. V. P. in hisce operibus compilandis assumit: sed illam praeprimis „solertiam, qua cuncta aptissime disponit: sane in reconciliandis veterum de Pipinis, Wicter„pis &c. opinionibus, molimen fateor posteritati vtilissimum, sicut est lectu iucundissimum, „neque dubito S. V. P. praeter libros impressos, multa ad manus vetera numerare docu„menta eaque authentica, quibus noua haec studia suo modo firmari et corroborari pos„sent. De sancto *Bonifacio* multa egregie narrat R. S. P. optandum tamen esset, vt Ger„mani, quibus penus et supellex, tanquam optimi filii, non solum Apostolo suo laudes „et encomia, sed afflictissimae eius Patriae auxiliatrices manus praebere velint, vt fides „catholica, quae vbertim per Britannos in Germaniam fluxit, stillatim saltem ex Germa„nia in Britanniam refluat: sed de hoc alias. Gaudeo animitus, aliquos in Germania vi„ros ex ordine nostro esse Patrum Gallorum strenuos aemulatores, qui praeter studia „scholastica, liberalioribus disciplinis, quae vsui esse solent, adeo indefessam collocant ope„ram. Pergat igitur V. S. P. neque est, quod canes oblatrantes curet, raro mordere so„lent, meque bebet futuris suis laboribus, quibus insignem in nostra bibliotheca curabo „locum.“

161. *Bernardi* Baillie Scoti ord. S. Ben. Phil. Professoris Erfurti. 162—65. *Placidi* Abbatis S. Petri Salisburgi, in quarum vna sui monasterii defensionem contra maleuolorum calumniam in se suscipere velit, rogat. Ad quod librum antiquitatum Salisburgensium, et refutationem a se conceptam transmisit. 166—172. *Benedicti* Abbatis Schyrensis. In illarum tertia haec reperiuntur:

„Epistola Reuerendiss. D. Praesidis contra praemotionem physicam denotans non mo„ueat stomachum S. Cl. P. Vana est sine viribus ira, quam in capitulo quoque generali „frustra ostendit: quin immo supplex eiusdem libellus pro libertate docendi scientiam „mediam capitulo porrectus et praelectus per vnanimum votorum calculum repulsam tu„lit. Historiam de auxiliis diuinis authore Dominicano Schyrae in visitatione exhibui, „sed responsum, esse librum prohibitum et damnatum. Verum ni fallor, liber iste inter „libros prohibitos necdum comparuit.“

173. *Benedicti* Abbatis Schwarzacensis, 174. *Benedicti* Abbatis Seittenstettensis, qui ita de prodromo Autoris scribit:

„Insignia opera laboriosa sunt, et plena eruditionis; plurimumque commendant Au„torem, et praesertim Prodromus ordinis nostri vindex conseruatorque pacis Benedictinos

„inter

„inter et Canonicos Regulares. Certe vir ille melius haberet, si manibus laboráret, quam „quod pedibus. ne scilicet mendacem suum calamum amplius mouere posset ad ihquie„tandum S. ordines.“ *)

175 — 77. *Quirini* Abbatis Tegernseensis. Istae erudítione refertae literatorum gratia integrae exscribi merentur. 178. *Petri* Abbatis eiusdem Monasterii, in qua haec reperiuntur:

„Tegernseensium nomine depono obsequiosissimas grates, quod mei Monasterii et de„ductae exin ad suum Imperiale Asceterium coloniae, triumque succedentium ex nostris „Abbatum, decentissimam memoriam celebrare, ac aeternitati transmittere placuerit. „Certe ex illustrissimis radiis, quos inclytum coenobium Vdalricanum in Hierarchia Augu„stana diffundit, non exiguus splendor in nostrum monasterium, velut antiquam matrem „redundat. Ego noua itendidem gloriae incrementa sub ter faustissimo RR. D. Wilibaldi „Regimine auguror, et perennes eiusdem, totiusque S. Vdalrici gratiosos fauores mihi et „obstrictissimo Tegernsee efflagito.“

179 — 181. *Iosephi* Abbatis Thierhauptani. 182. *Mauri* eiusdem monasterii Abbatis. 183 — 91. *Wilibaldi* Abbatis Vrsinensis. 192 — 98. *Ildephonsi* Abbatis Weihenstephanensis, in quarum vna haec notitia habetur:

„Offero Celsissimo Principi Campidunensi iamdiu expetitum Nouitiorum magistrum „R. P. Bernardum Benedictoburanum, virum, vt nuper scripseram, in hac palaestra versa„tum et emeritum: Plurimam, quam V. P. in hanc rem contulit operam, alma congre„gatio nostra velut acceptissimam habuit, ita grata semper memoria prosequetur.“

199 — 202. *Sebastiani* Abbatis Weingartensis, in quarum vna ita in laudem *Khammii* scribit:

„Patet ex praeclaris operibus P. V. laudatissimus conatus et indefessa studia, quibus „egregiam famam, atque Encomium non tam sibi quam et suo celeberrimo et imperiali „monasterio, imo toti nostro S. ordini suo iure promeretur. Arridet inter alia, etiam ma„teria, qua DD. Canonicorum Regularium et praesertim noti illius D. Erath petulantem „et superbientem stylum iure perstringit: erit ista materia etiam nobis hic loci fortassis „vsui.“

203 — 205. *Ioannis Gualberti* Abbatis Weissenohensis. 206. *Thassilonis* Abbatis Wessofontani. 207 — 209. *Modesti* Abbatis Wiblingensis. 210. *Augustini* Abbatis S. *Blasii*, qui ita in nostri solatium scribit:

„Hierarchia Augustana, quo fortius ab aemulis impugnata, eo glorioslus triumphat: „habet hoc innatum quidquid ab eminentiori virtute procedit, aemulos ciere, et parere „inuidiam. Eruditissimus partus a foecundo iuxta ac facundo sene-Iubilaeo procreatus, „immortalem SS. ordinis nostri laudem, vti cedro inscribit, sic seniculi Patris nomen in „memoria posterorum aeternum florescere faciet, atque perennare.“

211. *Augustini* Praepositi ad S. Crucem Augustae. 212. *Liebhardi* Abbatis in Campo príncipum. 213 — 215. *Sigismundi* Magistri Hospitalis Memmingae, qui nostrum de ordinis S. Spiritus ortu et progressu optime instruere conatus fuit. 217. *Hugonis* Abbatis Roggenburgensis, in cuius postscripto haec habentur: „Si tertiae huius partis regularis „editionem rescisuissem, complura de Roggenburgo cummunicare potuissem, et inter ea

„quidem

*) Erat ille *Augustinus Erath* Canonicus Regularis Canoniae Wettenhusanae.

„quidem memorabile miraculum circa Ven. Altaris ſacramentum, quod contigit in Ingſtet-„ten in domo quadam, vbi hodiedum ſtat capella S. Vrſulae.“

218. *Adalberti* Abbatis Roggenburgenſis. 219. *Georgii* Praepoſiti Vnterſtorfenſis. 220 et 21. *Bartholomaei* Praepoſiti Wettenhuſani. 222 — 255. *Ioſephi* Abbatis Vrsbergenſis, qui *Khammio* ſingulari amicitiae foedere iunctus, cum illum modo *animae meae conglutinatum Ionathan*: modo *amicorum archetypum*, nunc amicorum intimum &c. nominat. Plura iſti tum de Vrsbergenſi monaſterio, tum de Edelſtettenſi Canoniſſarum collegio communicare ſtuduit. 256. *Gregorii* Abbatis Wilthinenſis. 257 — 275. *Ignatii* a *Peutinger* Eluacenſis literae eruditiſſimae, in quarum vna haec ad noſtrum ſcribit:

„Gratulor P. V. ob humaniſſimam Sereniſſimi mei Principis epiſtolam reſponſoriam „quam in monumentum eiusdem benigniſſimi animi aſſeruandum remitto. Optarem, vt „etiam honorarium aſſignatum tale eſſet, quod expectationi P. V. omnimode reſpondiſſet, „quae tamen liberalis nimium fuit in tot exemplaribus in perſonas non neceſſarias, nec „gratas, immo etiam ingratas, et pro gratia odium et auerſionem reponentes dispergen-„dis, ſeu potius diſſipandis. Contentus ſum nihilominus et libenter intellexi, quod ſaltem „impenſa typi frontiſpicii et chartae fuerint compenſatae, at compatior pro damno per „ſuam nimiam liberalitatem ſibimet illato per quam implere voluit Apoſtoli: *ſicut egentes* „*multos autem locupletantes*, non ſolum ſpiritualiter ſed etiam materialiter: nec etiam neceſ-„ſarium fuiſſet, tot Eluacenſibus partim Conſiliariis, Prouiſoribus, aliisque forſan inurbanis „exemplaria totidem compacta impertiri.“

276 — 280. Ex Blumenthal. 281 — 84. *Halden* tum Ratisbonae tum Salisburgi commorantis. 285. *Annae Barbarae* Abbatiſſae ad S. *Walburgam* Euſtadii. 286. *M. Hildegardis* Abbatiſſae. 287 — 290. *Mariae Agnetis Babthorpe* virginum Anglicarum inſtituti Superioſſae Monachii. 291 et 92. *Conſtantis* Monacenſis, in quarum prima haec leguntur:

„Remitto tandem communicatam mihi relationem de virginum Anglicarum inſtituto, „illiusque ſusceptam defenſionem, pro quibus praefatum inſtitutum maximas tenetur gra-„tias reddere, nam praeter alia illi profutura, et proficua, ad illius propagationem pluri-„mum conferre mihi perſuaſum eſt.“

„Praeſumſi cum P. V. admodum Rdae licentia, in aliquibus punctis mentem meam ex-„primere, nihil tamen praeſcribo, certiorem nihilominus reddere debeo, me cum D. Supe-„rioriſſa ſuprema conferre voluiſſe, circa editionem regularum Inſtituti, quas in hoc ſuo „tractatu omittendas exiſtimat, et pro alia gratia impetranda ſtat, nempe vt libeat vitam „et virtutes fundatricis D. Mariae Wart in lingua Germanica conſcribere, digniſſimae enim „cenſentur, vt mundo chriſtiano in ardenti candelabro praeluceant. Refero me ad factas „annotationes.“

293 — 95. *Ignatii Ant.* L. B. *ab Otten*, in quarum ſecunda haec leguntur memoratu digna:

„Quod Reuerendiſſimi Capituli Auguſtani ſtrepitum contra dictum opuſculum — Hierar-„chiam Auguſtanam de eccleſia Eluacenſi — ac approbatione eiusdem a Metropolitano ob-„tentam attinet, putem et ſperem fore, vt breui hoc mare deferueſcat, quo ſecurius haec „Hierarchia per tot fluctus Eccleſiaſticae antiquitatis memoriam ſecum vehens, nunc hac „quoque charybdi altior in optato portu tandem conquieſcat. Ego ſi quid hic locorum

„tam

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

XIX.

Carmen de Mahomete. II. Petri Alphonſi Tractatus de diſciplina clericali. in 8vo. Codex membr. Sec. XII.

Praeſens codex antiquiſſimus pergameno nimis denſo inſcriptus eſt. Characteres nitidi ſunt. Iota nec punctum nec virgulam ſibi impoſitam habet. Praeter punctum nullum aliud diſtinctionis ſignum occurrit. Abbreuiationes verborum frequentes ſunt. Ex omnibus iſtis colligere mihi videtur, iſtum ad ſeculi duodecimi finem fuiſſe ſcriptum.

Carmen de *Mahomete* verſibus, qui leonini dicuntur, ſcriptum 27 foliis conſtat. Dolendum admodum, cuiusdam inſcitia, ac ſtultitia quatuor priorum folia expuncta fuiſſe. Iam manus ſeculi XVI. in margine iſtius fatuitatem his verbis exprobrat: *Fatuus ille deleuit vitam Machmet.* Ne vero lectores hoc antiquitatis monimento penitus priuentur, quamdam iſtius partem exſcriptam hic ſiſtam, folio 5to ſic incipit:

Et ſurgens nocte. ſubtraxit lumina docte.
Vt facerent tenebre. tale nefas celebre.
Et quaſi defunctos. ſomno ligat ordine cunctos.
Quo facto propius. crimini fit ſocius.
Et ſic exertis. humeratenus ipſe lacertis.
Infirmum manibus. conterit et genibus.
Huius et absque mora cum naribus obſtruit ora.
Que tunc ſpiramen. vix mouet ipſe. tamen.
Guttur ei fregit. mortemque ſubire coegit.
Reddens pro donis. talia dona bonis.
Ergo redit gaudens et dicit in hoc ſibi plaudens.
Hoc facto ſcelere me puto proficere.
At poſtquam luxit phebus mundoque reduxit.
Luminis officium. conſulis exicium.
Seruis detegitur. ſed vi multis aperitur.
Fugit ab ore calor. inſolitusque dolor.
Omnis confundit. hinc flens ſua pectora tundit.
Hic crines lacerat. quemque dolor macerat.
Hic gemit. hic plangit. omnis vnus color angit.
Tunc quoque patroni. mors miſeranda boni.
Non ſolum flentes. fertur mouiſſe clientes.
Flebant aſſidue. ſed ſimul hoc vidue.
Et luctu plenum. ſuper omnia vulgus egenum.
Merebantque pie quelibet eccleſie.
Omnis ſanctorum. cum clero grex monachorum.
Princeps plebs humilis. tunc fuit in lacrimis.
His quoque prefatus. acceſſit homo ſceleratus.
Qui lacrimando madens. inque dolendo cadens.
Exemplum flendi. factus fuit atque dolendi.

Quare

Quare nullus eum. credidit esse reum.
Sed vir honoratus. postquam fuerat tumulatus.
Et dolor vt sedit. mens sua cuique redit.
Tunc magus inceptis. magis insistebat ineptis.
Taliter afficiens. arteque incipiens.
Consulis vxorem. quouis pateretur amorem.
Ni seruum proprium. nomine mamucium.
Quamuis inuitum. festinet habere maritum.
De quo presagum. consulit illa magum.
Cui quasi prudenter. magis contulit hoc reuerenter.
Istud si faceres. tu tibi consuleres.
Sed bene cepisti. si feceris vt voluisti.
Hec auctore deo. auxilioque meo.
Illa redit gaudens. etiam quamuis scelus audens.
Dummodo mamucium. possit habere suum.
Inpaciens more. mox libertatis honore.
Donans mamucium. detrahit officium.
Illi seruile. pro quo sibi reddit herile.
Atque suum dominum. constituit famulum.
Nempe maritali. theda rituque iugali.
Huic se suppossuit. heu quia depuduit.
Quod quamuis dicam. fateor tamen esse pudicam.
Hanc et matronam. rite fuisse bonam.
Sed dolis antiquis. magis hanc decepit iniquis.
Cui nec erat dirum. mortificasse virum.
Sic vir priuatus. iam fulsit honore beatus.
Consul mamucius. dines et eximius.
Ad se dampnatum. vocat ille suum sceleratum.
Quem sic alloquitur. ecce tuus petitur.
Mamucius per te. promissis rebus aperte.
Consul dicor ego. me tamen esse nego.
Hunc domini more. nostro fungeris honore.
Noster honor tuus est. quippe tuus meus est.
Tu predicabis. pater et facienda notabis.
Preceptoque tuo. pareo continuo.
Per me maiorem. magus inquit habebis honorem.
Si tibi que iubeo feceris vt iubeo.
Haud ablactatum sed nunc de matre creatum.
Sume tibi vitulum. res lateat populum.
Sumptum claudemus. et nutriri faciemus.
Vt nulli pateat. qua vitulus lateat.
Res tamen vt vere possit sine teste latere.
Est opus arte. mea. fiet enim camea.
Omnibus ignota. sic et de luce remota.
Vt quid ibi fiat. sol neque luna sciat.

Illic ponatur vitulus. ſed ne videatur.
Solus ibi lateat. non niſi nos videat.
Neue repentina. ſed prodat vox vitulina.
Ne poſſit prodi. debet in ima fodi.
Curaque ſit prima. quod ſic fodiatur in ima.
Aures ne populi. vox feriat populi.
Hos duo paſcemus. illum ſolique ſciemus.
Hec res proficiet. ſi vaga turba ſciet.

Carmen iſtud ſequentibus finitur:

Conſtruxit fanum. fanum non immo profanum.
Cuius pro foribus. ſculptile marmoribus.
Carmen dictabat. quod tale fuiſſe probabat.
Hic bene quod petitur. per mahumet dabitur.
Hac in ſtructura. nichil extabat ſine cura.
Tota domus precio. fulſit et ingenio.
Marmore candebat. pario quacunque patebat.
Sed marmor parium. vicit opus varium.
Nam ſi vixiſſet. opus atque loqui potuiſſet.
Materiam vici. diceret artifici.
Taliter ornatum. fanum fuit atque paratum.
Sed ſi quis querit. quanta domus fuerit.
Cum procul hinc ſtatur. mons aureus eſſe putatur.
In tantum precii. continet et ſpacii.
Plus mirareris. ſi forſan ingrediereris.
Fulgor enim lapidum. te faceret ſtupidum.
Qui ſic ornabant. opus auri quod variabant.
Sicut noctornum. lucida ſtella polum.
Hinc opus elatum. ſolo magnete paratum.
In medio ſteterat. et velud arcus erat.
Sub que portatur. machumet tumuloque placatur.
Qui ſi quis querat. magna ſibi contrahit era.
In qua rex iacuit. tumba levata fuit.
Et ſic pendebat. quod vis lapidum faciebat.
Ergo rudes populi. prodigium tumuli.
Poſtquam viderunt. rem pro ligno tenuerunt.
Credentes miſeri. per machumet fieri.
Pondere res plena. quod pendeat abſque catena.
Ne ſit pendiculum. quod teneat tumulum.
Hoc viri viderunt. ſtulti machumet coluerunt.
Gente quod in lybica. fecerat arſ magica.
Sed nos errorum. quia cauſam diximus horum.
Muſa manum teneat. et machumet pereat.

Huius operis Autor haud exploratus habetur.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

In primo calor ęſſe gradum. uiſ ſicca ſecundo.
Dicitur abſinthii. ſtomachum corroborat herba
Illius quocunque modo quiſ ſumpſerit illam
Sed melius pluuie ſic ſit decocta liquore
Et ſic ſub diuo priuſ infrigidata bibatur
Sic potitur variiſ eius ſuccurrere morbiſ
Hocque modo pellit lumbricoſ mollit et aluum
Vrinam potu producit. menſtrua ſoluit
Eius et immodicum ſedat ſic ſumpta dolorem
Illi ſi nardum quam profert Gallia iungaſ
Et coniuncta teraſ et mulſa circa reſoluaſ
Precipue tali purgabiſ menſtrua potu.
Hec quoque preſtabit cum lana ſubdita molli
Siſibre et nardus et acetum iungitur illi
Noxia deterge potu faſtidia tali
Gramina ſi rute huic iungaſ ſalque piperque
Cum mero tundens hec deſ decoctaue potum
Noxiuſ et creduſ ſtomachi purgabitur humor
Yri coniuncta pectus mire iuuat hauſta
Acri cum uino circa ſe quilibet ungenſ
Non metuet culices muſceque fugantur odore
Illricris crudam dabis hanc apio ſociatam
Obſtat letifere cum vino ſumpta cicute
Et claroſ reddit oculoſ cum melle perunctoſ
Curat epar ſed ſeiungatur gallica narduſ
Splenque ſibi iuncto potata iuuabit aceto
Sic quoque fungorum depellit ſumpta uenenum
Sique uenenatiſ occurrit morſibus hauſta
Hocque modo ſugillatiſ ſuperaddita prodeſt
Decocteque uapor obſtruſaſ liberat aureſ
Si manant ſanie cum melle terenſ ſuperadde
Subuenit anguine nitoque iugata
Vulneribuſ prodeſt contrita recentibuſ illa
Si ſuperaddatur capitiſ ſic uulnera curat
Prurituſque iuuat eiuſ decoctio fotu
Nauſea non poterit quemquam uexare marinus
Antea commixtam uino qui ſumpſerit illam
In lino panno ſi circumcincta feratur
Inguiniſ immodicum fertur cohibere tumorem
Olfatu ſompnum capiti vel ſubdita preſtat
Hanc ſibi ſupponi ſi non preſenſerit egre
Denigat crineſ ciniſ eiuſ ſi bene mixtuſ
Cerato fuerit et ea ſint ſepe perunctı
A tineiſ tutam reddiſ qua conditur archam
Sub lingua factum curat cum melle tumorem

Liuoremque nigrum qui circa luminiſ orbem
Apparare ſolet purgabit idem medicamen
Auriſ depellit ſonitum cum felle bouino
Duriciam ſplenis eiuſ cataplaſma reſoluit
Coniuncto ſibi melle ſtere ſi ſubditur herba
Deſiccabit eam manare menſtrua cogit
Ex oleo fuerit uiridiſ ſi cocta iuuabit
Non modice ſtomachum quod erit hoc unguine focum
Incauſto uino quod ſit macerata ſoluto
Si ſcribiſ cartam muſ non ceret ampliuſ illam.

Herbarum genera ſeptuaginta et octo occurrunt, quarum vltima *Aloe* deſcripta habetur.

Hoc opus tanti aeſtimabatur, vt a typographiae origine vsque ad annum 1588. plus quam ſexdecim editiones de iſto paratae fuerint. Confer *Seguierium* in Biblioth. Botanic. p. 274. et ſeq. *Keſtner* Biblioth. medic. p. 564.

Huius operis Autor *Macer*, ſed, vt *Keſtnerus* loco cit. animaduertit, falſo dicitur. Si *Gaudentio Merulae* credendum, verum Autoris nomen eſt *Odobonus*, ſiue *Ode* quidam Medicus, vt *Fabricius* adnotauit. Ante nos hoc opuſculum *Conradus Celtes* Poeta Laureatus poſſedit.

XXI.

Liber precatorius. in 12mo. Codex pergam. Sec. XIII.

Praeſens codex continet officium B. V. M. et pſalmos poenitentiales. Primum eſt longe diuerſum ab eo, quod noſtris temporibus eſt vſitatum: diuerſi ſunt hymni, diuerſi pſalmi et lectiones. E. g. Hymnus in Matutinis ſic ſonat:

O quam glorioſa luce coruſcans ſtirpis dauidice regia proleſ ſublimis reſidenſ virgo Maria ſupra celigenas etheris omnes.
Tu cum virgineo mater honore angelorum domino pectoriſ aulam ſacriſ viſceribus caſta paraſti natuſ hinc deuſ eſt corpore criſtus.
Quem cunctuſ veneranſ orbiſ adorat cui nunc rite genu flectitur omne a quo noſ petimuſ te veniente abiectis tenebriſ gaudia lucis.
Hoc largire pater luminiſ omnis natum per proprium ſtamine ſancto qui tecum nitida uiuit in ethera regnanſ hac moderanſ ſecli cuncta. Amen.

In cuiuslibet horae fine orationi B. V. praemittitur oratio de S. Spiritu. Prima cuiuslibet hymni ſtropha eſt etiam de iſto, ſecunda de illa.

Lytaniae de omnibus Sanctis, pſalmis poenitentialibus ſubnexae ſunt admodum breues; Sanctorum enim inuocationem mox excipit oratio dominica cum duabus orationibus, quarum prima pro remiſſione peccatorum, altera pro defunctis. In fine legitur: *Anno domini M.CC.II. opus illud conſumatum eſt.*

Hoc opuſculum omnem externam exhibet venuſtatem. Character, qui maiuſculus eſt, elegantiſſimus: initiales literae deauratae diuerſisque figuris decoratae: in inferiori mar-

 gine,

gine, et ad verſuum, aut lectionum aut orationum finem figurae diuerſae conſpiciuntur. Lineae deauratae, et coeruleo colore expreſſae per integrum opuſculum ſibi inuicem ſuccedunt.

XXII.

Sermones quadrageſimales. II. Tractatus de virtutum connexione. III. Sermones de corpore Chriſti. IV. Tractatus de ſeptem vitiis principalioribus. V. Sermones de diuerſis feſtiuitatibus. VI. Alberti M. expoſitio orationis dominicae. in 8vo. Codex pergam. Sec. XIV.

Diuerſa haec opuſcula diuerſis quoque, ſed elegantibus ſcripta ſunt characteribus. Initiales literae rubro colore expreſſae ſunt. Lineae perpendiculares quam horizontales atramento ductae conſpiciuntur.

Sermones absque titulo ſic incipiunt: *Cum intraſſet iheſus ieruſalem commota eſt uniuerſa ciuitas etc. in ewangelio agitur de quadam proceſſione quam iudei fecerunt chriſto que quidem deſcribitur quantum ad quatuor. Et primum eſt excellentia regis ibid. Quis eſt hic. Secundum eſt diligencia legis. ibi. Intrauit Iheſus in templum et eiecit ementes et vendentes. Tercium eſt reſonancia laudis. ibi. quia pueri clamabant oſanna. Quarum eſt inuidentia mentis. ibi. phariſei autem indignati ſunt.*

II. Tractatum de *connexione virtutum* capitulorum, quorum 129 numerantur, ſummaria praecedunt. Tractatus ita inchoat: Affectus *boni animi — — ſemper ad pietatem. Vnde et in ioſeph virtutum poſſimus conſiderare copiam. Caſtus erat. iuſtus erat. ſapiens erat. Connexe ergo ſunt virtutes. nam qui vnam habet habet omnes.* Iſti ſubnexa habentur S. *Bernardi* dicta de terrore ſalutis.

III. Sermones de corpore Chriſti viginti et octo numerantur, quorum primus, qui de tribus inſtitutionis cauſis agit, ſic incipit: *Venite comedite panem meum et bibite vinum quod miſcui vobis. prou. IX. Hiis verbis dominus inuitat ad ſalutare conuiuium in quo preparauit pretioſum cibum et potum. corpus et ſanguinem ſuum.*

IV. Tractatus de ſeptem vitiis principalioribus, minuſculo charactere ſcriptus ſic incipit: *Vidi beſtiam aſcendentem de mari habentem capita 7 et cornua X. Ioh. in apocal. Beſtia hec diabolus eſt.* Iſtum mox alter de *confeſſione* excipit.

V. Sermones de Sanctis initium ſumunt a S. *Andrea.*

VI. *Alberti* M. Expoſitioni orationis dominicae ſequens titulus eſt praefixus: *Incipit expoſitio pater noſter per magiſtrum Albertum de ordine predicatorum edita.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

sediti metrice compoſita, iſtam S. *Bernardi formula honeſtae vitae*; excerpta ex libro de imitatione Chriſti, et benedictiones.

XXV.

S. Benedicti Regula &c. in 8vo. Codex charteac. Sec. XV.

Regulae praemittuntur *Diſpoſitio clauſtri ſpiritualis*, modus viuendi in hac miſeria. Iſtam vero excipiunt: officium B. V. Orationes, aliaque diuerſa ad deuotionem inflammandam.

XXVI.

Stephani Pariſienſis Expoſitio Regulae S. Benedicti. in fol. Codex membr. Sec. XV.

Praeſentem codicem tum pergameni excellentia, tum characterum elegantia, quam initialium literarum, quae diuerſis coloribus depictae ſunt, et vitam S. *Benedicti* repraeſentant, venuſtas, et marginum amplitudo maximopere commendant. In fronte legitur:

Bis bini iuſti narrant vitam benedicti
Scribit gregorius ſcrutatur ſingula petrus.

Poſt haec: *In nomine ſancte Trinitatis Indiuidueque vnitatis Incipit prefacio magiſtri Steffani pariſienſis venerabilis valde viri In expoſicionem Regule Sanctiſſimi legiſlatoris noſtri Benedicti abbatis Incipit feliciter. Venerabili Patri et domino venerando Rofredo Inſulano diuina prouidentia ſanctorum Marcellini et Petri Cardinali Preſpitero. et Sancti cenobii caſſinenſis Abbati Seraphymato Adenulfo decano viro liberali atque diſcreto totique eius cenobii conuentui glorioſo Stephanus paryſienſis omnium clericorum ultimus. ad illius beatitudinis ſublimitatem pertingere. quam ipſe clementiſſimus deus promittere dignatus eſt diligentibus ſe. Glorioſum dulce ac iocundum eſt in hiis que dei ſunt eor figere et delectari, tunc enim delectantis veraciter et ſalubriter clareſcit et dulceſcit animus. cum non in terrenorum fallaciſſima iocunditate ſed incomparabilibus bonorum celeſtium deliciis ceperit irretrogradabiliter deliciari. Harum deliciarum ſuſpirans ego ex non meis meritis. ſed veſtris incitatus dulcedine quadam eciam nouitatis gracia ſerenatus dulci cepi ac quieti animo cogitare, quid vobis tanquam patribus et benefactoribus meis ſpecialiſſimis a quibus multa ſpiritualia ac temporalia bona neceſſitatum ac tribulacionum mearum tempore ſuſceperam et aſſidua compaſſione de gazophylatio meo poſſem conuenienter offerre* &c. Ad finem legitur: *Deprecans benignitatem, vt non detrahant ipſi operi niſi totam regule expoſicionem perlegant. qua perlecta prout vnicuique ſederit tamen non ſine iuſto iudicio iudicent, nam inciuile eſt utique inperfecta lege aliquid iudicare, Et ne hec expoſicio quam multis ſanctorum patrum corroboraui auctoritatibus, quot lectores tot inuniat correctores ad ſedem appello apoſtolicam. ne quis eam preſumat corrigere, niſi de iudicio ſancte romane eccleſie, et de ſentencia doctrine apoſtolice cuius magiſterio tota debet chriſtianitas ſubiacere. Poteſt enim fieri quod non omni abbatis dicta neque*

omni

omni monacho, que hic ſcripta ſunt poſſ'nt complacere; Confido autem in domino. quod omnibus qui filii dei ſunt ſatis debeant conuenire. Vnde et conuenienter dictum eſt.

Auſculta o fili precepta magiſtri et inclina aurem cordis tui et ammonicionem pii patris libenter excipe. Beatiſſimus pater noſter gracia Benedictus et nomine loquitur filio qui non ex ſanguinibus &c.

Prologi expoſitionem excipiunt capitulorum ſummaria, et poſt haec: *Incipit regula Sanctiſſimi patris noſtri benedicti vnacum ſubtili enucliatione venerandi viri magiſtri ſtephani. Paryſienſis litterarum ſacrarum peritiſſimi ymo et eiuſdem regule monachi per expreſſum profeſſi.* Expoſitioni primi capitis hi verſus praemittuntur, qui ad figuras initialium alludunt:

Hic ablactatus puer eſt addonia aduocatus
Vt ſibi vita pia creſcat morumque ſophia
Hic ſtudio ſpreto mundum fugit pede leto
Exulat hunc ſequitur que fida nutrix reperitur.

In fine haec habentur: *Explicit expoſicio Stephani Pariſienſis ſuper regulam benedictiſſimi benedicti; Deſideratuſque finis huic perquam eleganti opuſculo iam fauſte imponitur per fratrem thomam Rieger Auguſtenſem tunc temporis Subpriorem patrum venerabilium monaſterii ſanctorum Vdalrici et Affre; anno virginei partus mileſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto hora quaſi tercia peracto prandio ferie tertie poſt dominicam Iudica.* Sequuntur 65 figurae, vitam S. *Benedicti* repraeſentantes, quibus verſus ſuperpoſiti leguntur. Figurae centeſimae decimae quintae haec notitia ſuperimpoſita habetur:

Suſcipe depicte vite forma Benedicte
Dogmata queque ſana deſcribit Gregoriana
In Schuttern Hermannus Abbas pater hoc tibi manus
Offert quem merita tua ditent perpete vite.

Verbis iſtis patet, figurarum iſtarum et verſuum Autorem eſſe *Hermannum* Abbatem Schutterenſem. Poſt haec adhuc quinque figurae occurrunt.

XXVII.

Bernardi Caſſinenſis Monachi expoſitio Regulae S. Benedicti. in fol. Codex carth. Sec. XV.

Praeſens codex 164 foliis conſtat. Characteres maiuſculi, et elegantes ſunt. Rubricae et initiales literae rubro colore ſunt exaratae.

In operis fronte legitur: *Incipit prologus domini Bernhardi Venerabilis Caſſinenſis Abbatis in expoſitione beati Benedicti. Legitur in prouerbiis doctrina prudentum facilis Ideoque qui ſapientiam docere ſtudent non ſubtilitates ſed profectus diſcipulorum et vtilitates quererе debent exemplo domini* &c. In fine legitur: *Explicit expoſicio regule beati Benedicti ſecundum Bernhardum venerabilem abbatem monaſterii Caſſinenſem Scripta per me fratrem Thomam Gertzner tunc temporis nouicium monaſterii Vdalrici et afre Sanctorum Auguſt. anno M.CCCCXXXIIII. II. ydus Iunii.*

XXVIII.

Poggii Guccii Epiſtolae II. M. T. Ciceronis Epiſtolae. in 4to. Codex charteac. Sec. XV.

Poggii viri eruditiſſimi epiſtolae minuſculo charactere ſcriptae octoginta et duae in hoc codice numerantur. Incipiunt absque titulo. In operis fronte legitur: *Poggius pl. ſal. d. Reuerendo patri meo Loiſio Archiepiſcopo Florentino. Poggius* cum ſui ipſius humiliatione de beneuolentia gratias agit, opus eidem cum excluſione arrogantiae commendando.

2da ad *Antonium Luſcum.* Inueſtigat libertatem de ſtatu proprio, communem vitam hominum, quae omnia ſtudia ad honores, voluptates laſciuas vel diuitias conſueuit vertere, deteſtatur. Exemplis curialium et militarium vilitatem oſtendit.

3tia ad *Petrum Donatum* Epiſcopum Caſtellanum, qua ſe excuſat.

4. Ad *Antonium* Siculum, cuius amicitiam poſtulat.

5. Ad *Petrum Donatum* Archiepiſcopum Cretenſem, qui propter peſtilentiam fugam capeſſerat.

6. Ad *Franciſcum* Epiſcopum Aquenſem, qua ſe excuſat, quod non fuſius ſcribat, offerens ſe latius ſcripturum: petit, ſua ſcripta beneuole accipi.

7. Ad *Ioannem* Reatinum, quem ob ſcribendi tarditatem corripit.

8. Ad *Guarinum* Veronenſem, apud quem aliquem accuſat.

9. Ad *Simonem* de *Terame.* 10. Ad *Leonardum* Aretinum, a quo literas poſtulat, et diſſenſiones exortas tolli optat.

11. Ad *Richardum* Secretarium Epiſcopi Witonienſis, in qua beneficiorum pluralitatem reprobat.

12. Ad *Leonardum* Aretinum. 13. Ad *Richardum* Secretarium, in qua quemdam Italiam et Romanam curiam impugnantem corripit.

14. Ad *Franciſcum* Epiſc. Aquenſem, in qua ſolitariam commendat vitam, et contra ſcientiis abutentes inuehit.

15. Ad *Antonium Luſcum*, detractores et delatores deteſtando. 16. Ad *Guarinum*. 17. Ad *Leonardum* Aretinum. 18. Ad *Antonium* Panormit. 19. Ad eumdem, quae criſin operum quorumdam complectuntur. 20. Ad *Leonardum* Aretinum. 21. Ad eumdem. 22. Ad *Ioan. Lamol.* 23. Ad *Ioannem* de *Prato*, in qua corripit nimium ſe laudantem. 24. Ad *Leonardum* Aretinum. 25. Ad Eumdem. 26. Ad Eumdem, in qua ad concordiam hortatur.

27. Ad *Franciſcum Barbarum.* 28. Ad *Marcanum Soſinum.* 29. Ad *Ioan.* Pratenſem. 30. Ad *Leonardum* Aretinum. 31. Ad *Ioan.* Pratenſem. 32. Ad *Franciſcum Barbarum*, in qua iniuſtam beneficii ſequeſtrationem corripit. 33. Ad *Leonardum* Aretinum. 34. Ad *Ambroſium.* 35. Ad *Franc. Barbarum.* 36. Ad eumdem. 37. Ad *Philippum.* 38. Ad fratrem *Albertum.* 39. Ad *Ioan.* Pratenſem, in qua illum ad iuſtitiam procurandam adhortatur.

40. Ad *Franciſcum Barbarum.* 41. et 42. Ad Eumdem. 43. Ad *Franc.* de *Piſtorio*, a quo ſculpturas marmoreas petit. 44. Ad *Andreolum* Tuſcinianum. 45. Ad *Bartholomaeum* Archiepiſcopum Mediolanenſem, cui dialogum ſuum contra auaritiam commendat.

46. Ad

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

XXIX.

Henrici Lür Tractatus de passione Domini. II. Eiusdem sermo, et epistolae. in 4to. Codex charteac. Sec. XV.

Praesens codex eleganti charactere est scriptus. Primum, quod occurrit in eo, est tractatus de Passione Domini a *Henrico Lür* Plebano Dillingae pro sacerdotibus ibidem commorantibus compositus, qui sine titulo ab Autoris praefatione sic incipit: *Sicut importuna in ewangelio mulier tandem meruit audiri sic o vos deuoti Dillingenses sacerdotes cogitis me importunis precibus ymo dei amor me compellit extendere anseris calamum et scribere per atramentum passionem domini nostri ihesu christi cum naturis figuris scripturis et allegationibus sicut eandem predicaui inibi retroactis annis* &c. Conclusio operis ita sonat: *Quam passionem vobis quemadmodum desideraſtis descripsi Et si quid insuper dictis seu scriptis repertis dignum laude diuine gratie Si vero indignum insufficiencie humane et mee ignorancie ascribatis Hanc tamen mercedem laboris apud vos expecto vt pro me apud iudicem equissimum preces fundatis humiles et deuotas Ex Dillingen ipsa die Iouis que fuit decima octaua mensis Aprilis Anno domini MCCCCLXV.*

II. Eiusdem Sermo super textum ad Ephes. c. 4. *Induite nouum hominem qui secundum deum creatus est.* In fine habetur H. 1465. L.

III. Eiusdem epistola ad *Leonardum Gessel* Ecclesiae Augustensis Decanum, qua illum ad morum conuersionem, et ad mysticae theologiae studium grauibus verbis excitare studet. Initio eiusdem vitae suae transactae circumstantias ita delineauit: „Iuuentutis et „adolescentiae meae florem in vanitatibus seculi expendi, in vniuersitatibus tersi dentes „vanis fabulis cum b. Hieronymo librum Ciceronis legi, figmentis paganorum diligenter „adhaesi, magisterium et cathedram super alios vsurpaui --- theologiam scholasticam „vnico oculo inspexi, sancta et mystica despexi. Deinde cernens, quod luristae et homi„nes mundani fuerunt cum potentibus et principibus primi, transtuli me ad canones et „imperiales leges, vt inibi discerem iura peruertere, lites suscitare, transactiones rescin„dere, veritatem supprimere, et aequitatem vendere. Post haec veni ad curiam spiritua„lis principis, et ad Basileense concilium, reperi in eisdem et in Romana curia homines „diuinos, et viros tullianae eloquentiae et vulpinae astutiae, inter quos comparui, vti ve„spertilio inter aues rapaces --- In eisdem locis bibi de hydria cupiditatis Samaritanae, „et osculata est me domina ambitionis, et factus sum in Beneficiis pluralis, tandem tan„quam Aaron ex promotione tamen cuiusdam famosissimi viri fui vocatus ad ecclesiam „parochialem in Dillingen --- inibi per multorum annorum spatia habui multa iucunda„que solatia &c.“ In fine legitur: *Vale et studiose incipe in scolis dicte mistice theologie disputare et harum latorem vacuum tuis literis non sinas ad me redire. Ex Dilingen ipso die dominico Esto mihi anno MCCCCLXV.*

Istam *Leonardi Gessel* Canonici et Decani ecclesiae cathedralis Augustensis responsio.

Hermanni Schedel Physici Augustensis ad *Henricum Lür* epistola, in qua quasdam adnotationes super literas ad *Gesselium* datas fecerat.

Henrici Lür epistola de morte *Leonardi Gessel* Iuris Licentiati, Decani et Canonici ecclesiae cathedralis Augustensis.

Her

Hermanni Schedel ad iſtum ſuper praefata epiſtola reſponſio. In fine: *Ex Auguſta in craſtino diui Bartholomei* 1465.

III. *Henrici* de Haſſia tractatus de diſtinctione horarum pro canonicis orationibus correſpondentibus ad paſſionem Chriſti.

XXX.

Hiſtoria Troiana. II. Hiſtoria Auguſtana in lingua vulgari. in fol. Codex charteac. Sec. XV.

Praeſens codex elegantibus characteribus ſcriptus eſt. Initiales literae rubro colore ſunt exaratae. Opus in triginta et ſeptem libros, ſeu potius capita diſpertitum eſt. Pro figuris hiſtoriae adcommodatis depingendis folia vacua relicta occurrunt. Incipit absque titulo aut inſcriptione ab Autoris praefatione ſequenti modo: *Licet cottidie vetera recentibus obruant nonnulla tamen iam dudum vetera preceſſerunt que ſunt ſui magnitudine viuaci digna memoria, vt nec ea cecis moribus vetuſtas abolere preualeat, nec exacti temporis antiqua curricula ſoſpita taciturnitate concludant.* In medio de praeſenti opere, Autoris inſtituto ita legitur: *Sed vt fidelium ipſius hiſtorie vera ſcribentium ſcripta apud occidentales omni tempore futuro vigeant ſucceſſiue vtilitatem eorum precipue qui grammaticam legunt, vt ſeparare ſciant verum a falſo de hiis que de dicta hyſtoria in libris grammaticalibus ſunt deſcripta, ea que per Dytem — Dyctiem — grecum et frigium Darentem — Daretem — qui in tempore Troyani belli continue in eorum exercitibus fuere preſentes et horum que viderunt fideliſſimi relatores in preſentem libellum per me Iudicem Guidonem de Columpna Meſſana tranſſumptam legentur prout in duobus libellis eorum inſcriptis quaſi vna vocis conſonancia inuentum eſt Athenis. Quamquam autem hos libellos quid Romanus Cornelius nomine Salucii magni nepos in latinam linguam tranſferre curauerit tamen dum laboraret eſſe breuis particularia hyſtorie que magis poſſent elicere animos auditorum propter nimiam breuitatem indecenter omiſit. In hac igitur ſerie libelli totum inuenitur inſcriptum quid de tota hyſtoria vniuerſaliter et particulariter geſtum fuit que fuerit origo inimiciciarum ſcandali que aduerſus Phrigios Greciam concitauit* &c.

Primum librum ſic inchoat: *In regno Theſalie predicte ſcilicet pertinenciis Romane cuius Incole Mirundones dicti ſunt quos nos hodie vulgari denominacione Saloni appellamus* &c.

Operis concluſionem ob eius eruditionem integram exſcriptam hic ſiſto.

„Ego autem Guido de columpna predictum Ditem grecum in omnibus ſum ſecutus „pro eo quod ipſe Ditis perfectum et completum fecit in omnibus opus ſuum vt lecto„res ſolacium et meram noticiam habeant preſentis hyſtorie et vt magis delectentur in „ipſam et hyſtoriam ipſam, ornaui dictamine pulchriori per ampliores methoras et colo„res et per tranſgreſſiones occurrentes que ipſius dictaminis ſunt picture. Sed territus „ex magnitudine operis nedum occaſione magis ornati dictaminis opus ipſum longa nar„racione proteram. in cuius temporis longitudine aliqua mihi ſuperueniſſent incommoda „prout eſt fragilitatis humanae vel mutacio voluntatis, propter quod ceſſaſſem ab opere „et opus ipſum ſuum non peruenisſet ad finem, vtpote ſui carens beneficio complemen„ti, in tantum inſtiti ſpiritus ſancti gratia miniſtrante quod infra tres menſes a XV. die „vide-

„videlicet menſis ſeptembris prime indictionis vſque ad XXV. menſis Nouembris proxime „ſubſequentis opus in totum per me perfectum extitit et completum, licet longe ante, „ad inſtanciam domini Mathei de Porta Venerabilis Salernitani Archiepiſcopi magne ſci„encie viri de preſenti opere tantum et non plus compoſuerim primum librum, nam „ipſo poſtmodum ſublato de medio, qui condendi a me preſens opus erat ſtimulus et in„ſtructor ab ipſius perſecucione ceſſaui, cum non eſſet, cui placere de hoc merito po„tuiſſem, conſideraui tamen defectum magnorum actorum Virgilii, Ouidii et Omeri, qui „in exprimenda veritate Troyani caſus nimium defecerunt, quamuis eorum opera conte„xerint, ſiue tractauerint ſecundum fabulas antiquorum ſiue ſecundum Apologos in ſtilo „nimium glorioſo et ſpecialiter ille ſummus Poetarum Virgilius quem nichil latuit ne eius „veritas incognita remaneret ad preſentis operis perfectionem efficaciter laboraui. factum „eſt autem preſens opus anno dominice Incarnacionis M.CCCCXXXI. eiuſdem prime In„dictionis feliciter. Sit Laus Deo omnipotenti.“

Poſt haec legitur: *Finitus eſt liber iſte proxima die poſt Brittii Epiſcopi per me Bartholomeum Wuſt tunc temporis Cappellanum fraternitatis in Dillingen Anno domini MCCCCLXI.*

Opus iſtud typis exſcriptum prodiit Argentinae 1486. et 1489. Translatum etiam eſt in linguam Germanicam, Hiſpanicam et Italicam.

II. Hiſtoriam Auguſtanam in lingua Germanica pedeſtri ſermone inſtante *Petro* ab *Egen* vrbis eiusdem Conſule quidam *Kuechlin* nomine compoſuit. Integrum opuſculum octo conſtat capitibus, et ſex foliis comprehenditur. Praemittitur praefatio, quae ſic incipit:

Ein gewaltig Man in der ſtat
Zu Augſpurg mich gar ernſtlich bat
Durch einen maler der was klug
Ein klaines büchlin der maler trug, &c.

Operis concluſio ſic ſonat:

Der gewaltig man dem das geticht
Iſt gemacht ſol ſein verſchwigen nicht
Peter Egen der iung iſt er genant
Burgermaiſter zu der zeit erkant
Der Tichter haißt der Küchlin
Vnd hat es genommen von latein.
Vnd in teutſch alſo verkert
Etwa gemindret etwa gemert
Nach tichter Kunſt vnd orden
Das nichtz gefelſcht iſt worden
Maiſter Iörg haißt der Mauler klug.
Der Im das büchlin zutrug
Vnd tett es auch nit vmb ſunſt
Im ſtund darzu ſein eigen luſt
Das er darnaß wolt figuriren:
Vnd mit gemelt gar ſchön zieren
Dem gewaltigen man ſein hauß vnd wend:
Damit ſol haben die röd ein end.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

XXXII.

Idem opus in lingua vulgari. in fol. Codex chart. Sec. XV.

Cum immediate praecedenti praeſens codex penitus conuenit. Praemittitur quoque operis regiſtrum. Initium et finis omnino conſonant. Eidem ſubnexa eſt S. *Catharinae* Virg. et Martyris vita germanice ſcripta. Librum hunc *Catharina* a *Stetten* antehac poſſidebat.

Opus iſtud primis typographiae annis ſaepius preló ſubmittebatur. In noſtra bibliotheca duae editiones, quas in Notitia de libris ab anno 1480 — 1500. impreſſis recenſui, et de Autore egi, reperiuntur. Plurium editionum Cl. *Panzer* in Annal. Literat. Teuton. meminit.

XXXIII.

Pii Papae II. epiſtola ad Mahometem Turcarum Principem. II. Nic. de Cuſa liber de viſione Dei. in 4to. Codex chart. Sec. XV.

Pius II. in hac epiſtola nimis prolixa ad *Mahometem* de fide Chriſtianorum, et de vanitate ſectae Mahometicae ſcripſit.

II. *Nicolai* de *Cuſa* Cardinalis librum de Viſione Dei ad Priorem et monachos Tegernſeenſes ſcripſit. Impreſſus inter eius opera iam ſaepius prodiit.

XXXIV.

Aluicii Mocenigo itinerarium in lingua vulgari. in 4to. Codex charteac. Sec. XV.

Praeſens itinerarium perpulchre germanico charactere ab *Emanuele Oertl* ciue Auguſtano, qui *Aluicio Mocenigo* a ſeruitio erat, et Conſtantinopolim, ad quem locum iſte a Senatu Veneto legatus miſſus, comitatus, ſcriptum eſt. Opus ita incipit: *Nachdem der Hertzog vnd ain Rath der Stat Venedig ainen gebrauch habenn Das Sie alle drey Iar etlich Ambaſſadores welche Sie auch Baylo nennen an allerlay ort verordnen vnnd auſſenden deren yeder drey Iarlanng anainander an dem ort dahin Er geſanndt wurdt pleybenn vnnd verharrenn muß. Alls nun Ich Emanuel Oertl von Augſpurg bey ainem Edelman zu Venedig Aluigio Mocenigo genannt gedient hab hat ſich Inn zeyt ſolcher meiner diennſt zugetragen Das gedachter mein Herr Mocenigo von dem Herzogen vnd Senat zu Venedig zu ainem Baylo gen Conſtantinopel zu dem Türckiſchen Kayſer Sültan Suliman erwelt vnnd verordent worden* &c.

XXXV.

XXXV.

Diuersa Scripta, in 4to. Codex chart. Sec. XVI.

A diuersis, quae in hoc codice occurrunt, scripta sunt. Reperiuntur vero sequentia:
Sebastiani Brant descriptio monstrosi partus apud Wormatiam editi, eiusque interpretatio.
Ioan. Stamler Augustani dialogus charitatis et inuidiae in religionis et iuris detractores.
Iacobi Canter Oratoris dialogus de Solitudine.
Laurentii Vallensis elegantiarum compendiosa collectio.
Varia literarum formularia.
Carmen, quo beneficia *Maximiliano* I. a Deo collata celebrantur. Carmina de vrbibus: Vlma: Bamberga: Venetia: Roma: Norimberga: Salisburgo.
Imperatoris exequiae germanice descriptae &c.

XXXVI.

Diuersa Scripta, in 4to. Codex charteac. Sec. XV.

Quae in hoc codice continentur, si primum excipiatur, a *Simone Weinhart* Monacho San-Vlricano scripta sunt.
Primum, quod occurrit, est *Hier.* de *Werdea* Psalterium a *Georgio Gutmann* Monacho Solenhofensi anno 1446. scriptum.
Prosperi Episc. Rhegiensis Epigrammata de vitiis et virtutibus.
Hubaldi Eluonensis Monachi carmen de laude Caluorum ad *Carolum Caluum*.
Iac. Canter Saphicorum endecasyllaborum primitiae B. V. *Mariae* ex voto dicatae.
Carmina de eadem beatissima virgine.
Sebastiani Brant diuersa carmina &c.

XXXVII.

Ant. Rampigolli Biblia aurea. II. Additiones super Postillam Nic. de Lyra. in Fol. M. Codex chart. Sec. XV.

Biblia aurea ab *Antonio Rampigollo* ordinis Eremitarum S. *Augustini* alumno composita, et ordine alphabetico digesta cum indice primum huius codicis locum occupant. In fine eiusdem legitur: *Finitum per me Iohannem Kathedralem in Augusta Anno domini* 1461 *et* 17 *Kal. Octobris.* Huius operis editio omnino prima et absque dubio in monasterio nostro typis euulgata in primo Notit. de lib. impress. volumine p. 47. recensita reperitur.
II. Additiones super diuersa S. Scripturae loca a *Petro Aureolo* compositae sunt.

XXXVIII.

S. Biblia. Tom. II. in Fol. Codex chart. Sec. XV.

Biblia haec luculento charactere ſcripta tantummodo vetus complectuntur teſtamentum.

XXXIX.

S. Biblia. Tom. II. in Fol. Codex chart. Sec. XVI.

Biblia iſta mainſculo et eleganti charactere ſcripta, anno 1516 incepta anno 1521 abſoluta fuere. In fine Apocalypſis legitur: *Explicit liber apocalipſis beati iohannis apoſtoli anno* 1521. *in die Barbare.*

XL.

Hiſtoriae veteris et noui teſtamenti, in 12mo oblong. Codex chart. Sec. XV.

Hiſtoriae iſtae heroico carmine ſcriptae ſunt. Praemittuntur vtrique teſtamento prologi. Autor iſtius *Theodericus* Abbas S. *Trudonis* dicitur.

XLI.

Pſalmi cum paraphraſi, in 4to oblong. Codex chart. Sec. XVI.

Praeſens codex elegantiſſimo charactere ſcriptus eſt. Pſalmis praemittuntur eorum argumenta. Pſalmi triplici verſione occurrunt: Prima eſt *Santis Pagnini*, ſecunda S. *Hieronymi*, tertia ex ſeptuaginta interpretibus. Infra paraphraſis iuxta textum chaldaicum legitur.

XLII.

Synopſis pſalmorum, in 12mo oblong. Codex chart. Sec. XVII.

Hic codex, qui perpulchre ſcriptus, ſequentem titulum ſibi habet praefixum: *Synopſis Pſalmorum ad quotidianum precandi uſum comparata. Ex triplici translatione: vulgata quae LXX. verſioni reſpondet: Pagni Montana quae cum Haebraico textu conuenit dicitur: Latina ex Iohannis Campenſis verſione deſumpta.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

hingegangen im rat der vngütigen vnd im weg der ſinder nicht iſt geſtanden vnd im ſeſſel des ſchelmigen todes nicht iſt geſeſſen. In fine legitur: *Finitus eſt iſte liber feria ſecunda poſt letare Anno domini MCCCCXXXIIII, per fratrem Thomam Gertzner tunc temporis Nouicium cenobii Vdalrici et Afre ſanctorum In Auguſta.*

II. Sermones etiam in latino et germanico idiomate ſunt concepti.

XLVII.

Pſalterium cum gloſſa, in fol. Codex Sec. XVI.

Pſalmi maiuſculo, minuſculo vero charactere gloſſa ſcripta eſt. Initiales literae tum verſuum quam pſalmorum rubro colore ſunt expreſſae.

XLVIII.

Pſalterium cum gloſſa, in fol. Codex Sec. XVI.

Codex perbene ſcriptus non ſolum pſalmos, ſed et Cantica continet. Praemittitur operi prologus, quem mox pſalmi cum eorum interpretatione ſequuntur.

XLIX.

Pſalterium cum gloſſa, in fol. Codex chart. Sec. XV.

Et hic codex eleganter exaratus eſt. Praemittitur prologus, qui minuſculo charactere, vti gloſſa, ſcriptus. Pſalmis Cantica ſubnexa habentur.

L.

Pſalterium cum gloſſa. in fol. Codex chart. Sec. XV.

Huius pſalterii, quod a praefatione incipit, explanatio eſt diuerſa a prioribus. Pſalmos, Cantica, hymnus S. *Ambroſii*, Symbolum S. *Athanaſii* dictum, et Lytaniae de omnibus ſanctis ſequuntur.

LI.

lterium cum gloſſa. in 4to. Codex chart. Sec. XIV.

Praeſens codex, vti characteres teſtantur, a *Narciſſo Pfiſter* Monacho San-Vlricano iptus videtur. Prologus opus praecedit. In fine haec rubro colore adiecta occurrunt: *itus eſt iſte liber ſub anno domini* 1384. *in honorem ſanctæ et individuæ trinitatis Amen.*

LII.

xpoſitio Pſalmorum. in 4to. Codex chart. Sec. XVI.

Expoſitio haec doctiſſima et ſaluberrima elegantibus literis eſt exarata. Incipit abs- e praefatione. Continentur tantum quadraginta et vnus pſalmus. In fine habetur: *nis lib. I. pſalm. in dominica prima poſt Pentecoſtes anno &c.* 96.

LIII.

xpoſitio Pſalmi CXVIII. in 8vo. Sec. XVII.

Pſalmi verſus maiuſculo charactere ſcripti in margine leguntur. Expoſitio minuſcu- literis exarata eſt. Iſtam ſequitur *Pſalterium Turcicum*, id eſt, preces ex pſalmis de- ntae, et Turcici belli tempore recitari ſolitae.

LIV.

lammotrectus. in fol. Codex chart. Sec. XV.

Praeſens codex maiuſculis literis eſt exaratus. Cuilibet faſciculo pagina membrana- a eſt inſerta. Operi alphabeticus index eſt praemiſſus. Tunc *Incipit prologus in Mam- otrectum fratris Marchiſini. Impaciens proprie impericie ac ruditati* &c. In fine legitur: *xplicit Mammotrectus fratris marchiſini continens expoſicionem vocabulorum ſimplicibus cle- :is magis ignotorum in Biblia et alias in leccionibus et cantu diuinorum contentorum ſimi- er et accentus eorundem. Deo gracias.* Opus iſtud iam anno 1470 typis euulgatum in otit. Libr. impreſſ. vol. I, p. 131. recenſui, vbi etiam de eiusdem Autore egi.

LV.

Ioannis Abbatis Innicell. memoriale decreti. II. Vocabularium iuris. III. Repertorium decreti &c. in fol. Codex charteac. Sec. XV.

Diuerſa in hoc codice contenta diuerſo charactere ſunt ſcripta. In primi operis fronte haec tituli et prologi loco leguntur: *Incipit memoriale decreti editum a fratre Iohanne Abbate Innicellenſi doctore decretorum quinque continens in effectu* &c.

II. Vocabularium iuris ab *Hermanni* de Fulda ord. Eremit. S. *Auguſtini* ad *Erhardum* Comitem de *Martha* epiſtola dedicatoria incipit.

III. Repertorio decretorum praemittitur Autoris *Pauli* de *Liazariis* praefatio. Illud repetitiones quorumdam capitulorum ex iure canonico ſequuntur.

LVI.

Exempla S. Scripturae &c. in fol. Codex Sec. XV.

Operi iſti perbene ſcripto praemittitur prologus, cuius initium ita ſonat: *Tanta pollet excellentia predicationis officium* &c. Hunc excipit *Tractatus de exemplis authenticis in ſermonibus utendis.* Deinde in fine *Tabula in S. Thomae Summam* reperitur.

LVII.

Aſtexani Ord. Min. Summa. in fol. Codex Sec. XV.

Praeſens magnae molis codex in duabus columnis eleganti charactere ſcriptus eſt. Praecedunt operi duae epiſtolae: nimirum *Aſtexani* ad *Ioan. Caietanum* Cardinalem, et huius ad illum. Sequitur prooemium et tunc ipſum opus, cui in fine alphabeticus rerum index ſubiectus eſt.

Hoc opus in primis typographiae annis ſaepius prelo ſubiectum eſt.

LVIII.

Gulielmi Durandi Epiſc. Minatenſis Rationale diuinorum officiorum, in fol. Codex chart. Sec. XV.

Opus pulchre ſcriptum rerum index alphabeticus praecedit. In eius fronte legitur: *Incipit liber rationalis diuinorum officiorum durandi Minatenſis Epiſcopi.* In fine haec habentur: *Explicit liber racionalis de diuinorum officiis collectus et compilatus per venerabilem patrem*

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

LXI.

Ars bene moriendi. II. Eugenii Papae IV. inſtructio ad Armenos de Sacramentis. III. Nic. de Dinkelſpiel ſermones. IV. Reformation des geiſtlichen vnd weltlichen Staates. in fol. Codex charteac. Sec. XV.

Praeſens codex eleganti charactere ſcriptus, et initialibus literis deauratis exornatus eſt. Primus tractatus ita incipit: *Cum de preſentis exilii miſeria mortis tranſitus* &c. In fine haec habetur notitia: *Explicit Tractatus de arte moriendi finitus per me Andream Riblinger de weyſſenburg ſub anno incarnacionis domini M.CCCC XLVII. proximo Sabbato poſt feſtum Exaltacionis ſancte crucis.*

Sermones *Nic. de Dinkelſpiel* agunt de praeceptis decalogi.

IV. *Sigismundi* Imperatoris Reformatio in vulgari idiomate eſt conſcripta; eius prologus ita incipit: *Allmächtiger Gott Schöpffer Hymels vnd des ertrichs gibe kraft vnd tugnad Gib weyßhait zu volbringen nach der allerſäligeſten ſtünd vnd ain ordnung zu haben Gaiſtliches vnd weltliches ſtattes* &c. In medio eiusdem ita loquitur Autor: *Aller gepriſt ligt gröſslich antzwain Stücken an den Gaiſtlichen ligt groſſe ſymoni - - - an den weltlichen ligt der Geytz der alle fruntſſhafft zerträunt* &c. Huic Tractatui ſubiecta eſt *Friderici* III. Reformatio anno 1442. Francofordiae promulgata.

LXII.

Auguſtini de Ancona catena Patrum ſuper Apocalypſin. II. Vita Chriſti. in fol. Codex charteac. Sec. XV.

Auguſtini de *Ancona* ord. Eremit. S. *Auguſtini* Catena Patrum ſuper Apocalypſin absque titulo ita incipit: *Beati Iohannis euuangeliſte doctrine ſinceritatem vtilitatem ac claritatem inſinuat ſpiritus S.* &c.

II. Vita Chriſti Saluatoris noſtri absque titulo a praefatione ſic inchoat: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere ait apoſtolus preter quod eſt poſitum quod eſt chriſtus Iheſus.* In cuiuslibet capituli fine oratio ad Deum ſubnexa reperitur.

LXIII.

Ottonis Paſſauienſis Ord. Min. Thronus aureus. Germanice. in fol. Codex charteac. Sec. XV.

Praeſens opus in vulgari idiomate ſcriptum adpellatur, *Goldene Thron:* ſeu die 24 *Alte*, per quos Autor ſuos lectores erudire cupit. Cuilibet capitulo eſt figura patrem loquen-

loquentem repraeſentans praefixa. Iſtud anno 1480. *Antonius Sorg* Auguſtae typis euulgauit. Editio iſta in noſtra reperitur Bibliotheca.

LXIV.

Computus eccleſiaſticus cum comment. II. Flos coeleſtis doctrinae. in 4to. Codex carth. Sec. XV.

Computus eccleſiaſticus cum commentariis ſic ab Autoris praefatione incipit: *Licet modo in fine temporum plures conſtat habere codices qui de arte calculatoria videantur poſſe ſufficere &c.* In fine legitur: *Explicit commentum ſuper computo eccleſiaſtico anno domini centeſimo viceſimo quarto &c.*

II. In fronte ſecundi legitur: *Incipit flos celeſtis doctrine liber originalis.* Huius Autor *Ioannes* Monachus Benedictinus laudatur.

LXV.

Regula S. Benedicti cum aliis in lingua vulgari. in 8vo. Sec. XV.

Regulam perbene ſcriptam excipiunt hiſtoria de origine et familia S. *Benedicti*: *Petri* Cameracenſis doctrina aſcetica.

LXVI.

Laurentii Bonincontrii Miniatenſis faſtorum libri IV. in 4to. Cod. Sec. XV.

In operis fronte legitur: *Laurentii Bonincontrii Miniatenſis Dierum ſolennium Chriſtiane Religionis ad R. in Chriſto patrem et dominum Iulianum Epiſcopum Hoſtienſem et Cardinalem tituli ſancti Petri ad vincula.* Voluit id opus *Sixti* IV. nomini inſcribere; aſt iſto, ante illius perfectionem, mortuo, *Iuliano* dedicare ſtatuit. Integrum opus de Sanctorum geſtis pedeſtri ſermone eſt ſcriptum. In fine habetur: *Laurentii Bonincontrii Miniatenſis faſtorum liber quartus et vltimus. finis. Abſolutum eſt opus hoc die Bricii diui pontificis per fr. Symonem Weinhart de ſaucibus Alpium anno ſalutis noſtre.* 1493.

LXVII.

B. Eliſabethae reuelationes cum aliis. in 4to. Cod. chart. Sec. XV.

Primum, quod in hoc codice occurrit, ſunt reuelationes B. *Eliſabethae* anno 1156. factae. II Tractatus de arte moriendi. III. Ceremoniae et ſtatuta ad monaſticam diſcipli-

ciplinam conſeruandam. IV. Varii ſermones. V. Concordia et vnitas Graecorum cum latinis. VI. *Nicolai* Papae V. Bulla pro anno Iubilaei. VII. Indulgentiae Benedictinis prouinciae Moguntinae a Cardinale et Legato conceſſae. VIII. Bulla Commiſſionis Viſitatorum. IX. *Nicolai* V. Conſtitutiones.

LXVIII.

Tabulae directionum. II. Tractatus de conſtellationibus. III. Tractatus medicinae &c. cum fig. in 4to. Codex chart. Sec. XV.

Praeſens codex eleganter exaratus, figurisque exornatus, ad ſeculi decimi quinti finem a noſtris conſcriptus eſt.

LXIX.

M. Gallenſis Ord. Praedic. multiloquium, ſeu Summa Collectionum. in fol. Codex Sec. XV.

Opus iſtud luculento charactere ſcriptum ita incipit: *Cum collectionis huius que poteſt dici ſumma collectionum ſint ſeptem partes* &c. In fine alphabeticus rerum index reperitur. Iam anno 1475. per *Antonium Sorg* Auguſtae ſumma memorata in lucem prodiit. V. Notit. Libr. impreſſ. p. 179.

LXX.

S. Henrici Imperatoris vita. II. Iordani Sermo &c. in fol. Codex chart. Sec. XV.

S. *Henrici* vitae initium ita ſonat; *Anno ab incarnacione domini Milleſimo primo ab vrbe autem condita Milleſimo Septingenteſimo ſecundo Ottone puero defuncto* &c. Reperiuntur in iſta diuerſa documenta, quibus hiſtoria iſtius aeui illuſtratur.

II. *Iordani* Sermo eſt de paſſione domini, qui ita inchoat: *Inſpice et fac ſecundum exemplar.* In fine: 1451. in aduentu.

Iſtum ſequuntur ſermones quadrageſimales, in quorum fine legitur: *Finitum eſt per manus fratris Iohannis Kleſatel anno dom.* 1452.

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

LXXVI.

Libri de imitatione Christi &c. in 8vo. Codex Sec. XV.

Tantummodo tres libri in hoc codice reperiuntur, in quorum fine haec notitia legitur: *Explicit liber tertius ---- per dominum prepositum in Rotze cuius nomen sit in libro vite Amen. Anno domini M.CCCC.L.* Istos plures tractatus ascetici excipiunt.

LXXVII.

Matthaei de Cracouia Tractatus de corpore Christi &c. in 4to. Codex Sec. XV.

In fronte operis ita legitur: *Tratatus racionis et consciencie de corporis christi sumptione.* Istum sequuntur *Thomae* de *Haselbach* tractatus de *poenis inferni*: *Ars bene moriendi*: *S. Vincentii Ferreris* sermo de *contingentibus* ante mundi finem: *Stella Clericorum* et alia.

LXXVIII.

Roberti Holcoth ord. Praedic. quaestiones super IV. libros Sententiarum. in 4to. Codex Sec. XIV.

Praesens codex minusculo charactere est scriptus. Incipit absque titulo et inscriptione. Tituli quaestionum ab aliena manu sunt adiecta.

LXXIX.

Tractatus de arte medicinae. in 4to. Codex Sec. XV.

Primus est *Aegidii* de vrinis et pulsibus. II. *Hippocratis* in prognostica, aphorismi, et de regimine acutorum. III. *Galienus* de vsu corporum. IV. De peste in vulgari idiomate.

LXXX.

Raymundi Summula cum commentariis &c. in fol. Codex Sec. XV.

Raymundi Summula absque titulo sic incipit: *Omnem scientiam et doctrinam S. Scriptura transcendit* &c. In fine haec habetur notitia: *Explicit commentum super Summam Raymundi per reuerendum doctorem Bononie. finitus est liber iste per Leonhardum Chnäberle*

in

vigilia Valentini anno viceſimo — 1420. Iſtam excipiunt: *Directorium Confeſſorum*: ic. de *Dinkelſpiel* Tractatus de *defectibus circa altaris ſacramentum*: *Guil.* Pariſien. Tracta- s de 10 *praeceptis* &c. *Ioan. Iaſon* Tractatus de *celebratione miſſae*: *Henrici* de *Haſſia ex- fitio canonis miſſae*: Tractatus de *dedicatione eccleſiae.*

LXXXI.

aymundi Summula cum commentariis. in 4to. Codex Sec. XVI.

Primum occurrit Summula, quam commentarius valde fuſus ſequitur. In fine legi- r: *Explicit ſummula Raymundi deo gracias per me Heinricum Piſtorem de Dunſdorff tunc nporis ſtudens Hagnoie.*

LXXXII.

udolphi Paſtorale nouellum cum comment. in fol. Codex Sec. XIV.

Opus praecedit materiarum index. Paſtorale ita incipit:

Sanctorum ſacra verba patrum decretaque Rome
Pontificum variis diffuſe tradita libris
In quibus eterne reperitur cauſa ſalutis.

imum caput agit de ſacramentis. In fine legitur: *Explicit paſtorale nouellum Magiſtri udolfi de Liebegg Canonici eccleſie maioris prepoſiti Eppilis Celle. et erat completum ſub no domini MCCC.LXXI. Kalendis Marcii indictione nona.*

LXXXIII.

udolphi de Lubeck Paſtorale nouellum. in 4to. Codex Sec. XIV.

Praeſens codex cum immediate praecedenti, ſi commentarium excipias, plane con- nit. In fine haec habetur notitia: *Explicit paſtorale nouum magiſtri Rudolfi de Liebnegg nonici Conſtantienſis.*

Qui me ſcribebat Iohannes de Gunzburg ſub anno domini MCCC.LXXXI. proxima ia tercia poſt oculi.

LXXXIV.

udolphi Paſtorale nouellum. in 4to. Codex Sec. XIV.

Et in hoc codice gloſſae marginales occurrunt. Opus incipit absque titulo. In fine ec tantum habentur: *Explicit paſtorale nouellum magiſtri Rudolfi de Liebeck deo gracias.*

LXXXV.

Libri III. Sententiarum. in fol. Codex Sec. XV.

Praesens codex eleganter scriptus est. Cuilibet libro praemittitur materiarum index. In fine legitur: *Finitus est iste liber scilicet tercius sententiarum in crastino S. Galli anno domini* 1468.

LXXXVI.

Diuersa pǫemata. in 4to. Codex chart. Sec. XIV.

Opus hoc tam initio quam in fine pluribus foliis est orbatum. In fine primi poematis legitur: *Explicit facetus. Incipit Berenhardus.* Post istum: *Incipit Pylatus.* Dein *Contemtus mundi*: liber *quinque clauium*: *nouus Kato*: *vetus testamentum*: *Gregorius*: *de B. Virgine Maria* &c.

LXXXVII.

Diuersa opuscula in vulgari lingua. in 4to. Codex Sec. XIV.

Quaedam in hoc codice contenta pedestri, quaedam prosaico stilo sunt scripta. *Passio* Domini horis canonicis adcommodata: *Cato* in lingua vulgari: diuersaeque preces in isto occurrunt.

LXXXVIII.

Passio Domini in lingua vulgari. in 4to. Codex Sec. XV.

Passio Domini pedestri sermone germanice scripta in tragoedia iuxta seculi illius genium proposita est. Istam excipit Patrum ex inferno redemtio.

LXXXIX.

Orthographia. II. Verba composita. in 4to. Codex Sec. XV.

Primum opusculum ita incipit: *Circa speciem grammatice que vocatur orthographia* &c. In fine secundi ita legitur: *Finita sunt verba composita in die elizabeth per me iohannem Pictorem de Schrobenhausen sub anno domini Millesimo CCCC.XXVIII.*

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

XCIV.

Formularia in proceſſibus vſitatá &c. in fol. Codex Sec. XV.

Operi iſti praemittitur index formularium in proceſſibus, in reſignationibus, in collationibus beneficiorum, in permutationibus, &c. vſitatorum. Iſtum ipſum opus ſequitur.

XCV.

Idem opus. in fol. Codex Sec. XV.

Praeſens codex regiſtro caret, et mox ita tituli loco incipit: *Clauſule infra ſcripte ponende ſunt in diuerſis proceſſibus poſt literarum apoſtolicarum tenorem ſecundum eorum proceſſuum diuerſitates.*

XCVI.

Formularia pro Notariis et Conſiſtorialibus. in fol. Codex Sec. XV.

Praeſens codex formularium loco multa documenta ad hiſtoriam eccleſiaſticam Auguſtanam illuſtrandam continet.

XCVII.

V. Bedae liber de digitorum loquela. II. Formularia pro Notariis et Conſiſtorialibus. in fol. Codex Sec. XV.

Initio primi opuſculi legitur: *Incipit Beda de digitorum loquela. De Temporum Ratione domino adiuuante neceſſarium duximus* &c.

In ſecundo plura documenta ad hiſtoriam eccleſiaſticam Auguſtenſem Seculi XIV. finem attingentem illuſtrandam occurrunt.

XCVIII.

Sisgorei Georg. Sibernicenſis carmina. in 4to. Codex Sec. XV.

Carmina ſua *Sirgorius Petri Tobolei* filii nomini inſcripſit. Primum eorum eſt de muſae luctibus. Ea *Sixti* Papae IV. Bulla de indulgentiis ſequitur.

XCIX.

ıfignia omnium regnorum, Imperatorum, Regum, Principum, Comitum &c. in fol.

Inſignia memorata diuerſis coloribus diſtincta ſunt. Plurima eorum plane inter menta reiici merentur. Subiungitur germanice pedeſtri ſermone origo heroum cum ignibus, fabulis referta.

C.

ractatus de poenitentia. II. Aeſopi fabulae. III. Ouidii Metamorphoſis. in 4to.

Tractatus de poenitentia ligato ſermone ſcriptus, eodem ſermone germanice reddi- s eſt. Eidem ſubiungitur liber *Floretus* dictus.

II. *Aeſopi* fabulae latino et germanico ſermone ſcriptae, figuris exornatae ſunt. Iſtas cipit *Phiſiologus*.

III. De *Ouidii* Metamorphoſi tantum fragmentum ſeculi XII. partus ſupereſt. Iſtam ſequitur liber, qui *Hypocriſus* dicitur, pergameno ſeculo XIV. inſcriptus.

IV. Catonis Ethica cum aliis, quae omnia ſeculo XIV. ſcripta fuere.

CI.

ommentarius in Cantica Canticorum. II. Libri aliquot Prophetarum. in 8vo. Codex pergam. Sec. XIV.

Commentarium, qui minuſculo charactere ſcriptus, praecedit materiarum index.

II. Prophetarum libri elegantibus literis ſunt exarati. Dolendum admodum, quod ra folia deſiderentur.

CII.

chardi itinerarius mentis in Deum. II. Diuerſa opuſcula deuota. in 8vo. Codex Sec. XV.

M. *Richardi* itinerarius mentis in Deum in pergameno elegantiſſime ſcriptus eſt.

Opuſcula illa chartae inſcripta ſunt ſequentia: Tractatus de *triplici ſtatu*: Contemplaes de *beneficiis Dei*, et *vita et paſſione Ieſu Chriſti*: Verba *promiſſionis* de remiſſione catorum ex nouo teſtamento: diuerſae meditationes.

CIII.

Officium B. V. M. Pſalmi poenitentiales, et officium defunctor in 8vo. Codex membran. Sec. XIV.

Quae in hoc codice reperiuntur, miſſalibus literis ſcripta ſunt. Officium B. V illo, quod noſtris temporibus in vſu eſt, longe differt. Preces pſalmis poenitenti ſubnexae diuerſae quoque ſunt.

CIV.

Catonis Ethica cum commento. in 8vo. Codex membr. Sec. X

Opus iſtud luculento charactere eſt ſcriptum. Illud plura alia chartae inſcript quuntur.

CV.

Aluari Pelagii de Planctu eccleſiae libri duo. in fol. M. Codex XV.

Opus iſtud eleganti charactere ſcriptum absque titulo ab Autoris praefatione in In primo libro agitur de ſummi Pontificis iurisdictione, potentia, et ſanctitate: in ſ do plangitur dirum ſchiſma in eccleſia exortum. In fine legitur: *Scriptum per Mich Gartner de Perching anno domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto in di lentini martiris.*

Hoc opus anno 1474 impreſſum in Notit. Libb. impreſſ. &c. vol. I. p. 161. recen inuenitur.

CVI.

Ioann. de noua ciuitate Summula. II. Summa Piſani. in fol. dex Sec. XV.

In fronte primi operis legitur: *Incipit ſummula fratris iohannis de noua ciuita ſtoris quondam Magdeburg. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcienciam* &c.

II. Summa *Piſani*, opus toties typis recuſum, absque titulo incipit. In fine habetur: *Explicit anno domini 1433. ſequenti die poſt natiuitatis Marie.*

C

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

CX.

Visitandi monasteria ordo, et modus. in 4to. Codex Sec. XV.

Ordo et modus visitandi monasteria Benedictinorum in prouincia Moguntina a *Simone Weinhart* est scriptus. Istum sequitur monasteriorum in ista prouincia existentium catalogus. Hunc Tractatus de *electionibus* excipit.

CXI.

Descriptio processionis in festo Corporis Christi Monachii institutae. in 4to. Codex Sec. XVI.

Processio ista celeberrima *Wilhelmus* Bauariae Dux anno 1582. Monachii instituit. Quaelibet tribuum suas habuit figuras, quae pedestri sermone germanice explicantur.

CXII.

Proclamatio SS. Reliquiarum festo dedicationis ecclesiae cathedralis Augustae anno 1608 facta. in 4to. Codex Sec. XVII.

Opus praesens germanico idiomate scriptum est. Reliquiae in septem choros sunt diuisae. Primum chorum exhibuit D. *Balthasar* Decanus S Crucis: secundum D. *Albertus Faber* Scholasticus: tertium D. *Zacharias Furtenbach* Vicarius generalis: quartum *Christophorus* de *Au* Custos: quintum *Philippus* de *Adelzhausen* Decanus Eustettensis: sextum *Lazarus Schmid* Decanus S. *Mauricii*: septimum *Ioan. Schall* Praepositus S. Crucis, *Ioan. Merck* Abbas San-Vlricanus et *Sebastianus Breüning* Suffraganeus. Proclamatio per P. *Salerum* S. I. Concionatorem facta est.

CXII.

Descriptio Reliquiarum, quae in ecclesia nostra adseruantur. in 4to. Codex Sec. XVI.

Descriptio ista in vulgari lingua facta, et figuris exornata est.

CXIV.

enouatio fraternitatis SS. Roſarii cum aliis. in 4to. Codex Sec. XV.

Tituli loco ſequentia leguntur: *Hic habes omnia de renouatione confraternitatis beate glorioſe dei genitricis virginis Marie ſuper ipſius Roſarium ſeu pſalterium que data ſunt ſummis pontificibus ſucceſſiue ab anno Incarnacionis domini Milleſimo quadringenteſimo ſeuageſimo quinto vſque ad annum octogeſimum ſextum.* Sequuntur modus orandi Roſarium: *Georgii Polſter* carmina de paſſione Domini: *Bartholomaei* Friſonis epiſtola de ortu reuelatione Antichriſti: *Gamaleonis* prophetia: Sermo de S. *Magno*: *Thomae* de *Haſelbach* ſermones de Confeſſione: Epiſtolae commendatitiae et mortuales.

CXV.

egula, vita et translatio S. Benedicti &c. in 4to. Codex Sec. XV.

Regula S. *Benedicti* cum expoſitione literali: Vita, miracula, et inuentio eiusdem. ındatio monaſterii Caſſinenſis: *Vrbani* Papae II. *Benedicti, Clementis* SS. Pontificum Bul- : anathematis contra eos, qui translationem S. *Benedicti* celebrant. *Alexandri* II. Bul- de inuentione SS. *Benedicti* et *Scholaſticae*: *Eugenii* IV. Bullae ordini S. Ioan. Rhodis tae, aliaeque plures Bullae. *Smaragdi* diadema. Conſtitutiones ſuper regulam S. *Bene- cti*. Deſignatio ſcriptorum ab huius codicis ſcriptore — qui *Georgius Sommeruelt* Mona- rii noſtri Monachus erat, et circa ſeculi XV. medium florebat — collectorum, aliaque ı opuſcula in praeſenti codice reperiuntur.

CXVI.

ɔeculum humanae Saluationis. II. Ars bene moriendi. III. Speculum peccatoris &c. in 4to. Codex Sec. XV.

Speculum *humanae ſaluationis* rithmice ſcriptum eſt. In fine legitur: *Finitus eſt liber ſub anno domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quarto in craſtino Beatiſſime virginis :therine.* Iſtud ſequuntur *Ars bene moriendi*: *Speculum peccatoris*: *Bernardi* contempla- de *paſſione Domini* &c.

CXVII.

Ioann. Trithemii Polygraphiae Libb. VI. in fol. Codex charteac. Sec. XVI.

Hoc opus maxime elègantiſſimis characteribus ſcriptum, eruditionem viri omni doctrina clariſſimi maxime commendat. Iſtud *Maximiliani* Imperatoris nomini inſcripſit. *Trithemius* hoc ingenii partu nobiliſſimo infinitos ſcribendi, animique noſtri arcana quavis fere lingua caute enunciandi modos miranda ſubtilitate accurate explicat. Prodiit vnacum clave ſuo anno 1518. et Coloniae 1571.

AD-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

I. Aeneae Siluii de electione loci pro futuro concilio oecumenico Epiſtola.

II. Iuliani Card. et Legati cedula in generali congregatione lecta.

III. Ioan. de Ragufio Legati Concilii Baſil. ad Graecorum Imperatorem relatio.

IV. Declaratio Concilii Baſil. contra exiſtentes in conciliabulo Ferrarienſi.

V. Friderici Rom. Regis ad Eugenium P. IV. literae.

VI. Eugenii IV. reſponſio.

VII. Cardinalium Senis congregatorum ad Rom. Regem literae.

VIII. Sigismundi Rom. Regis literae ad Concilium Baſileenſe.

IX. Concilii Baſil. literae ad vniuerſos Chriſti Fideles.

X. Eugenii IV. Bulla contra decretum Conſtantienſe ad Vniuerſitatem Pariſinam.

XI. Iuliani Card. et Legati literae ad Eugenium pro Bohemorum reconciliatione &c.

XII. Declaratio Vniuerſitatis Viennenſis ſuper materia Concilii ſuper conſultatione Archiepiſcopi Salisburgenſis.

XIII. Concluſio in dieta Francofordienſi.

XIV. Petitio Oratorum Rom. Regis concilio Baſil. porrecta.

XV. Concilii Baſil. reſponſio.

XVI. Reſponſio Ambaſiatoribus Rom. Regis Florentiae data.

XVII. Concluſiones erroneae ex iſta reſponſione excerptae.

XVIII. Cedula Eugenio Papae ab oratoribus Rom. Regis porrecta.

XIX. Concluſio Concilii Moguntini Achaffenburgi celebrati.

XX. Reſponſio nationis Germanicae ad cedulam, quae incipit: vt S. deliberationes &c.

I.

Aeneae Siluii de electione loci pro futuro concilio oecumenico ad Petrum ſuum epiſtola.

Eneas Siluius Petro ſuo ſalutem. Scio me tacitum increpas. quod tunc maxime ſcribendi conſuetudinem interrupi. cum eſſet precipue neceſſaria. Cumque ſcitu digniora ſic aprime grauia in concilio gererentur. Fateor enim anno hoc ex toto pene orbe ad concilium defluxiſſe nouitates. Nunc eaſdem ex concilio in vniuerſum decurrere. Sic eſt vt ayunt omnium rerum viciſſitudo. Sed feci vt pleriſque mos eſt qui menſtruas debentes pecunias conuertunt in animas. ſic quod diuiſim debuerunt ſummatim exſoluunt. Neque enim vt non ſcriberem tacui. ſed vt totum ſcriberem quia ſemper pendebat aliquid nocione digniſſimum. Nunc vero quod res eſt non vt puto extincta. ſed in dies aliquos ſopita Habebis ex me rerum ſeriem et moleſtias omnium patrum cognoſces De rebus namque conciliaribus non minus libenter ſcribo quam tu legis. Vellem tamen quociens forent et magis ex voto qualeſcunque tamen noſcende ſunt. Et quia non lete ac magne ſunt. eaſque malo ex me tibi notas fieri quam ex alio qui vel non totum vel non verum ſcriberet. ego rem omnem aperiam. et ne te verbis teneam. iam incipio.

Cum tranſferendum eſſet grecorum cauſa concilium aliumque oporteret locum eligere Auinio hoc modo obtinuit vt ſi rogati Greci renuerent ad Auinionem inuitarentur. Rurſus ſi ibi non poſſet eſſe concilium in Sabaudiam ducerentur Fuit et adiecta condicio. ſi tiremes paraſſent quatuor. ſi trecentos conduxiſſent artitenentes. Siue vt ayunt baliſtarios. ſi LXX aureorum millia infra menſem mutuo conceſſiſſent. Aut Auinionenſes aut eorum loco quicunque forent. ſed neque infra menſem ſolucio facta eſt vlla neque preparacio. Dixere igitur plurimi electionem expiraſſe eſſeque iterum eligendum. quod neque obtineri potuit neque ad deputaciones deduci. Quoniam tam gallici quam alii plures in ſentencia perſeuerabant. Neque diuelli ab Auinione poterant vexantes in dies et nunciis et literis Auinionenſes vt ſoluerent. Quibus omnino duris aut certe ad ſolucionem tardis. Vtile viſum eſt oratores mitti. qui ſopitos animos excitarent. et ad ſoluendum inducerent. Erant electi ad Greciam quatuor epiſcopi ex nacionibus quatuor. Lucicenſis orator imperatoris. Viſenſis regius Parmenſis Lauſanenſiſque ſolum conciliatores. Hos mittendos Auinionem dicebant vt ibi pecuniam reciperent. Et ingreſſi mare ad grecos nauigarent. Orta eſt ſubito inter patres de inſtructionibus diſcordia. Tum maxime ſuper decreto quod galli publicare volebant de facta electione. de impoſita clero decima. deque portu ad quem applicari greci deberent. Vidiſſes duas in concilio partes. hinc Gallicos cum paucis Germanis, Hiſpaniſque inde alios omnes. Interim Iohannes diſſipatus is conſul grecorum orator venit cuius oracio maiorem adiecit ſcrupulum. Repudiauit enim expreſſe Auinionem quod neque in decreto cum grecis edito contineretur. neque ape placeret. neque ad Sabaudiam grecos teneri dicebat. quia citra montes. Sed que ltra alpes eſt in Ytalia. quod territorium ducis Sabaudie in Ytalia ſitum dici. Sabaudiam

diam crediderunt. cum in decreto conſenſere. Hunc ſc. iohannem diſſipatum apud venecias dicebant Gallici. quod verum creditur. quod de re ignota non potuiſſet inſtructiones habere Ante enim ex conſtantinopoli conſtabat illum receſſiſſe quam Auinio eſſet electa. Ideoque nichil a propoſito partes declinauerunt. Sed iſti celerius mittendos. illi diligencius renitendos oratores putabant. agebantur dietim diſcordie. Fuiſſetque tunc aperta diuiſio. niſi medios ſeſe Yſpani. et nonnulli alii ad concordiam obtuliſſent. Quorum cura in hoc denique conuentum eſt. vt irent oratores Auinionem Et ſi infra dies XXX. pecunias haberent intimarentque legitime infra XII ſacro concilio. a die receſſus eorum ex Baſilea. tum ſubito decretum fieri deberet. ſuper electione loci. ſuper decimis. ſuperque facultate nominandi portum oratoribus data. continuarentque oratores ad Greciam iter, Si minus liberum eſſet ſacrum concilium. tenereturque alterius loci electionem facere. hocque auctoritate deputacionum. et nullo vnquam diſſenciente. approbatum eſt. Miſſi igitur extemplo ſubito oratores. quos licet ex fide geſſiſſe non dubitem. mandatum tamen preteriſſe non negauerim. ſed inordinate multitudini facile eſt illudere. apud quam ridiculum eſt quod in bonis ciuitatibus Capitale cenſetur. In egreſſu ciuitatis huius grecum oratorem vt ſecum irent ſunt hortati. Quo negante Auinionem celeri curſu petiuerunt. Conſumptio tamen apud Sabaudiam principem nonnullis diebus gratus fuit Auinionibus eorum acceſſus. Difficile tamen erat aurum inuenire et qui daturi erant ſecuritatem de reſtitucione volebant. Maximumque rei momentum eſt creditum. ſi decimarum exactionem per totam Galliam Rex Francie permitteret. Itum eſt ergo ad eum in monte Peſulano tunc exiſtentem. tantumque impetratum eſt quantum petitum. Interea et apoſtolici nuncii Auinionem applicant. ne pecunia tradatum precipiunt. quod neque greci neque papa in Auinionem conſenciant Monent ne vnius cardinalis quodam ſuaſu male percuſſi modo alterius ſuggeſtionibus deſolentur Neç defuerunt qui primum illum cardinalem ſancti Euſtachii ſecundum eſſe Arelatenſem interpretarentur. ingens vt accepi inter ciues diſcordia fuit quod parere aliqui ſummo pontifici volebant Aliis ſubueniendum eſſe concilio videbatur. Deliberant Auinionenſes mutuum facere ſed quod plerumque aſſolet maior pars minorem vicit. fierique omnino mutuum deliberatum eſt. Erat interim omnium fere opinio ſc. in Baſilea. Auinionenſes eſſe ſatisfacturos iterumque eligendum arbitrabantur. parabantque diuerſe partes. diuiſa vndique auxilia. Galeacius Mantuanus ad electores vſque imperii deſcendit. vt mitterent qui pape in concilio fauerent. Alii ad alios principes. Dux quoque Mediolanenſis magnum huc clericorum numerum feſtinabat mittere. ſed tardiuſcule aduenerunt. Venit et alius grecus orator. primo illi diſſipato per omnia conſenciens. Cumque iam finis inſtaret termini Tarentinus Archiepiſcopus affluit et ipſe a domino noſtro propter loci electionem. homo vt eloquencie non vulgaris. ſic animi conſtantis et intrepidi.

Auenionenſes autem lapſo iam termino cum oratoribus concilii certo modo conuenerunt eoſque in hac fere ſentencia iuſſerunt ad concilium ſcribere Securos ſe fore pecuniam ſibi dare a ciuibus quam primo per concilium mitteretur decretum electionis et decimarum Erat terminus certificandi concilium XII. dierum poſt XXX. qui ad ſolucionem dati erant. Venerunt igitur oratorum litere XI. Aprilis que dies vltima erat terminorum. Sequentique luce in generali congregacione ſunt lecte et fremere igitur tota congregatione et tanquam integra eſſet facta ſolucio geſtiere. fiendumque decretum acclamare quaſi omnes legati contra nichil amplius Auinionenſibus concedendum. qui tanto temporis ſpacio nichil egiſſent litteris oratorum non ſolucionem ſed oſtentacionem pecuniarum

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

ſtaturumque ſe de tota lite ipſorum iudicio. Quod eſt omnino ab aduerſa parte repudiatum. ſine timore fraudis. ſine fiducia iurium. Solutis deputacionibus poſt meridiem partes ſeorſum congregate ſunt. habitaque hincinde conſilia ſeparata.

Congregacio quoque generalis tum precipue faſtidioſa fuit. Eratque triſte ſpectaculum duaſque videre concluſiones fieri ſibi inuicem repugnantes. Erat Cardinali ſancte Sabine precluſa oracio. ſed vt eſt homo inter ſapientes tunc temporis prudentiſſimus. dicendi locum callide occupauit multaque raptim et furtiue quodammodo de ſuo iure diſſeruit. Tanta eſt humanarum mutacio rerum vanus ipſe multitudinis fauor. Non aliter olim ſua oracione moderare hoc concilium ſolebat quam Cycero quondam ſenatum. nec minus iſti ſuam eloquenciam. quam Athenienſes Demoſthenis mirabantur oracionem. Nunc loquenti omnes perſtrepunt. contempnuntque tacentem. Sed non idcirco minor virtus. nam et honorificentiſſime ab iis receptus eſt chriſtus qui mox eum necandum conclamarunt. Taceo de proteſtacionibus ea die aduerſus decimam factis.

Soluta congregacione particularia conſilia ſunt habita de modo ſeſſionis. vtraque parte deliberante. vtile pro ſuo iure cuique videbatur. Altare et ſe teneri. miſſamque a ſuis celebrari. quaſi eius partis ſeſſio diceretur. cuius fuiſſet altare. Galli pro maturando negocio tenendas ſummo mane deputaciones arbitrabantur. adituras decreto. Vt ſi infra certos dies Auinionenſes non ſoluerent. ex tunc Parma aut Wyenna eſſet electa. que prior ſatis feciſſet. Et nichilominus dicendam miſſam Cardinali Arelatenſi mandarunt. Parabatur vtrinque horribile monſtrum facinuſque. neque viſum ante neque auditum vnquam. promulgacio duorum decretorum inter ſe penitus diuerſorum. Quid de decretis ploro. Accingebantur vnum ad altare duo ſacerdotes celebraturi. cathedramque ſibi vterque parat. Venit infanda dies verius dicam ſancta. neque enim ſcelus admitti ſuſtinuit. Petunt Galli ſtatim deputaciones ad ſeſſionem. e veſtigio redituri. occupare interim legati locum. Iamque Tarentinus miſſe accinctus erat. Tempus admonet. vt principes parcium tibi deſcribam. ne quo ſe iudice quiſque tueatur ignores. Cardinalis S. Petri omnium quos vnquam noui rectiſſimus primus in parte legatorum habetur. Poſt Cardinalis ſancte Sabine quem vulgo ſancti Angeli appellant vir non minus induſtrius. quam conſtans. Huic ſuccedit Tarentinus poſt Dignenſis plus animi habens quam eloquencie. Mox Portugalenſis regis ſiri orator. Ludwicus quoque Romanus prothonotarius. iuris conſultorum memoroſiſſimus. cum eiſdem ſentit. huc et Tiburtinus epiſcopus et Boſanus. Et neſcio qui Theotones accedunt. precipue tamen induſtrie inter Alamannos Nicolaus de Cuza cenſetur. homo in omni genere litterarum tritus. Ambaſiatores eciam electorum imperii eadem ſapiunt. Colonienſis tamen nullarum parcium. Theutonici quoque Abbates in parte ſunt legatorum. In alia parte princeps eſt Arelatenſis Cardinalis. homo et famis et laboris pacientiſſimus. et illa preſertim laude commendandus quod nemo minus eo iniurias ſenciat. Hinc duo patriarche Antiochenus alter Aquilegenſis extremo ſenio vterque confectus Archiepiſcopus deinde Lugdunenſis ſequitur. qui vt parum videt. ſic multum intelligit. Mox Archiepiſcopus panormitanus. iam non modicus ſed partis ſue facile princeps. et quem potiſſime Galli ſecuti ſunt. Namque vt eſt vtriſque iuris ſciencia preditus. ſic et conſilio plurimum creditus eſt callere. Inde Albiganenſis epiſcopus. multarum rerum exercitacione prudentiſſimus. Sed quid tibi omnes enumerem. illud tibi perſuaſum volo Longe plus hinc prelatorum eſſe probitatis. vero vnde ſic plurimum. Alia racio eſt. Theologorum maior pars ad Legatos defecit. Non tamen ideo plus illic crediderim eſſe fidei. Sunt enim plerumque mendicantes. vellentque aliqui manducantes

fieri.

eri. Ac ſi meam petis ſentenciam. pauciſſimos ex vtraque parte numerarem. quos cre-
am ſola moueri iuſticia. Multum tamen non apud me ſolum. ſed apud totum concilium
uctoritatis habet Iohannes de Segobia. qui quamuis adheret legatis nullam tamen ex to-
probat opinionem. Oratores regis Caſtelle et ipſi quoque viri conſultiſſimi nullarum
rcium ſunt habiti enixeque pro concordia ſemper laborauere. Archiepiſcopum medio-
nenſem dum iſta geruntur valitudo retraxit. quod et parti ſue non parum nocuit. Nam-
ue vt eſt oculatus. et vigilantiſſimus pater. ſic ſuis et re et conſilio profuiſſet. Papien-
m quoque ideo dicunt nulli obfuiſſe. quod hinc metus. hinc vrgeret conſciencia. Sed
t pretereamus plebem hiis fere adiumentis. vtraque pars in prelium deſcendebat. Iam-
ue legati ſacram ſedem tenebant. Gallici in deputacionibus confluxerant. quibus vt re-
tum eſt Tarentinum ad miſſam parari ſolute ſunt deputaciones factusque eſt ad tempo-
a concurſus. clamores ad celum elati. ſermonesque iam non prelatorum ſed viliſſime
lebis vociferaciones audiebantur preſſusque erat viro vir et quia manus preſſura impe-
iebat pectoribus. ſeſeque vrgebant maledictis vndique certamen erat. neque digitum ori
o quiſquam impoſuit. obiciebatur vtrumque ſciſſure crimen vultuſque ille horrendi
elli videbatur. Neque transacta ſine ſanguine res fuiſſet. niſi ciues in medium defluxiſ-
nt partesque comminacionibus retraxiſſent. Ridiculum prorſus vt qui daturi orbi pacem
onuenerant. hiis ea opus ſit Et qui dare concordiam laycis. ſeſe iactant a laycis. illam
xpectant. Ducti ergo primores parcium in domum Concenſis epiſcopi. eſt enim edi ma-
ime valde propinqua. Stabat Tarentinus ſua in ſede non intrepidus modo ſed immobi-
s tanquam non virorum ſed puerorum illum eſſe tumultum exiſtimaret. ſiue quod ma-
no eſſet et admirando animo fretus ſiue quod iure ſuo maxime confideret obiurganteſ-
ue et minas quodammodo inferentes. paciencia magis vicit quam contencione. Sed hor-
ntibus ciuibus et legatis ſuadentibus. ipſe quoque ceſſit. et cum aliis apud Concenſem
it. Ibi multa ex iracundia dicta. vt in abſentem quoque papam nonnulli inuecti ſunt
t indigna relatu expuerint. Neque locus ibi erat pacis ſed augende magis diſcordie. Sa-
ius igitur viſum eſt quam paucos ex ambabus partibus eligi. qui apud predicatores tam
yſpanos quam theutones audirent. Si quid haberent ad pacem inuenti. Creditum eſt
pud predicatores facilius inueniri concordiam ſiue quod ab inicio concilii generalis con-
regacio quieta fuerit ſiue quod nondum tangencia naciones tractata ſunt negocia ſiue
uod ignotum aliquod ibi inhabitauit numen pacis et concordie cuſtos. Cum igitur apud
inores ſe antea et fruſtra de pace actum eſſet. domicilium modo predicancium patres
petebant. Si exulantem forſitan ibidem reperirent pacem Sed neque plus a beato Do-
inico quam a diuo Franciſco eſt impetratum Sed namque diebus queſita ibi pax eſt in-
enta nunquam opinioni ſue vtriſque nimirum forſitan inherentibus.

Durum fortaſſe tibi videtur ſolos legatos cum paucis aduerſus reliquam partem con-
lii congredi. Sed audi breuiter qua ſe quiſque racione tuetur. Dicunt legati partes duas
concilio fuiſſe diſſidentes. conueniſſeque ambas vt non Auinionenſes ſoluiſſent. nous
ſſet prout ſupra tetigimus omnino fienda electio non ſoluiſſe Auinionenſes requiſitas par-
es eligere ſe iuxta conuencionem elegiſſe. noluiſſe alios remanſiſſe in eis. quamuis pau-
is ius eligendi. quod ſine conſenſu ſuo conuencio cum eis facta diſſolui non potuit. nec
e partem minorem videri volunt. tametſi pauciores fuerint. minoritatem enim ac maio-
itatem non ex numero perſonarum cenſeri ſed ex meritis et dignitate Contendunt ſe-
um eſſe Cardinales. oratoreſque principum et quod magis eſt papam. quorum voces ne-
uaquam fas ſit. cum priuati cuiuſque hominis ſuffragio ex equo pensari. Nam et papam

ab eo ſecunda ipſum poſt medium noctis iſſe cubatum. aſſurrexiſſe tercia. Nec michi eſt veriſimile in tanta rerum agitacione ſompnum fuiſſe ſuum. ſed quandam ſompnii nebulam. quo magis magiſque miror tanta fuiſſe eum paciencia vt hominis non minus octo onuſtam gemmis. atque auro mitram recta ceruice geſtare potuerit vt inter viros heroicos. hoc precipue facto ſit numerandus. Sed verum eſt quod vulgo dicitur. nichil eſſe amanti difficile. Cupiebant enim fieri decretum. Aderant igitur ambe partes nec inter celebrandum de pace omiſſum eſt. Sed vbi vani tractatus viſi ſunt. vtraque pars mitras et alia ornamenta tamquam ſeſſionem facturam ſuſcepit. Quaſi videns duos exercitus inuicem pugnaturos arma induere. Quibus inſtructis nichil dubites. prelium eſſe futurum. Neque defuerunt qui ex vtraque parte amare flerent michique non videtur chriſtiano cenſendus nomine qui ea die non indoluit. Multus tamen in ore ſingulorum pallor apparuit quod tantum inuiti omnes ſpectabant ſcelus. Ideoque placitum eſt aliquantulum de pace repetere ſi qua res animos immutaſſet. Vocatiſque primoribus poſt altare ſicuti erant ornamentis induti vſque ad horam poſt meridiem primam. de concordia cogitatum eſt. expectante ieiuna multitudine. interdum ſperante pacem interdum prelium expaueſcente. Iamque in vnam ſententiam conſonatum erat. vt publicaretur pro Auinione decretum ſi quo tamen caſu noua eſſet opus electione. Ex tunc Bononia electa in manu duorum ponenda quorum alterum papam alterum concilium nominaret. Quando autem noua opus electione intelligendum eſſet duorum declaracioni commiſſum erat pro parte legatorum Cardinali S. Petri pro alia parte Cardinali Arelatenſi nec reſtabat niſi publicacio. Cumque ſubito alius iniectus eſt ſcrupulus. Neque enim duobus hiis Cardinalibus voluere Galli acquieſcere. ſed loco Cardinalis S. Petri decanum Lubicenſem loco Arelatenſis Archidyaconum Metenſem nominabant. Que res omnem concordiam vertit. vicinamque quaſi paci nec plus duobus tribusue remotam digitis omnino excluſit. Rurſusque ad confeſſum patres rediere. Expalluit tota concio. nec tamen facinus letis quiſque oculis intuebatur. fluebant ſponte lacrime et a ſuſpiriis abſtinuit nemo. Mira profecto res. vt inuitis auctoribus tantum malum perpetratum ſit. Duo illa die michi monſtri ſimilia viſa ſunt. Vidi eſſe armatam multitudinem in qua nemo fuit qui commaculare ſacerdotali ſanguine manus non cuperet. Sed quod voluerunt ſinguli non placuit vniuerſis. Inter prelatos rurſus nemo erat qui contrarias approbaret decertaciones quod tamen diplicuit ſingulis. fecerunt vniuerſi. Quis non hoc monſtrum dicat vt volentes illi non faciant iſti vero nolentes faciant. Cum eſſet vtriſque voluntati non aduerſa poteſtas. implorauerunt ergo vtrinque ſpiritum ſanctum maioribus fletibus quam cantibus. De cuius aduentu eſt a pluribus dubitatum. qui diuinam illam mentem excellentiſſimamque maieſtatem ſola eſtimant concordia gaudere. Finitis vero de more oracionibus ad decretorum ventum eſt promulgacionem. Inde Albiganenſis in loco alto atque eminenti et legentibus deſtinato decretum ſuum inchoauit. Hinc Portugalenſis ſuum. impediebat alter alterum. nec vllus erat concurrencium inter ſe vocum intellectus. prius tamen Portugalenſis finiuit. qui longe breuius decretum habuit quod et ſui approbarunt. Sic enim ympnum ex conſuetudine cecinerunt. Paulo poſt et Albiganenſis peregit. cuius eciam approbata eſt lectio et cantibus excepta. ympnusque ille Te deum laudamus per ora omnium inſonabat tanquam ſacrificium deo aliquod acceptiſſimum conſummaſſent. Verum illud pre ceteris mea ſententia admiratu videtur dignum. Vidi enim alios plures de malo ſuo ignorantes ridere et alacres. fama eſt in morte concinnere ſed vberius cantare aliquid lacrimis michi antehac penitus erat inuiſum; quod iſta ſeſſio nunc oſtendit. Hic enim cantus aſpexi eorum lacri-

mis

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

vos deflectentes cogitaretis in pace et vnitate ea ſancta opera conſumere. Ob que hoc in loco conueniſſe toti mundo profeſſi eſtis. Multa quidem honeſta ac racionabilia concordie media obtulimus que ſi accepta extitiſſent. cum magna gloria et honore veſtro. cum ſumma denique tocius populi chriſtiani leticia eſſemus conſumacioni ipſorum ſanctorum operum viciniores. Sed vſque nunc permiſit dominus maiores in dies oriri agitaciones vt forſitan intuentes ac proxime noſtre ruine periculum. ad ipſam pacem neceſſitate nos inſtruente tandem libencius flectemur. Decreui ego cum tocies apud vos incaſſum de concordia verbum fecerim mihi ipſi ſilencium indicerem ne forte vel inprudencia vel peccatis obſiſtentibus dum perſuadere ac proficere loquendo enitor. diſſuaderem ac officerem magis. Sed profecto ardens ad fidem Chriſti et eccleſie pacem caritas non patitur in me diuturnum ſilencium. vim tamen quandam infert vt inportunus fiam. Et iterum atque iterum preces ac moniciones repetam nichilque in tanto diſcrimine relinquam intenptatum hoc preſertim tempore cum talis ſe occaſio prebeat. Quam ſi bene conſideremus caritatis chriſti memores facile ad pacem ipſam inclinabimur.

Ecce proxime ex Conſtantinopoli nunciatum eſt dominos Imperatorem Grecorum et Patriarcham Conſtantinopolitanum ad nauigium ſe attingerent et infra paucos dies deſcenderent. ad venetorum portum veniunt vt fide digni referunt optimum ad vnionem habentes animum. Et ita diſpoſiti vt admodum veriſimile ſit ſine vnione cum eccleſia noſtra in patria non reuerſuros. Opus iſtud quam ſanctum ſit ac deo gratum et eccleſie vtile vos ipſos interrogo qui veſtris indulgenciarum literis totum orbem excitantes hiis verbis vtimini. Nos animaduertentes quantus dei honor et profectus eccleſie quanta exaltacio fidei orthodoxe quantum incrementum nomini chriſtiano quot millium animarum ſalus quantaque vtilitas et innumerabilia populo chriſtiano hinc forent profutura. non ſolum impenſas ſed et perſonas proprias fore exponendas dignum iudicamus.

Quid item in decreto primo cum grecis conuento ex viſceribus pietatis locuti ſitis audire non pigeat. non aliena ſed veſtra duntaxat verba in quibus tunc omnes gloriabamur. Repeto. hec illa ſunt. Quid enim eccleſie catholice glorioſius contingere vnquam poſſet. quam quod orientales populi qui numero hominum ab hiis qui noſtre fidei ſunt non multum diſtare videntur in eadem nobiſcum fidei vnitate coniungantur. Quid vtilius ac quid fructuoſius ab exordio naſcentis eccleſie populus chriſtianus vidit ac audiuit quam quod tam diuturnum pernicioſumque ſciſma penitus extirpetur. Vnde et aliam reipublice chriſtiane deo propicio vtilitatem accreſcere confidimus ex hac enim vnione cum facta fuerit plurimos ex nephanda machometi ſecta ad fidem catholicam conuerti ſperandum eſt. Quid igitur pro tam piis et ſalutaribus rebus per chriſti fideles temptandum faciendumque non eſſet. Quis catholicus pro tanto nominis chriſtiani et orthodoxe fidei incremento non modo caducam huius mundi ſubſtanciam ſed et corpus et animam exponere non deberet. Hec verba veſtra ſunt cum tanto caritatis igne eo tempore promulgata. Hiis ergo veſtris verbis vos ipſos reconuenio patres ac fratres ſi ex corde illa dicebatis ſi in veritate et propter chriſtum non autem ad humanam gloriam talia loquamini. Ecce nunc cum eodem feruore illa ipſa magnifica et glorioſa verba exequamini. et per rei euidenciam oſtendite illa ex animo proceſſiſſe rem ipſam quam ſermonibus commendaſtis implete. ymmo quam miro fauore piissimus deus vſque fere ad hoſtium execuciones conduxit. Non reiciatis illum ardorem ac vehemenciam ſpiritus quibus hec incepiſtis. Nunc execucionem depoſco illam exultacionem. illas graciarum actiones. ac leticie Canticum. Te deum laudamus. illum campanarum amenum ſonitum. Cum dominus hain-

hainricus Menger orator veſter de Conſtantinopoli reuertetur. Illam denique menſtruam proceſſionem pro felici huius rei exitu indictam. Hec omnia tunc in execucionis tempore patres commemoro et ciuibus veſtris inculco. Si audiuit dominus preces veſtras iam greci ſunt in portu vel appropinquant. Iam in manibus veſtris eſt orientalis eccleſia. tam diu deſiderata vnio. Quid differtis quid occaſionem neſcio quam aliqui querunt. Cur quoſdam ex vobis iam video triſtes. Memineritis queſo ſuauium verborum illorum que in prohemio decreti indulgenciarum pro tanta pronunciaſtis caritate videlicet Vox illa iocunditatis et leticie olym de celo lapſa nunc per os huius ſancte ſynodi auribus populi chriſtiani inſonat dicens. Conſolamini conſolamini populе meus. Ecce populе dei adeſt tibi annus iubileus annus generalis vnionis eccleſie. Conſolacionem et iubileum que aliis prenunciabitis nunc in vobis ipſis ſuſcipite. et ita agite vt conſumacioni que nunc eſt in foribus non impedimento. ſed adiumento ſitis agricole. Et ſi per integrum annum in excolendo predio inortus recondat. quid multa opus eſt me defatigem exhortacione. verba illa veſtra tanto ardore flagrant caritatis tantamque deſiderii flammam preſeferunt. et uſque adeo ignita ſunt vt non corda nobis in lapides mutata ſint quī letargum paciamur. excitemur. et ad ipſam execucionem ſine mora accingamur neceſſe eſt.

Scriptum eſt Reuerendiſſimi patres. Seruus ſciens voluntatem domini ſui et non faciens. illum vapulabit multis plagis. Voluntas domini hec eſt. vt bonus paſtor ponat animam ſuam pro ouibus ſuis. et ſicut ipſe pro nobis animam ſuam poſuit. ita et nos pro fratribus noſtris ponere debemus. ymmo et voluntatem domini hanc eſſe ipſe dominus inſinuat vt nonaginta nouem oues propter vnam ſolam relinquat paſtor et illam vbique perquirat vſque repertam ad ouile ſuper humeros reducat. Quod ſi pro vnius ouicule ſalute tanta bono paſtori cura eſt quodſi ex centum ouibus quadraginta ac quinquaginta querende eſſent quanto tunc diligencius relictis ceteris illa inueſtigaret. Quante vero regiones et prouincie non dicam vrbes ac homines orientalium parcium diu ab eccleſia noſtra diuiſe manſerunt vos ipſi teſtimonium ſupra perhibuiſtis dum inter vos et eos paruam numeri aſſeritis differenciam. Ecce clementiſſimus deus quod votis ſet oracionibus poſtulauimus iam ad noſtrum conduxit donum. Nam ipſi greci et maiores ipſorum mare noſtrum nauigantes. nobis appropinquant. Procedamus igitur alacriter ipſis obuiam ſicut quondam pater ille dum filium ſuum inopem redeuntem a longe aſpexiſſet. non ſpectanit vt vſque ad ſe pergeret ſed occurrit. et cadens ſupra collum eius et oſculatus eſt eum. Et nos pro tanta fratrum noſtrorum multitudine ad nos venientium Et ſi aliter fieri non poteſt eciam hinc ſurgamus et occurramus illis. eos iocundis oſculis et amplexibus ſuſcipientes. et ſicut pater quem hic memoriam vere piiſſimi chriſti noſtri figuram gerens. propter rancorem maioris fratris recepcionem filii non dimiſit. Ita et nos ſi forte cum aliqua perſona quacunque ex cauſa diſcordiam habeamus. hoc ad ſuſcepcionem fratrum noſtrorum nullum nobis afferat impedimentum. ymmo et quemadmodum ille minorem filium ſuſcepit maioremque pacauit. Ita et nos vno eodemque tempore propter chriſtum et eccleſiam grate occurramus grecis tam procul venientibus et alios noſtros pacificemus. Concordemus vt omnes ſimul in eadem eccleſie domo vitulum ſaginatum epuemur conſolemur cum ſymphonia et leticia. Quodſi propter noſtras domeſticas diſcordias Reuerendiſſimi patres tantum bonum quod fere maius cogitari nequit. diſſipari quod deus auertat contigerit qualis luctus erit tocius eccleſie quanta deſolacio chriſtianitatis quanta exultacio turcorum et infidelium qualis infamia aput homines. et que aput deum nos manebit condempnacio. Si ſcandalizauit vnum de puſillis eccleſie comminatur dominus expedire

pedire vt mola aſinaria ſuſpendatur ad collum ſuum et mergatur in profundum. Quod putandum eſt fiet nobis ſi tot millia ſcandalizemus fratrum nobiſcum vniri conueniencium. Quare ſi vniuerſum ſcandalizemus populum chriſtianum quem paulo ante predicacionibus. ſermonibus. indulgenciis ad cooperandum huic ſancte vnioni inuitabamus et ad leticiam prouocabamus dicentes Conſolamini conſolamini populo meus. Si dicet aliquis veniant Baſileam Auinionem vel Sabaudiam alioquin inpediamus pocius quam alibi fieret reductio.

O perditum et deſperatum hominem qui talia non modo dixerit ſed vel leuiter cogitauerit. Poteſtne in mentem cuiuspiam chriſtiani cadere execrabile verbum hoc. Anne bonum ſe arbitrabitur chriſtianum qui tot gencium et populorum vnionem fieri nolit niſi in certo fiat loco. Nunquid paſtor ille euangelicus qui nonaginta nouem reliquit oues dixit. volo ouem illam centeſimam nec in hoc loco vel in illo loco perquirere. Et niſi eam ibi non reperero alibi non queram. Num mulier que dragmam perdidit querere ipſa contenta fuit tantum in vno domus angulo. nonne accendit lucernam et totam euerrit domum. Sed tu quicunque es dices ad verba illa memorata decreti. primo conuenti cum grecis videlicet deputati ſacri concilii cognoſcentes ſanctam et perfectam ipſius celi intencionem. Que eſt vt pro honore dei et profectu fidei catholice. Nullis parcatur laboribus et expenſis. iudicarunt non expedire. vt propter locum duntaxat tantum bonum negligeretur. Fiat concedo omnis diligencia. vt veniant quecunque optatis. ſed ſi obtineri nequeant. queramus eos in fines mundi. ſi neceſſe ſit in quo enim loco et in qua re ſanctius et vtilius laborare ac peregrinari poſſimus. neque apoſtoli Indiam ethiopiam ac extrema expauerunt loca penetrare occidentis et orientis vt animas chriſto lucrifacerent. Qui et ipſe de celo deſcendit peregrinatus eſt in terris et formam ſerui accipiens vſque ad mortem crucis progreſſus eſt vt nos ſaluos faceret. Et quamquam ad hoc quod de loco dicitur multa tam per grecos quam per alios dici poſſent. que ſepe numero hec audita ſunt. In quibus interdum publica diſputacio oblata eſt. et nunc ſi expediret offerretur nichilominus. quia verbores contenciones animos plerumque irritant id conſulcius preter-euntes. ſolum de pace et concordia fraterne colloquamur.

Obiciet forte alter aduerſus eos tranſibimus. cum in noſtras non aſcenderunt galeas. Quid queſo vocabula iſta noſtrum ac veſtrum in medium afferuntur. Nonne galee ſummi pontificis galee eccleſie ſunt. ſi eccleſie cur non noſtre. Preterea quis hominum filium ſuum aput hoſtes captiuum. ſi ad eum redimendum pecunias atque equum mittat. et ille alienis pecuniis redimatur. alienoque equo reuertatur ad patrem. num deſideratum ac diu queſitum filium bona repudiabit pater. quia alienis pecuniis alienoque equo poſtremo reductum videt.

Intellexiſtis patres quod bona et promouere et impedire facile poteſtis. Caueamus ne ſuper memorate ſentencie diuine rei ſimus dicentes Seruus ſciens voluntatem domini ſui et non faciens illam vapulabit multis plagis. ſed quantum datur intelligi ex hoc grecorum vnio. Ex diſſidio inter ſummum pontificem et vos ſuſcitato inpediri poteſt. Cogitemus eciam et quomodo hoc ſedare valeamus. vt ſimul conſeruemus vnitatem eccleſie noſtre et vnionem perficiamus eccleſie orientalis. Eſt vt ſcitis voluntas dei maxima et precipua vt ſuper omnia caritatem pacemque et vnitatem homines inter ſe cuſtodiant. ita quidem vt nec oraciones nec elemoſine deo grate ſint. ſicut illorum qui aduerſus fratres aliquid rancoris habent et eis non reconciliantur. Poſſum ſi volo geſta. dicta ac litteras veſtras vbique diffuſas ad huiusmodi pacis perſuaſionem adducere. Vos profeſſi eſtis

pro

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

enim bello corrupti mores emẽndari valent qui in pace corriguntur. vix ac difficiliter ymmo virtutes omnes quas genuerat pax diſcordia ipſa corrumpit. Diuiſa enim republica perire penitus ac collabi inſpicimus omnem legum reuerenciam morumque diſciplinam. Cernere enim tunc omnia ſceleſta deformia obſcena ac viciorum monſtra que vſque nunc latuerunt prorumpere audacter in publicum: Audebunt ſine cenſore et correctore facinora patrantes omnia. Quis audebit flagicioſum aliquem corrigere quem metuerit ad partem aliam fieri tranſfugam. ambicioſi et ſedicioſi. tunc omnia poſſidebunt. Nam ſi qui pauci tunc reperientur boni. a tot malis abhorrentes fugientes et liteſcerent et ſolis inprobis aula patebit. Quid ex hiis omnibus dicet mundus. Heccine inquiet eſt illud Conſolamini conſolamini populo meus. quod annunciabas nobis. O Baſilienſe concilium iſtane eſt illa duplex leticia et ille annus iubileus et ille annus generalis vnionis eccleſie. Omnia hec in contrarium vertet et dicet ymmo contriſtari et iterum contriſtari oportet. Nam duplicem habemus merorem pro vnione grecorum perdita et vnitate noſtra dirupta. Iſte non iubileus ſed luctuoſus eſt annus. modo non generalis vnionis ſed diuiſionis. Et inuitabas me dicet eccleſia vt depoſitis lugubribus. ſumerem indumenta leticie. ymmo pro hiis innumeris que video malis multo quam prius lugubriora accipere oportebat. Ecce quales ex hoc diſſidio carpemus fructus. pauca dixi. et quia de auditu de futuro leuia videntur et multis forte non credibilia. Ait dicemus ſi quod deus auertat experiri contingat. Vtinam ſim falſus vates. audio ſapientes idipſum dicere et timere ſi ſciſma fiat quod deus pro ſua pietate auertat reliquis ſciſmatibus que hactenus paſſa eſt eccleſia hoc longe futurum videtur pernicioſius. Nemo dicat nunquam talia permittat deus inquit Ego cogito cogitaciones pacis et non afflictionis. Si proſperari volumus eadem que deus et nos cogitemus. Nam qui noluerit benedictionem elongabitur ab eo ſed dicunt faciamus debitum noſtrum deus non derelinquet nos. Quod putas bonum facere. Sed debitum eſt reconciliari prius fratri ſuo alioquin non eſt acceptum deo niſi quoque conſulte et mature preuiſa fuerint omnia que accidere poſſunt et ſolent. Temptare eſt deum magis quam confidere.

Sed dicet ſi fiat ſciſma et alius Pontifex. conuocabitur aliud concilium et ibi remedium dabitur iuxta decretum Frequens. bono circumſpono percutimur et vulneremur inuicem et poſtea ibimus ad medicum. Quodſi pereat vulneratus antequam veniat medicus. qui ſi poſteaquam venerit plaga facta fuerit incurabilis. quomodo conſulte ex ea re ſperatum remedium ex qua facta eſt leſio Cur non nunc idipſum dicimus ac facimus. quod in illud differimus tempus. Dicunt quidem per nos non remanet pax. ſi ſic agamus. Ergo vt inquit apoſtolus. pacem cum omnibus quantum in nobis eſt habentes. Niſi vero omnia pacis media per vos aut alios oblata qui ſpeciem habent honeſtatis experimur. videri non poſſumus. quantum in nobis eſt facere.

Sed et alius obicit paciemurne violari decreta noſtra. contempni auctoritatem concilii. non ſeruari pollicitaciones in adheſione ſummi pontificis factas per multa huiuſmodi. Sed reuerendiſſimi patres per hos qui incepti ſunt proceſſus hiis omnibus prouideretur eſſet forſitan tolerandum. Sed quemadmodum ſupra dictum eſt. ſed hec omnia per diſſidium emendantur. ſed deteriora fiant. Exigit prouidencia vt aliud adhibeamus remedium. per hoc ſi hec que cupimus aſſequi in pace valeamus. Quid nos pugnare et aliis dare pugne cauſam. quid nos et totam eccleſiam tantis ſubicere periculis opus eſt.

Sed dicet alter. Ergo nunquam fiet reformacio nunquam fiet iuſticia ſemper enim ſimilis obicietur ſciſmatis motus. Sed dico diſtinguenda eſſe tempora et omnia cum prouiden-

uidencia et moderamine facienda. Nequod fit ad tollendum malum aliud inducat maius Canonum ac doctorum vna est sentencia et racio naturalis id suadet. Vbi timor est scismatis vbi maiora timentur scandala a correpcione et execucione iusticie abstinendum. Quid autem ad hec dicat summus pontifex.

Sepe audistis qualiter pro pace et caritate nobiscum habenda destinauerit hinc duos reuerendissimos dominos Cardinales legatos S. Crucis et S. petri quante integritatis et sanctimonie hii sint orbis noscit totus. per quos ait obtulisse obseruanciam decretorum de electionibus et annatis de quibus tunc agebatur potissime petebat. vt que pro necessaria sedis apostolice aliarumque sedium sustentacione. Synodus pollicita fuerat et equitati consentanea erant per vos implerentur alia eciam omnia per eosdem obtulisse Dicit que huiusmodi vtilitati que huius concilii ac suppositorum eius conducerent et presertim omnem sustantiam et facultatem ecclesie Romane exponere. vt negocium grecorum iuxta promissionem vestram feliciter consumari posset. Hiis adicit quod ad reformacionem per suas litteras nos aliquando exhortatus fuerit. primumque se esse qui in quibus necessarium est reformari cupiat omnes. que aufferri abusus. saluis rectis et licitis vsibus a sanctis patribus traditis et obseruatis salua eciam sedis apostolice auctoritate quam dolet nimium contempni. Conqueritur enim quod que summi pontifices soli exercere solebant. ymmo que defunctis pontificibus concilia non tangebant sed reseruabant successoribus hinc passim et sine delectu tanquam auctoritas papalis in ecclesia non esset expediuntur. Et quantum ad obseruanciam decretorum nostrorum attinet. asserit nusquam minus quam hic vbi facta sunt ipsa decreta seruari. nec in aliquo loco ita sepe violari. sicut in propria officina. Quod ait nos dicimus de sentenciis nostris id idem dicit ipse et amplius de sentenciis in curia legitima latis que hic passim in dubium reuocantur. idipsum quod de violacione promissionis in adhesione facte conquerimus. conqueritur ipse de non seruatis quibusdam promissionibus synodalibus sibi factis. Quid multa et nos de ipso et ipse de nobis vicissim graues agimus querelas. Et quidquid nos in eo culpamus ac redarguimus. idem in nos ipse retorquet. Et si hec per epistolas tractatus libellos allegaciones disceptanda sunt. et nobis et sibi non deerit. aduocatorum. oratorum. declamatorum copia qui pro facilitate ingenii possint se inuicem confutare et audientibus multa suadere. Quid enim aliud agimus nisi dum quilibet partem suam iustificare contendit. alia tu[illegible]ter denigrat. dehonestat decolorat. Et sic hincinde verenda nostra falsa res an vera deus scit. in derisum et subsannacionem nostram detegimus et nos toti mundo facimus contemptibiles. Et iam istis concertacionibus ad hoc ventum est quod gladium e vagina vtraque pars eduxit. non supereſt nisi vibretur et infligatur vulnus. quod vt videre est non pedes non manus sed primo ictu ipsum transfiget cor. ve nobis. ve sibi. si ad tantum prolabimur demencie. ve clero. ve ecclesie. si gladium mox in vaginam iuxta sentenciam saluatoris non reponimus. Cur ergo ante illam vulnera. O magistri et preceptores ecclesie. O persuasores pacis in populo cristiano de pace non cogitamus. quando quidem hiis penalibus et diffamatoribus processibus. non ad intentum reformacionis non ad conseruacionem autoritatis seu decretorum concilii. Sed palam ad excidium deuenitur ecclesie.

Vsque nunc feruore caritatis accensus vestre reuerencie paternitates ad pacem cum summo pontifice exhortatus sum. ex qua salus pendet ecclesie. Hec eadem erga ipsum summum pontificem dicta esse intelligo. Vtrique enim incumbit pacem cogitare ac querere. Et tam ipse quam nos apud deum et homines cum verba vtriusque diximus. rei eritis si pacem recusetis. Video si vultis dei munere viam facilimam iam fore apertam.

quia inuicem pacem habere grecos venire reliqua tria perficere fancta opera et totam demum chriſtianitatem conſolari poteritis.

Pridem Sereniſſimus imperator Romanorum ſuis nuncianit oratoribus. ſummum pontificem cauſam controuerſiarum cum veſtris paternitatibus hunc velle ſuam imperialem maieſtatem iudicem et arbitrum facere. ſi paternitati veſtre id ipſum agere decreuerint ſicut certe tenentur. Pax dici poteſt iam facta. Quod ſi ſummus pontifex hoc egit ves multo magis facere debere exiſtimat vnus quiſque. Si probacio amoris exhibicio operis. procul dubio plurima dedit ipſe dominus inpar ſue affectionis in vos teſtimonia. Scimus omnes quanta fecerit quodque ſe ſubmiſerit laboribus ac periculis. vt vos protegeret et conſilium fundaret. ſtabiliret et augeret. Nemo mortalium eſt cui eque vt ſibi honor ac profectus veſter ſit cordi. Et cum hec omnia propter reformacionem facere dicatis nullus eſt qui tam preſens quam abſens litteris ac nunciis magis quam ipſe ſollicitauerit ad reformacionem. Quid autem non quaſi homo. ſi velut angelus domini egerit pro extinguendo illo inueterato ſciſmate. quod tandem opera potiſſime ſua Conſtancie deletum eſt. Plerique noſtrum eo tempore viderunt. et totus mundus cum ſumma leticia. et eius laude admirans commemorat. Cum ergo iam nobis affectam propiciumque ac fauorabilem ſe dederit dictus princeps. ſine longiori deliberacione vno ore vnoque animo ipſum in arbitrum et deriſorem harum peſtiferarum litium acclamemus. quod niſi fecerimus per nos neglecta eſſe eccleſie pax iudicabitur et nobis tota adſcribetur culpa. Agite inquit o patres ne omittatis amplecti cum graciarum accione munus hoc quod diuina miſeracio in hac rerum turbulencia largiri dignatus eſt. Et quanquam expedicior via iſta ſit nichilominus more periti mediei qui vni morbo plures preuidet medicinas. aperiatur et alia. Multi enim fortaſſe audire cuperent prius pacis condiciones. Monitorium veſtrum grauat papam. pape tranſlacio turbat vos. tranſlacionem dicit ipſe feciſſe propter monitorium. vos autem monitorium propter non obſeruanciam decretorum. Tollantur pariter monitorium et tranſlacio. et ſummus pontifex certificet vos modis conuenientibus de obſeruandis decretis que talia fiant vt et ſimul reformacioni et honori ſedis apoſtolice prouideant. Ecce cum pace et honore veſtro habetis quod optatis quod quidem per contencionem conſequi poteſtis nunquam. Et cum per hunc modum noſtro deſiderio ſatiſſieri videamus. Cur nos et eccleſiam tanto ſubicimus diſcrimini. Et quoniam iam greci ſunt in foribus. ne tam diuinum periclitetur opus mox pergant ad portum aliqui preſtanciores ex vobis. qui ipſis grecis omni conatu ſuadeant vt huc vel Auinionem aut Sabaudiam proficiſcantur. Fiat hoc exacta et extrema diligencia. Si non obtineri poteſt in nomine domini contentemur omnes et illuc accedamus. Si vero adhibita omni cura fieri nequeat cum eis de alio loco diſponatur. Nobis bene tuto et accomodo grecis ac ſummo pontifici. Sine grecis enim ipſorum vnio fieri non poteſt. ipſi autem preſenciam pape in concilio illo omnino expoſcunt. Que quidem multis ex cauſis oportuna valde eſt et quodammodo neceſſaria. Et ex tunc. ſed et in chriſto preſertim concilio ycumenico omnium preteritarum diſſencionum obliti. Cum caritate et vnitate pro vnione orientalis eccleſie et morum reformacione totis intendamus viribus. Interim vero dum iſta peraguntur quieſcant hincinde proceſſus et agitaciones. Expenſe autem hactenus facte pro negociis grecorum in omnem euentum hiis qui eas fecerint reſtituant omnes.

Ecce Reuerendiſſimi patres cum ſumma gloria veſtra vnitatem eccleſie noſtre conſeruare et vnionem orientalium populorum. opus quoque ſancte reformacionis quod vſque deſiderare dicimus perficere in manu veſtra eſt. Pro deo ergo cum intentum noſtrum

plene

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

bit. Et prima quidem quid per tres. ſecunda quid per duos et tercia et quid per me ſolum iuxta ſucceſſionem temporis in vrbe regia ſeu Conſtantinopoli geſtum ſit reflorebit. Quia neceſſario predictorum. vt predictum eſt. narracio longa eſt et prolixa et impulſio relacionis facienda vehemens propter receſſum quorundam dominorum recedere debencium cupienciumque meam ante ipſorum receſſum audire relacionem. Vt et ipſorum deſiderio ſatisfacerem. et meis aliqualiter infirmitatibus parcerem et laboribus quibus in rei veritate quaſi confractus et conſumptus ſum. Temporique quo hec ſancta ſynodus maxime indigeret pro preſenti indulgerem. Et vt narrandorum ſecurior reportacio atque firmior fides. et ordo habeantur. diſpoſui in ſcriptis proferre et legere que concepta et geſta ſunt. Legam igitur nunc tantum quantum dominaciones veſtre permiſerint et vbi finem facere iuſſeritis. ibi dimittam.

Iubente igitur hec ſancta ſynodus Venerabiles domini et magiſtri videlicet Dominus Hainricus menger bone memorie Magiſter Symon Feron *) et ego cum eis M.CCCC.XXXV. in die ſancti Iohannis baptiſte hora veſperarum ab vrbe Baſilienſi diſceſſimus iter arripientes verſus Venecias. et concinnato itinere tandem deo fauente licet cum magnis laboribus et periculis que terra marique pertulimus die XXIIII. Menſis ſeptembris immediate ſequentis die ſabbati de mane ingreſſi fuimus Conſtantinopolim vbi iuxta conſuetudinem patrie ad domum nobis per imperatorem ordinatam ſatis cum magno honore per quoſdam nobiles fuimus deducti. Poſt ingreſſum vero noſtrum ſtatim eadem die miſimus pro mercatoribus ad quos littere concilii nouem millium florenorum de camera dari dirigebantur. Quibus tanquam ſecuri. quod non deficerent oſtenſis litteris diximus vt pararent pecunias. Qui reſpicientes ſe mutuo magne admiracionis ſigna inter ſe oſtenderunt. Et habito aliquali inter ſe mutuo colloquio ante omnia dixerunt ſe valde admirari de illis dominis de medicis cum quibus nichil haberent agere. verumtamen propter litteras cuiusdam baltaſaris de Vmalde de Ianua voluerunt habere tempus trium dierum ad deliberandum. Et habita deliberacione dixerunt ſe velle dare finale reſponſum. quod et fecerunt negatiue. De qua negociacione proſternati et triſtes fuerimus deus ſcit Et cum nullum ſciremus aut poſſemus excogitare remedium deliberauimus accedere ad poteſtatem et conſilium pere. et ita fecimus preſentantes eiſdem ſacri concilii literas et illuſtriſſimi principis domini Ducis Mediolanenſis qui affectuoſiſſime illi ciuitati pro concilio et nobis ſcripſerat. exponenteſque cauſam noſtri aduentus et dictum defectum qui nobis acciderat pecuniarum. ſupplicantes vt nobis in predictis maximeque in dicto defectu vellent aſſiſtere conſiliis et auxiliis oportunis. Qui habito aliquali inter ſe concilio nobis valde gracioſe reſponderunt. offerentes ſe contemplacione dictarum litterarum. tam concilii quam domini ducis ad omnia ſacri concilii beneplacita et noſtra. Et vere ſicut dixerunt ita et per amplius fecerunt. In tantum quod ante acceſſum noſtrum. primum ad Imperatorem firmam et certam ſpem habuimus. quod in pecuniis non eſſet defectus. Et ita factum eſt modis et viis. quos et quas venerandus Magiſter Hainricus in regreſſu ſuo laudabiliſſime dominacionibus veſtris declarauit. Et nos qui remanſimus poſtea literis ſimiliter. Vnde autem defectus dicti concilii acciderit multi multa dicebant. Et precipue propter verba domini Criſtofori Garratani qui palam eciam nobis tribus in domo noſtra aſſeuerarit. quod antequam Florenciam recederet ſciebat quod ita de iſtis pecuniis debebat euenire. Ex quibus multi multa cogitabant. et forte vere. Conpertum eſt tamen finaliter quod non ex parte illorum de medicis. ſed ex parte illius Baltaſaris de Vmaldis de Ianua

*) In collectione Manſiana legitur *Ieron*.

nus omnis defectus acciderit. Vnde in facto remedii eciam duo precipue concurrerunt. primo auiditas et seruiendi sacro concilio. secundo securitas illorum de medicis. quia postquam fuerunt vise. examinate. et recognite. propter illorum famam et opinionem mercatores lucrari cupientes faciles se exhibuerunt in omnibus.

Post aduentum itaque nostrum et ingressum ad Constantinopolim die nona videlicet die dominica que erat secunda octobris de mane ad presenciam Imperatoris iuxta suam ordinacionem venimus. Quem reuerenter ex parte huius sancte synodi salutantes et omnipotentis dei benedictionem offerentes litteras fidei seu credenciales eidem dedimus. et in effectu prout locus et tempus paciebantur. breuiter et succincte causam nostri aduentus explicauimus. narrantes ea que in facto vnionis ecclesiarum per suos cum sancta synodo concluſa fuerant. qualiterque missi eramus pro eorundem concluſorum inchoanda execucione. Quibus diligenter et attente auditis. grate nos vidit et suscepit. Et quoad facta per suos dixit. quod vellet diligenter examinare concluſa. et postmodum conferre nobiscum. Nos vero informati de condicionibus. sollicitauimus ne tempus in longum protraheretur. et pro breuiori expedicione deputati fuerunt de maioribus vtriusque status vsque ad sedecim numero. cum quibus conferre haberemus de pertinentibus ad nostram materiam.

Placuit tunc eciam Imperiali maiestati vt post visitacionem suam eciam sereniſſimas Imperatrices matrem scilicet et vxorem suam que pro tunc in eodem palacio erant videremus. et ita fecimus eisdem debitam reuerenciam exhibentes et recommendantes eisdem desideratissimam ecclesiarum vnionem que ad omnia gratissime responderunt.

In crastino sc. tercio octobris eodem modo per omnia mutatis mutandis visitauimus Patriarcham in sancta Sophya et cum ipso concluſimus de eisdem dandis deputatis sicut cum Imperatore. Post hoc cum litteris credencialibus huius S. synodi visitauimus dominos deputatos germanos Imperatoris Constantinum sc. et Demetrium qui tunc presentes erant in vrbe regia. vnum quemque per se in domo sua. Venetos quoque Cathalanos et Anchonitanos. alios quoque ecclesie nostre mercatores. qui erant in Constantinopoli insimul in quadam ecclesia venetorum congregatis. exponendo eis causas aduentus nostri et requirendo eos. vt nobis auxiliis et consiliis assisterent oportunis.

Hiis peractis et sollicitatura assignata ecclesia dominice resurrectionis sit intitulata pro loco in quo cum supradictis Imperatoris et Patriarche deputatis conuenire debemus in prima congregacione. Interrogati si vellemus aliqua proponere vel dicere illico protuliſmus in scriptis quatuor articulos. In primo petebamus ratificacionem eorum que per suos hec concluſa fuerant et iurata. In secundo vt conueniremus de tempore ydoneo et sufficienti in quo vtraque pars posset commode sua adimplere iurata et promissa. In tercio cum magna instancia supplicabamus vt ciuitatem Basilienſem pro loco ycumenici concilii celebrandi acceptarent. In quarto offerebamus nos nomine concilii ad inchoandam execucionem eorum que concluſa fuerant prout in decreto continebatur. dando eisdem decretum in publica forma et bullatum Et circumquemque articulorum predictorum dicebamus ea que nobis necessaria videbantur et oportuna cum magna instancia. Et precipue circa hanc ciuitatem. Quintus ab eisdem acceptaretur. Que omnia et singula hic replicare longum esset valde et tedioſum.

Et quia alias tam per magistrum Hainricum quam per nostras litteras fuerunt explicata. quibus articulis lectis et aperte dictis nostris persuasionibus per interpretem grecis declaratis. habitoque inter se consilio dixerunt quod vellent videre articulos et supra

dictis noſtris mature deliberare. ac ſic in ſequenti nobis congregacione reſpondere. quod et fecerunt. Cedulam nobis in effectu quinque puncta continentem offerentes. In primo petebant vt prohemium decreti quod eis dederamus aut totaliter tolleretur aut ſaltem corrigeretur. taliter vt in eo poſſint contenti remanere. In ſecundo vt cum eiſdem honoribus diſpoſicionibus et fauoribus quibus acceſſuri erant ad eccleſiam noſtram reducerentur ad propria. dato etiam caſu quo vnio non ſequeretur. quod precipue intelligebant de expenſis. In tercio petebant primum articulum in decreto contentum aliqualiter moderari videlicet ſi contingeret aliquos dominos reges et principes. tali ſynodo non adeſſe. nec vere nec repreſentatiue propter aliquas cauſas quod non propter hoc intelligantur facere promiſſa. In quarto petebant ſecuritatem in eundo. ſtando. et redeundo a regionibus et ciuitatibus. per quas tranſire aut in quibus ſtare eos contigerit. In quinto quod iuſticia et punicio ſuorum delinquencium ad ipſos pertineret et non ad noſtros.

Quoad primum articulum interrogauimus primo cur vellent illud prohemium tolli aut in quibus vellent ipſum corrigi. Reſponderunt quia nacioni et eccleſie noſtre valde iniurioſum. Diximus in quo vel in quibus. Reſponderunt in tribus precipue. Primo in eo quod ſynodus veſtra videtur ſe appellare matrem omnium chriſti fidelium et per conſequens quia non eſt filius niſi per obedienciam et acceptacionem ſuorum dogmatum. non eſt chriſti fidelis. Secundo in eo quod eodem contextu ſermonis fit mencio de nobis et de bohemis. Tercio in eo quod contingit nos cum bohemis in racione diſſidii. Circa predicta tria verba multa diximus. per que clare oſtendimus nullam iniuriam in predictis contineri. verumtamen ipſis in ſua opinione perſiſtentibus et omnino ad rupturam omnium tractatuum. niſi vt petebant faceremus tendentibus. Ad vltimum fecimus et promiſimus. prout hec ſancta ſynodus poſtmodum approbauit et confirmauit. Ad ſecundum articulum videlicet de expenſis in redeundo. eciamſi vnio non ſequatur. Et ad quartum de ſecuritate in eundo. ſtando. et redeundo. Et ad quintum ſimiliter de punicione ſuorum delinquencium per ſaluum conductum plene prouidimus poſtmodum per hanc ſanctam ſynodum conceſſum. Ad tercium autem articulum diximus quod de principibus Regibus et dominis et eccleſie prelatis nos nullo modo poſſe conſentire quin ſaltem interſint repreſentatiue vt patet ex primo capitulo et ex declaracione quid eſt ſynodus ycumenica et vniuerſalis. Poſt hec concordauimus de tempore et forma criſoboli in quo concordando eciam multum temporis expoſuimus. Quoad ciuitatem vero Baſilienſem obtinendam licet plus quam in omnibus aliis inſudauimus nichilominus in fine nichil obtinere potuimus. Quod autem ab hac ciuitate retraxit nunquam ſcire aut percipere ad liquidum potui. niſi forte coniecturas aliquas quas approbare non audeo nec referre. Ne forte ab aliquibus non vt coniecture ſed vt vere cauſe accipiantur. Dum forte non eſſent preter difficultates predictas. Addebant nobis et alias duas. videlicet de loco et preſencia pape in concilio. et quod ſicut de tempore ita de loco ydoneo ad quem papa et ipſi commode poſſent accedere concordaremus et concluderemus ibidem de eiſdem et hoc totum faciebant ad inſtanciam et promocionem domini Criſtoferi nunc Turonenſis epiſcopi qui illuc ex parte domini noſtri cum galeis Venetorum cum quibus et nos aduenerat. Hic vt publica fama laborabat et eciam opera demonſtrabant ad nichil aliud venerat niſi vt impediret. directe vel indirecte. Hec concordata et concluſa. Perſuadebat enim Imperatori et Patriarche et aliis quod non acceptarent decreta concilii. primo propter inpoſſibilitatem exequendi ea que promiſſa ſunt. Allegabat enim quod concilium nullas pecunias haberet nec erat in poteſtate habendi. Et ſic quaſi per annum ſteterat ad congregan-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Verum in receſſu magiſtri Hainrici tam imperator quam patriarcha permaxime inſtiterunt. Vt prefatus magiſter Hainricus ſacro concilio exponeret deſiderium ipſorum quod habent tam circa loci habilitatem quam preſenciam pape. Et quod ſupra hoc ipſorum ſupplicatorias litteras cum omni reuerencia preſentaret. Acceptauit magiſter Hainricus et vt credo ita fecit. Licet prefatus Criſtoferus. qui anno reuoluto Conſtantinopoli rediit. ſeminauerit oppoſitum dicendo imperatori et patriarche quod magiſter Hainricus nichil dixerat. Et quoad litteras ipſorum dixerat vel dicebat. Quod dominus legatus et alii qui currum concilii conducebant et receperant et occultauerant. Nec ea ad noticiam publicam concilii venire permiſerant. de quo illi domini ſatis perturbabantur. Cum autem eſſemus inter deputatos ad concludendum omnia. et ad inponendum finem tractatibus viſum fuit bonum mediatoribus. et aliis deputatis grecorum vt dominus Criſtoferus aduocaretur. ſi forte vellet aliquid dicere Placuit nobis. Affuit Et cum ex quadam cauſa noſtrum decretum legeretur. peruentumque fuiſſet ad illam clauſulam. Vt preterito enim ſereniſſimus imperator grecorum. et patriarcha Conſtantinopolitanus. per noſtros requiſiti ſunt oratores. Mox tres inſignes viros &c. Statim dixit quod decretum non dicebat verum. in eo quod dicebat Mox. quia non ſtatim aut mox. ſed bene poſt decem menſes Imperator et patriarcha miſerunt ambaſiatores. Diximus vt modeſte loqueretur. quia hec non fuerunt verba noſtra. ſed ſacri concilii. Replicauit quodſi eciam eſſent verba X. conciliorum. quod propter hoc nichilominus non erant vera. De quibus iniuriis et temeritate viri multum ſcandalizati fuimus. nos et omnes audientes.

Verumtamen retentis animis noſtris primo declarauimus Quod. Mox. ſtatim. Continuo. et alia ſi qua ſunt in quandam diſtanciam temporis ſignificancia. In ſcripturis diuinis et eciam legibus. non ſemper ad execucionem rei quibus adiunguntur. ſed ad promptitudinem animi exequentis referuntur. Et quod eciam parua diſtancia in rebus arduis pro nichilo computatur. Poſt hec diximus. ne forte ad vlteriores veniremus diſſenſiones. Quod cum domino Criſtofero nichil tractare haberemus. quia non eramus miſſi ad ipſum nec cum propoſito. verum ſi ipſe vellet nobis aliquid dicere vel aliqua proponere vel vos ipſi vel nos ambabus partibus. quod hoc fiat in preſencia notariorum. vt conſtare poſſit. tam concilio quam pape. Quid et qualiter quiſque noſtrum loquitur. aut quid vult aut procurat. quia non credimus quod ſit miſſus. ad corrigendum hec decreta Concilii aut ad iniuriandum eidem. ſicut nec nos ad iniuriandum domino noſtro pape. Prout nec nos cum quibus nos negocia tractare habuimus. Nec aliquis alius vſque in preſentem diem poteſt nos arguere ſiniſtre aut inhoneſte dixiſſe aliquid contra dominum noſtrum. quod nec in futurum facere intendimus gracia dei.

Et reuera Reuerendiſſimi patres quod ita fecimus et quoad perſonam meam ſum contentus vt fiat inquiſicio diligens tam apud imperatorem et patriarcham quam aput omnes ceteros quia deo teſte apud illas gentes. ita ſtudui ſeruare et promouere honorem ſanctiſſimi domini noſtri ſicut et ſacri concilii. Saluus ſemper auctoritatibus vtriuſque quod tamen Criſtoferus non fecit Quia et tunc anno reuoluto. dum Conſtantinopolim rediit. talia de hoc ſacro concilio. et de ipſius ſuppoſitis. maximeque de Reuerendiſſimo domino meo legato Cardinali ſancti Angeli referebat. Eciam aliquando michi quod vix poſſem talia cogitare in conſciencia mea et multo minus enarrare. Predictis igitur ſic et taliter concordatis in die S. Andree ad maiorem concluſorum firmitatem. congregata magna multitudine tam latinorum quam grecorum. inſuper dicta eccleſia reſurrectionis dominice coram notariis et teſtibus expoſitis. tam in latino. quam in greco.

Con-

Concluſis et concordatis inter nos duo mediatores. qui perſonam imperatoris repreſentant. nomine imperatoris nobis exhibuerunt criſobolum cum bulla aurea. Similiter et metropolite quidam et ſacerdotes ſeculares nomine patriarche litteras parochiales Econuerſo nos eiſdem obtulimus. decretum et ſaluum conductum ſigillis noſtris ſigillatum et firmatum. prout conueneramus cum eiſdem. Quibus peractis et completis. de conſenſu et bona voluntate. omnium trium noſtrum venerandus magiſter Hainricus menger ſe ad iter preparauit. Et ita cum galeis redeuntibus venecias cauſa redeundi ad hanc ſynodum iter ſuum in nomine domini arripuit. Cuius reditum non ſolum vtilem. ſed omnino neceſſarium omnes ſimul iudicauimus. tum propter recambium pecuniarum. quod in pera feceramus. tum propter relacionem geſtorum et confirmacionem promiſſorum per nos ibi factarum vt premittitur. Que omnia vt poſtmodum patuit per effectum glorioſe et feliciter adimpleuit.

Poſt receſſum vero magiſtri Hainrici qui fuit vel ſecunda decembris. VI. vel VIII. die duo qui mediatores dicuntur. qui omnia nomine imperatoris tractant et gubernant. venerunt prope domum habitacionis noſtre ad monaſterium S. Theodoſie et fuerunt nobiſcum locuti ſuper Ambaſiatis hinc inde mittendis pro congregacione eccleſie orientalis ad Conſtantinopolim. Et in effectu inſtanter rogauimus quatenus in exequendis rebus nulla committeretur negligencia aut mora. Offerentes nos promptos et paratos ad omnem neceſſariam inpenſam iuxta concordata faciendam. Inprimis igitur et ante omnia ſoluimus eis octingentos ducatos. qui reſtabant eis ad ſoluendum iuxta promiſſa et obligacionem priorum ambaſiatorum. deinde miſimus circa principium Marcii duos nuncios grecos ad hoc ſacrum Concilium, cum litteris continentibus plenam informacionem de omnibus per nos geſtis ob maiorem ſecuritatem. ne forte aliquid accidiſſet conſocio noſtro magiſtro Hainrico. Qui tamen nuncii vt poſtmodum percepimus. male ſe habuerunt in acceleracione greſſus ipſorum ad ſanctam ſynodum. Quia vero imperator in vltimo ſuo criſobolo ſeu littera aurea. quam magiſter Hainricus menger ad hanc ſanctam ſynodum detulit. Voluit vt inſtantiſſime a nobis petebatur ſe referre ad complendum prout in decreto continebantur. Diximus ſuper modo exponendi pecunias et ſecuritatem ipſarum. Quod ex quo imperator non ſe retulerit ad decretum. quod oportebat dare nobis cautionem et ſecuritatem ſuper exponendis pecuniis. caſu quo ipſe non perficeret promiſſa et concordata. Quam peticionem noſtram ipſe imperator et ſui multum egre tulerunt in tantum quod nec verbum ſuper dicta ſecuritate audire volebant. Nos vero quanto magis videbamus eos et rogare tanto magis inſtabamus proteſtantes. quod per nos non ſtabat quando pecunie tempore debito iuxta exigenciam rerum parate eſſent. Stetimus autem in hac contencione a principio menſis decembris quaſi vſque ad medium Marcii. Et finaliter aliam non volentes obtinere ſecuritatem contenti fuimus de vna littera quam proſtrigma vocant ſubſcripta manu imperatoris. de cuius eciam ſubſcripcionis recognicionem. voluimus habere fidem notarii cum teſtibus. Cuius littere ſeu cedule et eciam fidei notarii tenores ſunt penes me.

Poſt dictam difficultatem. cum parati eſſemus tradere pecunias pro ambaſiatoribus miſerunt nobis predicti mercatores cedulam taxe. quatenus videlicet cuilibet ambaſiate tradere deberemus. Qua viſa et examinata ſatis mature et cum conſilio mercatorum peritorum reperimus taxam excedere vltra medietatem debitam. De quo non modicum admirati. diximus imperatori quod taxa non eſſet debita neque congrua. quare non tenemur niſi ad neceſſarias inpenſas. non poteramus vltra facere. quam exigat debitum. Reſpondit

ſpondit quod taxa non erat tantum pro expenſis Ambaſiatis ſed eciam et maior pars erat pro muneribus dandis principibus et dominis ad quos mittebantur. Diximus quod non eſſet de intencione concilii attrahere principes et dominos maxime eccleſiaſticos eccleſie orientalis muneribus. ſed tantummodo de neceſſariis prouidere ambaſiatoribus laborantibus pro Congregacione in Conſtantinopoli fienda. Reſpondit quod oportebat eum ſeruare conſuetudinem orientalium qui nunquam mittebant ambaſiatores ſine muneribus. et quod ſuorum ambaſiatorum qui ſupererogare per ambaſiatas ad procurandum predicta ſupererogaret de ſuo. valde turbatus fuit in tantum quod michi dicebat quod eſſet cauſa deſtructionis tocius negocii. Cum autem hec diſceptacio fieret per plures dies et ſeptimanas non poſſem ad voluntatem ipſorum inclinari.

Circa feſtum S. Martini ſuperuenit Criſtoferus iam ſepe nominatus more ſolito impoſſibilitatem concilii. quo ad execucionem promiſſorum et multa alia que ob reuerenciam huius ſancte ſynodi et Reuerendiſſimi domini mei legati hec pro nunc ſubticeo enarrare. Perſuadebat eciam viis omnibus vt ad papam mitterentur de maioribus et nobilioribus vtriuſque ſtatus. et cum ſanctitate ſua quia potens erat adimplere omnia componerent. Promittebat eciam hiis qui mitterentur inpenſas largiſſimas et tanto vberius quantum perſenſerat me denegare inpenſas iam ſupra nominatas. Ego igitur conſiderans diſpoſicionem negociorum et condicionem rerum. et precipue ne alius iohannis diſſipati loco mitteretur. quem maxime prefatus dominus Criſtoferus refutabat annui et ſolui pecuniam quam petebant cum condicione et promiſſione quod nichil quam concordata in decreto concilii attemptarent. quodque haberent poteſtatem tempus prorogandi ſi opus eſſet per totum menſem ſeptembris. Receſſerunt itaque cum galeis venetorum et venerunt ad dominum noſtrum. et fecerunt omnia que r. p. p. nouerunt.

Scripſi pro tunc pleniſſime ſacro concilio de occurrentibus per dictum iohannem et modum veniendi ipſorum et ad quid. Poſt hec de menſe februarii circa carniſpriuium venit iterato nuncius de Duracio. qui primo veniens offerens huius S. ſynodi litteras ſalui conductus et decretum prout conueneramus. et alia que primo receperam. Attulit eciam et multas litteras dominorum particularium huius ſacri concilii. quarum aliqua michi aliqua bone memorie domini Symeonis. Aliqua communiter vtrique dirigebantur. Ex quibus plene fui informatus de hiis que hic pro tunc agerentur. tam circa electionem loci quam circa habendas neceſſarias inpenſas.

Et quia ſepe imperator et patriarcha loquebantur michi ſuper facto loci. ex informacionibus eciam dictis ſupradictarum litterarum cepi loqui ipſis temptatiue de ciuitate Auinionenſi. declarando habilitatem et condiciones illius ciuitatis. At illi ſtatim dixerunt. non eſſe cogitandum de loco illo cum non ſit in decreto conprehenſus. Et cum dicerem prout occurrebat. quod ymmo comprehenſus erat per illam clauſulam. loca nominata ſunt Calabria Anchona vel alia terra maritima. Reſpondebant. quod alia terra maritima intelligitur in ytalia. Dicebam quod illa clauſula vel alia terra maritima ſtat abſolute et non determinatur per ytaliam Preterea hoc patet ex ipſo ordine nacionis locorum. Quia primo fit mentio de locis maritimis. ſecundo de locis in ytalia. Tercio de locis extra ytaliam. cuius ordi is particule diſtingui debent. Loca nomina ſunt Calabria. Ancho a vel alia terra maritima Et hec eſt prima particula. Deinde Bononia. Mediolanum vel alia ciuitas in ytalia. Et iſta eſt ſecunda particula. Deinde extra ytaliam Buda in Vngaria Wy nna in auſtria et ad vltimum Sabaudia. non excludit aliquam ciuitatem ytalie. Ita ſimiliter illa clauſula. vel alia terra maritima. non excludit aliquam terram

circa

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ſequens prouidere debebat quod res eo modo venirent quo promiſſe ſunt et conpactata. Promiſſum eſt enim et compactatum quod prefati patriarche debent venire perſonaliter. Et ex quo non poſſunt. vt refertur. ſaltem debent mittere eo modo quo alii videlicet cum plena poteſtate et mandato. valato in iuramento et aliis clauſulis oportunis. Et in effectu circa hoc fuerunt multa dicta hincinde. Et finaliter cum ſupplicacionem pro bona expedicione negociorum. vt predicta procuratoria emendarentur. Offerremque expenſas pro nuncio vel nunciis. Dixit imperator. quod ſi nuncii deficerent in termino aduenientibus galeis. ibimusne nos non expectatis nunciis. cum iſtis litteris. vel expectabunt galee. quouſque reuertantur. Reſpondi. Quoad expectacionem galearum nullam commiſſionem habeo. nec poſſum aliquid promittere. An autem debeatis ire ſine reparatore litterarum iſtarum conſulere non valeo, Iam dixi quid michi apparet de eis. Si venturi domini Ambaſiatores cum galeis iudicauerint ipſas ſufficientes bene quidem. ſi autem non. tunc maieſtas veſtra faciet prout ſibi viſum fuerit. Conſulo tamen. vt interim diligencia fiat pro ipſarum reparacione. Supplicaui: eciam quod maieſtas ſua taliter expediret negocia ſua. quod galee. poſtquam veniſſent. non haberent occaſionem longam moram protrahendi in Conſtantinopoli propter multiplicacionem magnarum expenſarum euitandam. Stetit et nichil pro tunc concluſit in facto dictarum litterarum. Sed dixit quod vellet cogitare et poſt meam ſollicitacionem ſteti quaſi per menſem. et de hoc nichil michi dixit nec mandauit.

Verum tercia die Aprilis miſi pro me et dixit. quod de conſilio et voluntate mea diſpoſuerat mittere ad patriarchas pro ipſarum litterarum reparacione. Quare detis expenſas pro duobus nunciis. quorum vnus ibit per terram alter per mare. Reſpondi quod tempus ſit breue nec poſſibile ſit dictos hic adeſſe in termino. Nichilominus dabo expenſas. tamen tali condicione videlicet ſi galee concilij venient et erunt hic in termino et deficientibus dictis nunciis. domini ambaſiatores non eſſent contenti de litteris quas habetis. nec vellent maieſtatem veſtram vltra terminum expectare. quod ex tali conſilio meo voluntate et dacione expenſarum. nullum ſacro concilio vel michi preiudicium generetur. quin ymmo quelibet parcium remaneat in terminis ſuis. Que condicio cum ſibi non placuiſſet nec eam voluiſſet acceptare. Incidi in ſuſpicionem ne forte me vellent aliquo modo implicare aut inuoluere. et deficientibus in terminis excuſare ſe ſupreme grauando partem noſtram. Et ſic ſteti ſuper me dicens, quod abſque tali condicione nullo modo vellem dare impenſas. quia non intendebam pecunias eccleſie emere grauamen eccleſie dampnum et verecundiam meam. Et hoc modo pro tunc finem fecimus. nec vlterius fecit michi mencionem ſuper dictis nunciis mittendis. Fui tamen informatus certitudinaliter quod ipſos expediuerat et miſerat.

Poſt hec appropinquante termino et iam tranſacta medietate menſis May Mediatores nomine imperatoris petiuerunt a me pecunias. pro quibuſdam prelatis congregandis. Denegaui eis dicens. quod iam terminus inſtabat ad X. dies. infra quos principalia capita ſc. patriarchas impoſſibile erat perſonaliter vel interpretatiue iuxta promiſſa adeſſe. Quare ſuperfluum michi videbatur alios propinquiores conuocare exponere pecunias in vanum. Et ex tunc deſtiti eis dare pecunias. quantumcunque peterent vſque ad aduentum primarum galearum. et eorum qui huius ſacri concilii ambaſiatores aſſerebant. Dixeram tamen eis et promiſeram. quodſi negocia ex vtraque parte proſecucionem haberent. quod in fine reſtituerem eis quidquid expoſuiſſent interim. Adueniente autem termino ſc. fine menſis May cum nulla noua ab aliqua parte haberentur neque a concilio neque ab ambaſia-

baſiatoribus ſc. Iohanne Diſſipato. et ſocio ſuo. vltra quam dici poteſt admirabantur omnes. Et iam reuera ego palam vel in publicum pre verecundia ambulare non audebam. omnes enim greci pariter et latini ſubſannabant me. et digito oſtendebant quocunque me verterem. Durante igitur hac triſticia mea. et cogitante quid agere deberem. ſtare vel recedere. Ecce circa feſtum Iohannis baptiſte quidam Ianuenſis veniens de Ianua. Conſul ſc. de maſtri. aſſerebat pro vero quod viderat in Ianua quaſdam galeas. parari et armari. nomine ſacri concilii. et quod in breui Conſtantinopolim applicarent. Que noua multa conſolata ſunt non ſolum me ſed et Imperatorem et patriarcham. ad quos ipſum perduxeram. et omnes et totam ciuitatem. iſta noua ſucceſſiue fuerunt confirmata per multas litteras mercatorum de Ianua.

Durantibus autem iſtis nouis et ſpem nobis quaſi firmam prebentibus de bona negociorum execucione circa finem Iulii vel principium Auguſti ſi bene recolo ſuperuenit de curia domini noſtri pape quidam mercator grecus Trapezundes. afferens litteras Iohannis diſſipati ad Imperatorem. et ad me directis effectualiter continebatur. quod ciuitas Florencia erat de vnanimi conſenſu ſacri conciiii et pape pro ycumenico Concilio celebrando electa. et quod indubitanter omnes in ea concurrerent. quodque multi Cardinales et prelati curie iam illuc ſuas res tranſmiſerant. De quibus in veritate nouis non ſolum conſolati vt ex primis ſed conſolatiſſimi remanſerunt omnes. non tantum propter electiſſimam ciuitatem quam omnes optabant quam propter vnionem et concordiam electionis ex qua bona videbantur procedere.

Et vlterius cum nec noua ad quam ciuitatem ille galee pro firmo tendere deberent. nec ſecunda quibus galeis Florenciam perduci deberemus declararent. Sperabamus ſecunda noua confirmare prima. Et illas galeas Ianue preparatas ordinatas fore ad conduendum nos ad portum Pyſanum. Confirmabant quedam hoc particulares littere michi ſcripte de Bononia. que aſſerebant iam ambaſiatores ſacri concilii tranſiſſe Florenciam. ad intrandum in portu Pyſano galeas pro huiuſmodi Paſſagio faciendo preparatas. De reterita itaque triſticia noſtra et de leticia conſequenter ex predictis nouis ſubſecuta. Recolo binas ad hanc ſanctam ſynodum litteras deſtinaſſe. que an preſentate fuerint penitus ignoro. Receptis autem predictis litteris Iohannis diſſipati. quaſi totaliter Imperator et patriarcha certificati de execucione rerum ceperunt ſe ad iter diligentiſſime preparare. Quibus ſic ſe habentibus dum quadam die circa medium Auguſti eſſem cum Reuerendiſſimo domino patriarcha hora veſperorum ſuperuenit vnus dominus baiulus venetorum. certe venerabilis vir afferens quaſdam litteras quas illico receperat. in quibus continebatur. Et quod certiſſime ycumenicum Concilium non Florencie ſed Padue vel in Vtino celebrare deberet de vnanimi conſenſu concilii et pape. et quod galee domini noſtri pape reparate Veneciis. in breui et illico eſſent venture. De quibus nouis ſatis admirati fuerunt omnes. non propter loca ſed propter variam nouorum continuam ſucceſſionem.

Cum itaque magna cum auiditate expectaremus euentum rerum. ecce inſperate tercia die Septembris apparuit quedam galea dicta baſcarda in qua remanebant domini epiſcopi Coronenſis Dignenſis et Portugalenſis. Et cum publica fama haberet eos tam ex parte ſacri concilii quam domini noſtri pape venire concorditer. Letus exiui eis obuiam ad galeam. Qui vt me viderunt gratiſſime et vt conambaſiatorem illi qui pro concilio ſe venire aſſerebant ſuſceperunt. Cum autem in domibus habitacionis ipſorum exhibuiſſent michi litteras Reuerendiſſimorum preſidencium credenciales nomine ſacri concilii ſcriptas a quibus et me aſſerebant coambaſiatorem predictorum admiratus de ſcribendi nouitate

immo dixi quare non ſcribuntur bulle ſub nomine ſacri concilii prout conſuetum eſt. Reſponderunt pro tunc in prima facie quia videlicet ſacrum concilium ipſis preſidentibus commiſerat celerem expedicionem ambaſiatorum. Vnde et propter feſtinum receſſum eorum. littere neque ſcribi neque bullari modo conſueto potuerunt. Interrogaui ſi littere que ad Imperatorem et patriarcham dirigebantur erant ſimilis bullacionis et ſigillacionis. Reſponderunt quod ſic. De quo fui peramplius admiratus. timens ne aliquid lateret prout poſtmodum apparuit.

Vna alia vice interrogaui prefatos dominos Dignenſem et Portugalenſem de Auinione et de galeis inde venturis. prout ſepe per Ianuenſes habueramus noua. licet non aſſertiua neque firma Reſponderunt quod Auinionenſes obligauerunt ſe ad preparandum certe neceſſaria pro negociis iſtis grecorum. quibus non completis infra certum tempus concilium tenebatur et debebat ad alterius loci electionem procedere. Et ita ipſis Auinionenſibus non complentibus premiſſa fore factum. Item propter Iohannis diſſipati proteſtaciones qui ſepius proteſtebatur de Auinione tanquam de loco non comprehenſo in decreto. et quod nullo modo Imperator et patriarcha illuc accederent. quique expenſe ſi que fierent pro illo loco eſſent omnino perdite. Ne igitur propter locum tantum bonum obmitteretur ſacrum concilium coactum fuit. ad alterius loci electionem procedere. et quia iam terminus inſtabat neceſſe fuit vt eo modo eligeretur quo electus eſt videlicet ſub diſiunccione Florencia vel Vtinum que videbantur prompte. vel alia quecunque ciuitas in decreto comprehenſa. que primo vellet occurrentes expenſas inpendere. Interrogaui ſi huiuſmodi diſiunctiua electio. Florencie vel Vtini facta fuiſſet concorditer per totum concilium. Reſponderunt quod non ſed per ſaniorem partem. Dixi ſi iſta ſanior pars erat maior vel minor pars concilii. Dixerunt quod in illo actu illa pars ſanior non accipiatur vt pars maior vel minor ſed vt totum concilium. quia termino ſtatuto adueniente in aliqua electione illa pars habet ius tocius que obſeruat terminos iuris. Et ſuper hoc demirauerunt michi poſicionem et determinacionem domini auditoris Polomar. Dicebant eciam quod non ſemper attendenda ſit multitudo ſed ſanior pars. clarum eſt autem illam eſſe ſaniorem partem in qua declinant maiores et ſapienciores multitudinis. Sicut eciam in hoc actu accidit. In quo preſidentes domini noſtri et alii maiores concurrerunt. et tanto ſanior eſt ab omnibus eſtimanda in quantum ſedes apoſtolica ipſe ſanctiſſimus dominus noſter papa et omnes cardinales tanquam ipſius curiam ipſam approbant et acceptant. Concurrenteſque cum ea execucione promiſſorum. Quam impoſſibile erat ſacro concilio aliter facere niſi. ſc. per medium ſanctiſſimi domini noſtri. et eo modo quo per iam dictam ſaniorem partem concilii concluſum eſt et firmatum.

Et cum dicerem quid de galeis de quibus ſuperius feci mencionem et de capitaneo ipſarum ambaſiatoribus cum eiſdem venturis certitudinaliter affirmabant quod nullo modo venirent et quod omnino illa pars deficeret in promiſſis. Interrogaui ſi adhuc illa pars multitudinis contradiceret minori. Reſponderunt quod multi iam et maiores de illa parte reuerſi ſunt ad noſtram et cottidie reuertuntur. Et vltimum cum videbunt ſe non poſſe adimplere promiſſa omnes in vnum concurrent. et nulla dei gracia erit varietas et contradiccio. Tantis igitur et talibus ymmo maioribus et pluribus quam hec exprimere poſſim auditis. precipue quod aliter execucio fieri non poterat. nec informatus aliter a ſancta ſynodo tantis patribus credidi. Et confirmabatur credulitas ex hiis Reuerendiſſimorum dominorum preſidencium. et aliorum qui michi particulariter ſcribebant. Quare de felici execucione rerum et vt aliquid particulariter dicam. quod labores venerandorum

ſocio-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Similiter quia ſupradicti domini Dignenſis et Portugalenſis. atque Nicolaus de Cuſa qui ſe pro ambaſiatoribus ſacri concilii gerebant in omnibus. proponebant dominum Criſtoferum epiſcopum Turonenſem Ambaſiatorem domini noſtri quod michi ſatis graue videbatur. Quadam vice nobis quatuor in vnum congregatis in Portugalenſ. dixi. nunquid non iuraſtis domini ſeruare honorem ſacri concilii. vbicunque fueritis. quomodo igitur proponitis vobis in omnibus dominum epiſcopum Turonenſem. qui eciam minor vobis in promocione et vltimus. Et narraui eis. quomodo alias nullo modo permiſeramus dictum dominum Criſtoſerum nos in aliquo precedere. Et quomodo multi grecorum de hoc valde admirabantur. Reſpondit dominus Dignenſis. quod faciebant propter bonum pacis et propter caritatem que non emulatur. Et qui honorat caput honorat et membra. et multa talia Quibus dixi. ex quo vobis ita videtur. et vultis ita fiat. Ego autem ea que dixi. pro ſerenitate conſciencie mee et iuramento quo adſtringor ipſi ſacro concilio dixi.

Cum itaque omni ſollicitudine procuraretur expedicio grecorum Ecce quodam mane inopinata fama impleuit ciuitatem. Iam ſacri concilii adeſſe in Conſtantinopoli galeas. Curro ad ſupradictos legatum et ambaſiatores dicunt michi ita eſſe. Illico percutitur cor meum inexplicabili triſticia. non propter aduentum ipſarum ſed propter diuiſionem concilii quam ſtatim percepi. et propter ſcandalum quod intuebar inde ſecuturum. ignominiamque eccleſie noſtre in illis partibus in quibus pene omnis nacio aduerſa eccleſie catholice que ſub celo eſt reperitur. Ibi enim preter latinos noſtros et grecos Turci Tartari Saraceni Armeni Iacobite Georgiani Iohannite Neſtoriani. et alie innumere ſecte reperiuntur. que ibi habitant. aut ſaltim inceſſanter tranſeunt. Itaque quodammodo ibidem fit fama dignum quin illico ad predictarum gencium noticiam deducatur. Cogito itaque anxius quid agendum et certe iam nulli parcium cordi inſidet. ſed zelus domus dei que eſt eccleſia catholica omnia vincit. Et quia diuiſionem in concilio et inter concilium et papam. quem omnes ſupradicte naciones publice et deriſorie proclamabant. occultare aut palliare fas non erat ne ſaltem ipſa caritas veniencium ex parte eccleſie noſtre in ipſa diuiſione exciſa videretur. Quod maximum nephas apud ſupradictas naciones reputatur. Rogaui et perſuaſi quantum potui ſupradictos legatum et primo venientes. vt in ipſo primo aduentu ipſorum aliquos ex ſe vel ſaltim ex familiaribus cauſa viſitandi ad galeas mitterent. Et ita fecerunt Quia et ad galeas aliquos. et exitu de galeis vnuſquiſque ſuam familiam eis miſit obuiam. et vſque ad domum habitacionis deduxit cum oblacionibus ſolitis et conſuetis in talibus viſitacionibus fieri. De quo actu renera multum edificati fuerunt plurimi.

Statim autem audito aduentu dictarum galearum concilii. Capitaneus galearum pape cepit armare claſſem ſuam. et ad inuadendum galeas concilii. vt communis rumor et clamor popul. inſonabat Quod cum Imperator percepiſſet. ſtatim miſit ad capitaneum predictum mandando vt exiret galeas et quod nullam faceret nouitatem. Qui tamen nec exire galeas. nec deſiſtere ab armatura voluit. ſed preparauit totaliter quaſi vellet aggredi noſtros. Hortabatur eciam patronum galee Florentinorum. vt et ipſe pararet ſecum eſſent de eadem liga. ſed ille noluit dicens. quod non eſſent in liga contra eccleſiam. ſed tantummodo contra Ducem Mediolanum. Et cum ille diceret iſte galee ſunt Ducis Mediolani. Reſpondit non apparet in vexillis quod ſunt Ducis Mediolani ſed ſacri concilii Baſilienſis. Et recedens cum galea ſua a Conſtantinopoli. ſeceſſit in partem pere. Similiter et capitaneus noſter audiens preparacionem aliorum. multum honorifice et ſtrenue ſe parauit. ita vt iudicio omnium non debuiſſet timere partem aduerſam eciamſi in

duplo

duplo fuiſſet maior. Stantibus itaque partibus ſic armatis. Imperator mandauit ne aliquis inciperet aliquam nouitatem. Et tantum laboraui et laboraui quod tandem vtraque parcium iuramentum preſtitit. ne ſe inuaderent mutuo. aut in aliquo offenderent. Et ita ſecuritate reddita protenſis in altum vexillis eccleſie. cum maximo ordine et honore. concrepantibus tubis et machinis. aliiſque generibus muſicorum galeis ex parte ciuitatis Perenſis cum magna leticia vtriuſque ciuitatis populis. Claſſis noſtra portum Conſtantinopolitanum intrauit. et abſque dubio cum talibus ordine et apparatu vt eciam ipſi emuli et mirari et laudare cogerentur.

Poſt ingreſſum igitur claſſis noſtre in portum et deductionem dominorum in domus ipſis imperiali ordinacione preparatas. Illico ad Imperatorem curro. et patriarcham rogans et perſuadens. vt ad iſtarum parcium vnionem. et pacem intendant. Spondent ſe omnia quantum erit eis poſſibile facturos. Replicantur multi modi pacis. et cum nullus conueniens reperiretur. attentis fixis propoſitis parcium. introduxi apud Imperatorem et patriarcham materiam de loco Baſilienſi et perſuaſi omni modo michi poſſibili. et certe forcius quam vnquam ante feceram. precipue propter bonum pacis eccleſie noſtre. Sic enim dicebam. Venientes Baſileam omnis de eccleſia noſtra turbacio ſubmouebitur. omnia pacifice tractabuntur. et vt in domino ſperamus. omnia bono et deſiderato fine concludentur. Nullus eſt qui huic loco contradicat. ymmo et vtriuſque ambaſiatores hic iam exiſtentes ex parte ſacri concilii habent in mandatis. vt inſtent quantum poſſibile eſt apud maieſtatem veſtram pro Baſilea. Quid enim deo carius aut mundo placabilius et vtrique eccleſie pro preſenti vtilius et accepcius facere poteſt maieſtas veſtra. quam vnius loci acceptacione et noſtre pacem conſeruare et veſtre abſque dubio adipiſci. Cogitet maieſtas veſtra. quanto deſiderio quantoque feruore eccleſia noſtra pacem et vnionem eccleſiarum queſiuerit et indeſinenter querat. Rependat nunc vicem vicibus. conſeruet pacem eccleſie noſtre. vt ſuam quam tantopere querit adipiſcatur. Ecce conſenſus vnius loci pax toti chriſtianitati et vtrique eccleſie redditur. Sine cuius accepcione et noſtra vt vidimus rumpitur et veſtra abſque dubio non adipiſcetur. Quid plura. Tot dixi et tanta in preſencia ſui germani Conſtantini. et firmiſſime putabam me in vltimo obtinuiſſe. quod per duos antea annos et vltra non valueram obtinere.

Sed ſefellit me opinio mea quia vt hactenus renuit. et vnico modo reſpondit. ſe hoc nullo modo velle vel poſſe facere. Addiditque quod ſibi de hoc verbum non facerem vlterius. quia iam ſatis fuerat byennio ſuper hoc per me fatigatus. Quo reſponſo audito tacui. et tamquam deſperatus de quocunque medio pacis. deſolatus remanſi. Verumtamen in exitu a preſentia maieſtatis ſue continere me non valui. ſed dixi. eſtne hoc gratitudo maieſtatis veſtre erga eccleſiam noſtram. modo pecuniis et perſonis. modo pecuniis ne ab infidelibus vt reſiduum grecie caperetur conſeruauit. Quid dicet mundus cum audierit tantas pro vno loco factas propoſiciones. ex cuius accepcione tanta ſecutura ſunt bona. et mala ex ipſius reſutacione. nec attendiſſe maieſtatem veſtram. Nonne dicent omnes maieſtatem veſtram non ſolum curaſſe vnionem eccleſie veſtre cum noſtra ſed et noſtre procuraſſe aut ſaltem deſideraſſe diuiſionem. Sicut enim qui fame pereuntem cum poteſt non paſcit. occidit. et ſicut qui domui vicini accenſe non poteſt non ſuccurrit. accendit. Sic qui diſcordantes ad pacem. et concordiam cum poteſt non reducit. diuiſor eſt. ymmo tanto amplius maieſtas veſtra debet et tenetur conſeruare pacem et vnionem eccleſie. in quantum videt eam ſcindendam. quod deus auertat propter vnionem procurandam eccleſie veſtre cum noſtra. Reſpondit magiſter iohannes quod ſcripſi ſcripſi. nec vl-

tra

tra pro preſenti dico. tantummodo cogita de aliis mediis pacis. quia hoc non poteſt habere locum pro preſenti. Vt autem cum imperatore et patriarcha pro pace laborabam. ita eciam de vna parte noſtrorum curabam ei aliam; et non parcebam familie neque beſtiis. deus ſcit, diebus neque noctibus.

Quia vero hii domini mei in produccione aliarum bullarum coram imperatore et patriarcha. Eciam quandam bullam declaratoriam illos primos non eſſe nec fuiſſe ſacri concilii Ambaſiatores produxerunt. Illi audientes et maxime turbati querebant audienciam publicam pro iuſtificacione partis eorum. et ad grauiora procedendum ad promulgandum ſc. cenſuras et ſentencias pape in eos quos dominus Tarantaſienſis ſecum attulerat. quod ſi illi ita feciſſent. certe et illi ſimiliter feciſſent. qui non minores ſecum ſacri concilii habebant ſentencias. que res abſque dubio fuiſſet perpetui ſcandali. et tanta irriſio fidei noſtre et eccleſie apud ſupradictas naciones. quod reuera lingua humana non poſſet exprimi. Laboraui igitur et perſuaſi vni parti et alteri quantum potui. et eciam apud imperatorem et patriarcham ne conſentirent huiuſmodi publicis audienciis. Et ita gracia dei et bonitate atque prudenciis duarum predictarum parcium factum eſt. qui incomparabiliter longe me altius intelligebant quantum ſcandalum fidei noſtre. ſi vna pars papam altera concilium. vna caput altera corpus quot contumeliis ſine quibus tales actus fieri non potuiſſent. maculaſſet.

Tractarunt itaque ſupradicte partes res ipſis commiſſas quoad publicam iudicio meo quantum fieri potuit honeſtiſſime et quoad concordiam. Credo quod fuiſſet medium honeſtum repertum niſi limitate et reſtricte commiſſiones dominorum. a quibus miſſi fuerant obſtitiſſent. In concluſione igitur poſt multos tractatus et dies inſtante vtraque parte pro ſua expedicione. Tandem imperator et patriarcha concluſerunt velle ire cum illis qui primo venerant. et hoc propter conuenciones et pacta. que nouiter iohannes diſſipatus et Emmanuel miloti ſocius eius cum domino noſtro in Bononia concluſerant. et ita ſuam voluntatem et concluſionem partibus declarauit. Qualiter autem reſponderunt Imperator et patriarcha ad priores obligaciones. quibus ſacro huic concilio tenebantur. licet ad Reuerendiſſimorum dominorum noſtrorum hic preſencium pertineat relacionem. Nichilominus quid et ego ſenſerim referre debeo.

Ante igitur ipſorum mentis et intencionis publicam declaracionem alter predictorum dominorum vocauit me et dixit. Magiſter iohannes ſcis iam a duobus annis quibus nobiſcum conuerſatus es. quanto deſiderio et quanta affectione expectauimus concluſorum felicem execucionem. Scis eciam quod ſemper voluntatis noſtre et mentis fuit hanc rem peragere cum concordia concilii et pape. Et quod in omnibus que fierent circa hanc rem interuenirent conſenſus pape expreſſus. Scis inſuper quanta inſtancia laborauimus a principio vobiſcum pro preſencia pape in concilio et pro loco ydoneo. et quomodo litteras concilio per magiſtrum Hainricum ſuper premiſſis miſimus. et eidem iniuximus. vt caput ſacrum concilium hanc noſtram intencionem quantum poſſet promoueret. Poſtea ſcis quomodo Iohannem Diſſipatum ad concilium et Emanuelem Miloti ad papam miſimus. vt primo viderent diſpoſicionem rerum. et nobis nunciarent vt et nos poſſemus parari in tempore quod concordiam procurarent inter concilium et papam. Si forte in aliquo in hiis noſtris rebus exequendis diſſentirent. et tandem vt ſollicitarent expedicionem. vt res fierent in tempore. Iuerunt predicti ambaſiatores et non ſolum inter papam et concilium ſed in ipſo concilio circa loci electionem maximam repererunt diſcordiam et diſſenſionem. Repererunt per vnam partem electum locum non ſolum non ydoneum

nobis

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

cipio papa fuit concors cum concilio in facto loci. dummodo concilium eligeret aliquem in decreto nominatum. quemadmodum fecit eligendo Basileam vel Auinionem vel saltem Sabaudiam que est in decreto nominata. Respondit quod illa eleccio facta fuit non simpliciter sed sub condicione infra certum terminum. qua non completa. concilium debebat et tenebatur ad alterius procedere electionem. Quod et fecerunt illi qui voluerunt in termino. et ad quos ius eleccionis fuit totaliter deuolutum. Dixi. scio quod vniuersalia concilia non subiciuntur quibuscunque humanis legibus aut iuribus. ymmo sunt super omnia talia iura. tam in statuendo quam in ammouendo. corrigendo. limitando. interpretando. &c. De condicione eciam informatus sum. Quia verum est. quod ciuitas Auinionensis quedam promisit in termino. si tamen concilium infra idem terminum quedam sibi alia promissa peregisset. Sed deficiente concilio infra terminum necesse fuit et ciuitatem in promissis deficere. que adimplere non poterat. non adimpletis promissis per concilium. Quare cum ciuitas non defecerat in termino defectu proposito sed concilii. concilium non debebat defectum proprium in dampnum alterius retorquere. Quomodo ergo ad illos pauciores ius electionis totaliter deuenerit non intelligo. quomodo eciam minor pars quinquaginta vel sexaginta personarum diuisa contra trecentos vel quadringentos sit et vocetur sanior. precipue in conciliis generalibus et materia positiua vel voluntaria. sicut est in electione vnius loci. Secus esset in materia fidei. similiter non intelligo si ita esset quasi nunquam in conciliis generalibus aliquid concluderetur. quia semper minor pars impediret maiorem. vel ad se traheret quod raro accideret. puta. Licet decreta de Auinione et Sabaudia ex vna parte Et Florencia .et Vtino ex alia fuerunt facta in discordia. tamen bullacio et execucio vnius sc. de Auinione vel Sabaudia et retencio. atque impedimentum alterius fuit facta de concordia parcium. Et super hoc demonstrabam instrumentum Petri Bruneti.

Respondit. Et tamen post illam concordiam scribunt et nobis et tibi domini presidentes concilii. super execucione decreti de Florencia. Dixi quod ita est. Et quod non intelligo istam concordiam super facto presencie pape in concilio et ydoneitate loci. Licet sacrum concilium non teneatur ad ista cum non conteneantur in decreto. Verumtamen quoad presenciam instetisset et fecisset vna nobiscum quantum potuisset. vt sua sanctitas fuisset presens. quoad ydoneitatem loci fecit quantum potuit. quia exceptis communitatibus duabus et dominiis ipsarum quas ambasiatores vestri excludebant. Et eciam in litteris que per magistrum Hainricum mittebantur. Similiter attentis aliis circumstanciis temporum. non fuit locus conuencior nec habilior reputatus nec magis ydoneus iuxta descripcionem vestram quam ciuitas Auinionensis que si non placet. Ecce Sabaudia. locus in decreto comprehensus. Et declaraui sibi aliquas particulares circumstancias ciuitatum. de quibus replicabat. Finaliter respondebat. quod Auinio non erat comprehensa in decreto. et quod non erat eis habilis nec placebat. de Sabaudia autem dicebat. quod ambasiatores non intellexerant de Sabaudia moncium sed de Sabaudia que est in pedemoncium in ytalia. Ad hoc subridens dixi. quod dicant ambasiatores ipsorum quidquid volunt. Quia sacrum concilium et nos omnes intelleximus de vera Sabaudia. et ita ipsi intellexerunt. et eis fuit declaratum.

Vlterius de bona intencione vel mala parcium quomodo vestri Ambasiatores poterunt esse cognitores vel iudices. Videbant enim per effectum et per experienciam. quod sacrum concilium toto posse insistebant. tam ad procurandum pecunias. tam ad armandum galeas. et alia necessaria faciendum. prout fieri poterat. Quod eciam ipsi iudicarent con-

concilium velle tranſferre curiam ad Auinionem hoc ad eos non pertinebat neque inueſtigare. neque ita palam iudicare talia et aſſerere multum preſumptuoſum et ſcandaloſum fuit et eſt. Et ſe probauerunt non eſſe ambaſiatores. ſed exploratores. et in fine falſificatores. dubia et falſa. tanquam vera et probata aſſerentes. reuera declararunt ſe non fuiſſe miſſos ad ſollicitandum ſed ad perturbandum negocia omnia. prout fecerunt. Et quod peius eſt. pecuniis eccleſie et concilii quoad poſſibilitatem autem perficiendi promiſſa. et neceſſaria omnia. et eſt paratum per graciam dei. ad exequendum omnia que ſequuntur. Qui ſubridens ait. Magiſter iohannes portantur omnia neceſſaria. Ita inquam. At ille vbi ſunt trecenti balliſtarii. vbi ſunt expenſe eorum vbi expenſe duarum galearum. hec pro cuſtodia ciuitatis remanere debencium. vbi decem millia ducatorum caſu quo abſencia noſtra. gwerra huic domui noſtre moueretur a Turcis. vbi denique quindecim millia ducatorum pro expenſis noſtris vſque ad portum. que denique diſpoſicio vlterior dum eſſemus in partibus illis pro inpenſis noſtris.

Dixi prout fueram informatus. Et primo de baliſtariis. quomodo vna nauis ſtatim ventura erat cum ducentis et vltra baliſtariis. Et quod tot erant in galeis quinque qui venerant ſuperflui. quod in fine bonorum et nobilium virorum in arte illa numerum debitum promiſſum et vltra. Quoad inpenſas vero que pro preſenti iuxta formam decreti. hec neceſſarie ſunt. credo. et firmiter teneo. quod ad manum ſunt et in promptu. Reſpondit. quod eram deceptus. et quod ipſe pro vero erat aliter informatus videlicet. quod nec nauis veniebat. nec pecunie neceſſarie erant in promptu. Et quod non venerant iſti niſi ad quandam oſtentacionem. Dixi. probetis et de ſingulis iſtis interrogate eos qui venerunt. Et ſi ſatis fecerint iuxta promiſſa. Si autem defecerint. manifeſtum ſit omnibus. quod per eos et non per vos negocia deficiunt. Reſpondit. quod ſatis debet eſſe eis. quod eorum defectus agnoſcatur. abſque hoc quod ponatur in medium multitudinis. Scio non tantum ab aduerſariis. ſed eciam a domeſticis ipſorum. quod non deſiderant niſi honeſtam licenciam. Addidit quoque. dato eciam quod apportaſſent omnia neceſſaria et eſſent diſpoſita omnia neceſſaria et eſſent diſpoſita omnia et preparata. quia tamen non venerunt in tempore nos non tenemur ire cum eis. Dixi. eſtne hec totalis cauſa. et finalis. propter quam mittitis ire cum galeis concilii. Cum tamen nec vos parati fuiſti in tempore. nec adhuc eſtis. Nam tria Capita principalia deficiunt. ſcilicet. patriarche orientales. qui nec perſonaliter ſunt hic. nec ſufficienter repreſentatiue. vt alias ad plenum extitit declaratum.

Preterea ſepe dictum. quod tempus eſſet propter nos et non nos propter tempus. Quare propter tempus res talis. et tanta non eſt obmittenda. quam ob cauſam eciam ambaſiatoribus iohanni. ſcilicet. diſſipato. et emanueli fuit commiſſum. vt ſi res maiori tempore indigeret. quod poſſent tempus prorogare per totum menſem ſeptembrem vel eciam ad medium octobris. Precipue cum talis prorogacio temporis iuxta dicta veſtra cadebat in maximum commodum veſtrum. tum propter frugum et vinorum collectionem. tum quia ciuitas liberior remaneret et ſecurior ab obſidione Turcorum. tempore yemis. quo propter paludes pluuias et frigora. aduerſarii non poſſent eam poſſidere. nec poſt receſſum noſtrum ſtatim in eam irruere.

Preterea omnia que concluſa ſunt. debent intelligi pro vtraque parte ſemper legitimo et manifeſto impedimento ceſſante. Clarum eſt autem quod ſacrum concilium. tempore debito cepit facere ſuam execucionem quia ordinauit. quod prima die Marcii galee tuum iter et expedicionem inciperent. Quod tempus vſque ad finem May congruum et

ſufficiens omnibus viſum fuerit. Quod igitur in tempore non venerunt. patet de legitimis et manifeſtis impedimentis. que illata. nedum occulte ſed manifeſte fuere cauſa. tam in Auinione. quam alibi. Non igitur ſufficiens cauſa. defectus temporis. vt a promiſſis et compactatio. pars veſtra deficiat. Reſpondit quod non conſtabit eis de huiuſmodi legitimis impedimentis. Et quod noſtri ambaſiatores non prorogauerint tempus. Ideo fuit quia non fuerunt requiſiti. et eciam ſi fuiſſent requiſiti. merito denegare potuiſſent. Ex quo quod videbant impoſſibilitatem. ex parte illorum. qui pro Auinione laborabant promiſſa exequendi. Dixi. quid ergo facietis. Reſpondit. ibimus cum primis galeis pape et dum venerimus in portu in quo habebimus deſcendere. Si reperiamus papam adhuc et concilium in facto loci diſcordare. Laborabimus per aliquod tempus ſtatuendum de concordia ipſorum. Et ſi quidem ſequetur concordi bene quidem. ſin autem ad vnam partem nec ad aliam declinantes. redibimus ad propria per viam quam venimus.

Et hic fuit finis noſtre diſputacionis facte modicum ante declaracionem mentis et voluntatis ipſorum in publicum. Poſt cuius declaracionem receptis pecuniis iuxta formam decreti ab illa parte ſtatim ad iter ſeparare ceperunt. An autem veniant. licet habeam raciones fortes ad vtramque partem. Credo tamen firmiter quod omnino venirent et non deficerent aliquo modo. Sed poſtquam venerint. an illam diligenciam pro concordia faciant. Et an caſu concordia non habita non declinando ad vnam partem vel aliam. vt michi dictum eſt redeant ad propria. non audeo iudicare. Et hec de grecis. et ipſorum aduentu dicta pro preſenti ſufficiant.

IV.

Declaratio S. Concilii Baſileenſis contra exiſtentes in conciliabulo Ferrarienſi.

Sacroſancta ſynodus &c. Ad futuram rei memoriam. Quoniam pridem in decreto noſtro octaue ſeſſionis. quod dominus Eugenius papa quartus in ſua ſolempni adheſione approbaſſe dinoſcitur. Inter cetera decreuimus quod ſi aliqua perſona eccleſiaſtica eciam ſi ſancte romane eccleſie Cardinales aut alia quecunque cuiuſuis ſtatus. gradus aut conditionis exiſtat. Bononiam vel ad alium locum ſub nomine generalis concilii. iſto durante preſumeret accedere vel ibi manere. ſententiam excommunicacionis. et priuacionis omnium dignitatum. beneficiorum. officiorum. et inhabilitacionis ad ipſa incurreret ipſo facto. Et de dignitatibus. beneficiis et officiis talium per omnes. ad quos iure ſpectat. eciam ſi cardinales aut metropolitane eccleſie forent. libere diſponentur. Et conſequenter in alio decreto noſtro XXIX. ſeſſionis. precepit hec ſancta ſynodus. ſub eiſdem penis et cenſuris. quas contrafacientes incurrerent ipſo facto. Vniuerſis ſancte Romane eccleſie Cardinalibus. patriarchis. archiepiſcopis. epiſcopis et aliis quibuſcunque in curia dicti Eugenii pape quarti exiſtentibus. vt in caſu quo ipſe dominus Eugenius in ciuitate Ferrienſi. ſicuti preparare videbatur. vel alibi concilium iſto durante erigere incepiſſet. vel inciperet in futurum. ab eadem curia recederent. Et qui ſynodis generalibus de iure vel conſuetudine intereſſe tenebantur. et hoc ſacrum concilium Baſilienſe. ceteri vero ad loca beneficiorum. vel alibi extra curiam ipſam ſe tranſferrent. Deinde vero illo conuenticulo Ferra-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Decernit autem hec ſancta ſynodus affixionem preſencium in valuis eccleſie maioris Baſilienſis. vim habere denunciacionis et deinde per euitacionem et alia premiſſa arctari et arctatos intelligi vniuerſos. acſi eodem preſentes ad perſonas ſingulorum executiue et particulariter inſinuate fuiſſent.

Pollicetur tamen eadem ſacra ſynodus. que ſolite manſuetudinis ſancte matris eccleſie quam repreſentat quam obliuiſci nunquam poteſt. indempnitati ſtatus illorum ex predictis qui infra XL. dies a datis preſencium inmediate conputandos. predictum conuenticulum abiurauerint et ad hoc ſacrum concilium. ſe ſine fraude contulerint. gracioſe conſulere et benigne prouidere., decernens ex nunc quod de dignitatibus beneficiis vel officiis. talium interim non deerat per quempiam diſponi. Datum in generali congregacione noſtra in eccleſia maiori Baſilienſi. publice celebrata. VI. Idus Auguſti Anno a natiuitate domini M.CCCC.XXXVIII.

V.

Friderici Romanorum Regis ad Eugenium Papam IV. literae.

Beatiſſime pater et domine deſiderauimus hactenus magnopere et adhuc ſincero cordis et compaſſionis affectu deſideramus vt pro pace et vnione eccleſie que proch dolor nimis tamen abſ demeritis vt ſperamus hiis diebus conquaſſatur generale concilium ab omnibus indubitatum in loco tuto et rebus gerendis accomodo quantocius fieri poſſet celebrare. Ad quam rem vt veſtra Beatitudo conſenſum preberet tam nos quam illuſtres principes ſacri imperii Electores oratores noſtros ad eam miſuri ſimus licet in nullo ſicut ſpes erat votiua reſponſa ſucceſſerint cum iudicio veſtro minime aptum medium ad quietem eccleſie viſum ſit. quod nos et dicti oratores aperuimus. Et quippe reſponſionem nobis factam clarius intuentes conſultius fuiſſe pro communi vtilitate putauiſſemus quidem B. V. aliquas clauſulas micius et clemencius poſuiſſet. pro meliori tamen omnia et ſingula interpretantes virorum tymoratorum et tam diuini quam humani iuris pericia habencium freti conſiliis intelligere non valemus que apcior tucior aut alia expedicior via tollendi ſciſmatis eſſe poſſet quam generale agi concilium. Nam id ſwadet et maiorum noſtrorum hoc praxis edocuit. vt in omni eccleſie turbine concilium pro remedio adhiberetur. Nec noſtra tantum hac prefatorum timoratorum ſentencia eſt. Nam ſi id eſſet predictis non obſtantibus plus multo S. V quam nobis ipſis crederemus. Sed nedum electores prefati immo et quam plurimi Chriſtianitatis reges et principes id ſenciunt et ſwadent nos per litteras ſuas vt tanquam ad vocacionem et protectionem eccleſie geſtantes ad id operam demus ſummis precibus adhortantes. Et ne amplius ſubſedeamus vrgentes ſtatuimus ergo recipiendum fore quod communis ſic attollit opinio.

Ideoque iuxta plurimorum deſideria iterum conuocionem prelatorum et principum Germanice nacionis in feſto Sancti Martini proximi apud Nurenbergam indiximus vt finalis illis concluſio ſuper iuſtis et opportunis modis congregandi concilium recipiatur. Et vt omnibus noſtra pateſcat ſinceritas de prefatorum Electorum et aliorum ſacri imperii principum Electorum conſilio ad vniuerſos interim Reges et principes chriſtiane religionis ſcripſimus et vt ipſi prout alias nobis ſignificarunt ad reſtringendum hoc edax incendium

dium quo ſancta affligitur eccleſia velint concurrere. Quapropter etſi preces noſtre ſuperiores incaſſum ierint. Rurſus tamen Beatitudini veſtre ſupplicare decreuimus vt quod antea factum non eſt. nunc velit pro bono communi tocius chriſtiane religionis et pro ſuo debito et honore perficere. Doctosque nautas imitari qui ne pericula ſubeant grauiora tempeſtati ſepius obſecuntur. Sciunt namque in tantum eſſe ceptum curſum cum periculo tenere pocius quam eo comitante communitate tandem peruenire quo placet. Non enim idem aut facere aut docere ſemper tenemur. Sed idem ſemper ſpectare debemus nec laudatam agnouimus in vna ſentencia perpetuam mānſionem ſperamus per B. V. ſane intelligi. Ideo finem ſcribendi facientes eandem in viſceribus iheſu chriſti ſicuti prius iterum exhortamur. vt quid dignitas quid debitum quid religio quid denique de veſtra clemencia exſpectacio ſumma omnium flagitatur prono animo complectatur. nobis ante diem predicte conuencionis de ſua intencione reſcribentes. Nos autem ſi vt arbitramur nunc in hac peticione noſtra veſtram Beatitudinem inclinatam declinatam et affectam videremus vt veritatis et iuſticie defenſores tam ab vniuerſis recognoſcamus. officioſe venerabimur. Datum Wienne die XXV. Iuny anno domini &c. XLIII. Regni vero noſtri anno IIII.

Ad mandàtum domini Regis dominus Caſpar Cancellarius Referente Enea Siluy.

VI.

Eugenii Papae IV. ad Romanorum Regem reſponſio.

Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Cariſſimo in chriſto Filio Friderico in Romanorum regem electo Salutem et apoſtolicam benedictionem.

Litteris quas ex Wienna XXV. Iuny ad nos ſcripſiſti. Reſpondemus. pacis et vnionis eccleſie deſiderium tuum non modo vt continuo dudum fecimus collaudamus. ſed quemadmodum ſepe numero hactenus et nunciis et litteris noſtris. vt quandoque operibus eniteſceret exquiſiuimus. Ita et nunc ardentiſſime efflagitamus quoniam ſi prout continuo hactenus inſtetimus. quorundam hominum impietas odio et ambicione laborancium repreſſa extitiſſet neque labefactare imperii ſanctuarium domini. neque in templum eius ydolum erigere potuiſſent neque tua ſerenitate compati nunc eccleſie conquaſſate oporteret. Nam etſi clare memorie Sigiſmundi Romanorum Imperatoris tempore ſcelus illud imperii pluries intentaſſent. piiſſimo tamen illo principe et pluribus preſulibus Regibus principibus aliiſque timoratis viris renitentibus perficere nequierunt. Nos vero poſteaquam exigentibus Baſilee diſſidium ortum eſt. non modo tuas ſed predeceſſorum tuorum et electorum imperii preces atque ſuaſiones tanti ſemper momenti fecimus. vt facilitate nimia multi graues viri ſingulari doctrina et ſanctimonia prediti nos arguerint.

Sed vt ceteras pene innumerabiles legaciones noſtras tum ad Baſileam tum ad dietas quamplures omittamus. Nemo eſt profecto Fili cariſſime qui legacionem illius celebris memorie Cardinalis ſancte crucis. anno domini Milleſimo quadringenteſimo 38. in dieta Nurnbergenſi expoſitam illius contemptum intelligat qui non facile diiudicet nos omnia que ad pacem congruebant effeciſſe nichilque intemptatum reliquiſſe. Eos vero qui

pro

pro pace concilium petere videbantur aliud quam pacem et ecclesie vnitatem quesisse. Itaque pro ecclesie pace procuranda et vnitate nil ex nobis vllo vnquam tempore defuit. Quod vero tue peticioni et electorum super celebracione alterius concilii generalis in nullo sicuti spes erat votiua responsa nostra successerint. quonam quesiuimus. modo dici potest. quando nobis ycumenicum concilium Florencie celebrantibus in quo tota christi repreſe: tabatur ecclesia. et quod sancte sedis apostolice concurrente tocius orbis patriarcharum consensu firmauit auctoritas et omnipotens deus mirabilium operum gloria sublimauit. transflaturos nos illud esse ad almam vrbem prout fecimus. polliciti sumus. In eoque quidquid circa pacem et ecclesie reformacionem atque vnitatem agendum videretur absoluturos. Indeque prelatos ex omni nacione conuocaturos. cum eisque an aliud numerosius concilium indicere expediret deliberaturos. aliaque plura cum eis tractaturos et disc ssuros. quorum profecto neglectu atque peruerso vsu et errores atque sciſmata et alia m.ra ilia scandala in dei ecclesia exorta sunt.

Decuit nos profecto Fili carissime in tanto negocio prout fecimus mature procedere. et eorum consultaciones potissimum exquirere et expectare quorum auctoritas in ecclesia et in sacris semper conciliis veneranda fuit Quique in parte sunt nostre sollicitudinis assumpti. quod si tua serenitas animaduertisset cognouisset pro certo. quod apostolice sedis dignitate seruata aliter respondere minime potuissemus. Quod autem aliquas responsionis nostre clausulas pro communi vtilitate mitiores esse potuisse tua Serenitas putauisset. si bene consideras nichil a nobis responsum est quod sit a caritate disiunctum. que et si non querat que sua sunt ea tamen que ihesu christi postulat gemitibus inenerrabilibus. et si non irritetur non tamen agit perperam. non consentit malo. non poteramus profecto carissime fili vlterius sine dei offensa de neutralitate silere. quam obseruantes animorum suspensionem vocant. quam eciam christi fides ignorat quidquid in detestacionem eius diximus minus est. multo quam quod et nostra et tua ac aliorum salus exigere videbatur. Crede nobis fili carissime salutis necessitas id expoſcit vt quemadmodum vnam sanctam catholicam atque apostolicam ecclesiam confiteri christiana veritate que christi nomine censentur necessitantur. sic vnum eciam in ecclesia principem vnum gregis dominici pastorem colere et venerari compelluntur Non solum verbo sed operibus et effectu. ne de illis iuxta Ysaiam dici possit. populus iste labiis me honorat. sed cor eius longe est a me qui quidem pastor. vt leo sanctissimus inquit et vniuersarum gencium vocacionem et omnibus apostolis cunctisque patribus preponatur. Vt quamuis in populo dei multi sacerdotes sint multique pastores. omnes propere regat Petrus quos pariter regit et christus.

Et cum sola paucorum hominum impietas cui se omnium regum et principum oratores non modo oppoſuerunt sed publice reclamauerunt et protestati fuerunt. quod tante temeritati nullatenus consentirent. Infelix illud idolum erexerit. hec animorum suspensio in tam notoria impietate locum sibi vendicare non potest. Preterea hec diuisio longe dispar est atque dissimilis ei fili carissime pro qua clare memorie Sigismundus tunc Romanorum rex laborauit. de hac id dicere possumus quod pro iure Cornelii illibato fernando Beatissimus Cipriamus asseuerabat. Factus est inquit Cornelius episcopus de dei et christi eius iudicio de clericorum pene omnium testimonio. de plebis que tunc affuit suffragio. de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum consensu. cum nemo ante se factus esset cum Fabiani locus. id est. cum locus petri et gradus cathedre sacerdotalis vacaret. quo occupato et de dei voluntate atque omnium nostrorum consensione confirmato.

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

breui resumemus aut - - - si prelatis et aliis conuocandis videbitur pro viribus facturos nos esse pollicemur. In quo loco quod nobiscum non concurras plurimum admiramur. Ad locum enim vbertate soli et maritima deductione fertilissimum et a deo tum spiritualibus tum temporalibus dignitatibus honoribus prerogatiuis pre cunctis insignitum ad communem omnium patriam et sancta sanctorum et vnde omnia concilia habuere principia te inuitamus. Ad locum quidem ex cuius tytulo plurimum sublimatus es. in quo et nomen imperii fundamentum accepit et dignitatis corona confertur. Equum esse nobis profecto videtur carissime fili vt tuum in hac parte desiderium desiderio nostro conformetur. Cum ad nos tantum spectat et congregare et auctoritatem prebere conciliis. neque vllum ratum esse potest aut vnquam erit concilium autem in canonibus diffinitum est. quod sedis apostolice non fuerit auctoritate fulcitum.

Verum quoniam in litteris tuis de aduocacione et protectione ecclesie mencio habebatur. voluissemus vt tanquam illius bonus aduocatus antequam has nouas litteras tuas nobis et aliis destinasses. audiuisses nuncios nostros quod ad tuam Serenitatem pro huiusmodi causa iamdiu accedere iusseramus. sperantes quod serenitatem in vno cum electoribus Almannie loco reperiat. et communicato cum eis ac nobiscum consilio id sequi poteras quod ecclesie vtilitas requirere videbatur. Si enim eos audiuisses sperauissemus quod a multis que iam in lucem prodiere abstinuisses. Cumque ab electoribus ad te propere profecturi sint. speramus te sententiam mutaturum. neque suasiones rebellium ecclesie vlterius auditurum. quemadmodum decet officium boni et katholici principis qualem te esse optamus pariter et speramus. Videndum est enim vt protegere te credis ecclesiam oppugnes et dum sanare eius languores cupis maiori vulnere et infirmitate afficias. Recta enim via et a sanctis patribus et a canonibus tradita salus ecclesie procuranda est. Hoc est vt veris semper pontificibus obsequaris. ydolis obsistas. quod pie memorie Carolus magnus et plurimi orthodoxi Imperatores fecerunt quibus semper diuinus fauor illuxit. Scismaticorum autem fautores cum daton et abiron terra deglutiuit. Hoc est. protectionis officium fili carissime in hoc pietas desiderii tui relucere poterit.

Datus est enim catholicis principibus secularibus gladius ad vindictam malorum laudem vero bonorum. De spiritualibus autem presertim vniuersalem ecclesiam concernentibus disponere ad eos christiane religionis lege prohibente non pertinet. quos obsequendi tenet necessitas non imperandi auctoritas. Quod vero regibus principibus atque populis christianis hoc tuum desiderium hanc opinionem patefeceris a deo factum esse putamus. Multi etenim reges et principes orthodoxi et qui sine passione de hiis rebus iudicant: sancti et docti viri horum temporum malignitates ambiciones cupiditates insolencias conspiraciones tumultus odia simultates et nouas et insanas doctrinas considerantes continuo nobis suadent ne in concilium aliquod consenciamus quod a nostra fuerit presencia separatum veriti ne durante hac animorum scissura. omnis congregacio que sine nobis fieret in perniciem vergat ecclesie et mala malis accumulet quam experiencia eciam dum non extarent tot simultatum occasiones Basilienses congregacio docuit.

Horum te iudicia sequi decet fili carissime si te in dieta Nurenbergensi esse contingat vt cuncta que ibi disponas nostre et apostolice sedis vt te decet iudicio et approbacioni submittas. nostro consensu et pace prosequaris pro dei honore pro debito iustitie. pro ecclesie pace. pro imperii tranquillitate. pro tua gloria sempiterna. Quod autem subdes vt doctos nautas imitari velimus qui grauiora pericula subeant tempestatibus sepius obsequuntur. Prudenciam tuam admiramur. nam scire te volumus quod nauis tui licet imme-

immeriti diuina tamen dignacione preſidemus fluctuare poteſt. mergi non poteſt. Itaque non eſt in illa vt in ceteris tempeſtatibus obſequendum ſed pocius admirandum quam pariter obuiandum. Chriſtus regit qui ventis imperat et tranquillum facit qui petrum apoſtolorum principem et primum eccleſie paſtorem fluctus maris ſiccis pedibus calcare precepit. Qui vt idem ſanctiſſimus atque doctiſſimus Leo inquit in accepta fortitudine perſeuerans eccleſie gubernacula nunqnam reliquit. Obſequeremur autem cum prophano ydolo ſi cum ſciſmaticis et hereticis Baſilienſibus quaſi vnam eccleſiam conſtituentem mergeremur. ymmo nauem ipſam in turbilenciores fluctus ſenioreſque procellas impelleremus quod profecto fili cariſſime nimis pernicioſum et abhominabile exemplum eſſet. per quos ſciſmaticorum et hereticorum impietatem ambicionem tyrannidem probare et multos quorum dominia longa ampliora quam Sabaudia ſunt ad illius ydoli impietatem impellere videremur.

Neque nobis ignominia eſt vt Ciprianus inquit. pati a fratribus. quod paſſus eſt chriſtus. nec illis gloria eſt facere quod fecit Iudas. Ignominia foret et periculum eccleſie ſupremum huiuſmodi perſecucionibus cedere. Et vt ſuades huius temporis obſecundare fluctibus. Audi fili cariſſime ſanctiſſimum preſulem Ciprianum ad Cornelium papam loquentem quod ſi ita res eſt. vt nequiſſimorum timeatur audacia et quod mali iure atque equitate non poſſunt temeritate et deſperacione perficiant. actum eſt de epiſcopatus vigore. et eccleſie gubernande ſublimi ac diuina poteſtate. Nec chriſtiani vltra aut durare aut eſſe iam poſſumus. Si ad hoc ventum eſt vt perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus. Nam et gentiles et iudei minantur heretici atque omnes quorum pectora et mentes dyabolus obſedit venenatam rabiem ſuam cottidie furioſam voce teſtantur. non tamen idcirco cedendum eſt. quia minantur aut inde aduerſarius aut inimicus maior eſt Chriſto quia tantum ſibi vendicat et aſſumit in ſeculo manere apud nos debent fidei robur inmobile et ſtabilis atque inconcuſſa virtus. contra omnes incurſus atque impetus oblatrancium fluctuum velut petre obiacentis fortitudine et mole debet obſiſtere. Neque intereſt vnde Epiſcopo aut terror aut periculum veniat qui terroribus et periculis vinit obnoxius. et tantum ſit de ipſis terroribus et periculis glorioſius.

Ad vltimam vero partem littere tue qua laudatum non iudicas in vna ſentencia perpetuam manſionem. Reſpondemus quod vbi nos ewangelica lege artamur et chriſti actio aut doctrina noſtra eſt inſtructio mutare ſententiam non debemus. Ego ſum inquit in euangelio ſaluator. paſtor bonus. bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem et qui non eſt paſtor cuius non ſunt oues prope videt lupum venientem. dimittit oues et fugit et lupus rapit et diſpergit oues. Mercenarius autem fugit quia mercenarius eſt et non pertinet ad eum de ouibus. Hac itaque lege. Ne ex paſtore mercenarius efficiamur ad ſalutarem ouium oberrancium reductionem ad ſancte ſedis apoſtolice auctoritatis defenſionem. iuriumque tuicionem id ſemper ſapere idem dicere atque operari debemus. Hoc boni paſtoris officium eſt cariſſime fili hoc opus Vicarii iheſu chriſti in quo nobiſcum ſi conſenſeris depoſita neutralitate et almam vrbem ad quam nos in itinere poſiti properamus in qua et concilium icomenicum auctore domino aſumpturi ſumus. Oratores tuos miſeris. ſecum de pace chriſtianitatis et de reformacione eccleſie et tranquillitate imperii deliberanda ab inmanitate Teutrorum europa de reparacione terre ſancte et rebus aliis plurimis ad officium et gloriam tuam pertinentibus tractatum habebimus. et auctore domino cuncta bene diſponemus. ibi eciam ſi numeroſius concilium prelatis et aliis vocandis conuocandum videbitur condeſcendemus.

In hiis rebus noſtra et tua dignitas exercenda eſt cariſſime fili. hec chriſtiana religio expoſcit hec eſt et eſſe debet ſumma omnium orthodoxorum Regum principum atque populorum expectacio. Ad ea igitur vt intendere velis te iterum atque iterum exhortamur. Ita non modo vt veritatis et iuſticie defenſor tam ab equis tam iniquis dignoſceris. ſed laudabitur et extolletur nomen tuum in celis et ideo rem gratam et toti chriſtianitati perutilem atque neceſſariam efficies. Cetera et quidem plura que commode litteris committi non poſſunt tue ſerenitati deferent nuncii noſtri quibus iniunximus vt vbicunque per Almanniam fuerit inde propere ad tuam proficiſcentur preſenciam. Hortamur igitur ſerenitatem tuam cariſſime fili. vt cuncta grauiter ponderare velis et tanta moderacione ſuſcipere vt inter nos et ſerenitatem tuam caritas illibata ſeruetur. vt ſic eccleſie et imperii ac tocius chriſtianitatis calamitatibus diuino ſemper munimine preuio pacem boni concordi iudicio ac dei cuncta cernentis timorem ante oculos ſemper habentes occurrere poſſimus. Datum Senis. Anno Incarnacionis dominice M.CCCCXLIII. VIII. Kl. Septembris pontificatus noſtri anno XIII.

Iohannes de Seteccatis.

VII.

Cardinalium Senis congregatorum ad Romanorum Regem litterae.

Sereniſſime &c. Reddite ſunt nobis littere Serenitatis veſtre et quoniam plurimum ſunt conformes litetis quas ad Sereniſſimum dominum noſtrum veſtra Serenitas dedit et beatitudo ſua de conſilio et vnanimi conſenſu noſtro. veſtre Serenitati reſcribat non opus eſt nobis multa reſpondere hanc et eandem reſponſionem eciam noſtram et a nobis factam putate. Verum hoc vnum omittere volumus. quod quando Serenitas veſtra inſticiam et innocenciam Sanctitatis ſue tueri velit et vna cum ſanctitate ſua vt tenetur ad ſuccurrendum calamitatibus eccleſie intendere. Inueniet nos obſequentiſſimos deſiderio ſuo. Alias veriti ne ſub tractatu pacis noua diſſidia et quidem peiora prioribus oboriantur. Sue ſanctitati vt tenemur pro viribus aſſiſtemus et ſancte ſedis apoſtolice auctoritatem iurisdictionem atque libertatem omni ſtudio atque diligencia defendemus. Rogamus igitur maieſtatem veſtram vt ſanctiſſimi domini noſtri reſponſionem maturare ponderare velit et ſue Sanctitatis pariter et noſtris piis deſideriis que prout eſſe debent communia ſunt conformare. Qua in re deo et eccleſie ſue ſancte et nobis preſtabit obſequium ſingulare. Datum Senis anno Incarnacionis dominice MCCCC.XLIII. VIII. Kl. Septembris.

VIII.

Sigismundi Regis literae ad concilium Baſileenſe anno 1431.

Reuerendiſſime ac reuerendi in chriſto patres amici noſtri cariſſimi et ſincere et grate nobis dilecti: Hodie recepimus bullam domini noſtri pape notificante nobis diſſolucionem ſacri Baſilienſis concilii quam ſua ſanctitas hincinde fecit per bullas ſuas publi-

cari

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

producentibus quantum vires noſtre gracia diuina adiutrice valuerint conantes finem ac remedia oportuna adhibere pro quibus cauſis euidenter neceſſariis et maxime arduis hic in ſpiritu ſancto conueniamus tam generalium conciliorum Conſtancienſis et Genen. quam apoſtolica auctoritatibus. Verum antiquus humani generis hoſtis inſidias more ſuo parare volens tot tantiſque bonis que ex hoc ſacro concilio prouenire ſperantur famam vt audiuimus per diuerſa loca diffundere conatur quod hec ſacroſancta ſinodus chriſtiane religioni tam vtilis et neceſſaria auctoritate apoſtolica diſſolui aut prorogari vel in alium locum tranſferri debeat ex quo cum veriſimiliter timeamus nonnullos huiuſmodi rumoribus a ſancto eorum propoſito huc veniendi forſitan retrahendos Ideo tenore preſencium ſignificamus. Nos omnino decreuiſſe in hoc ſancto concilio firmiter permanere et accedente gracia ſpiritus ſancti diligentiſſime laborare ad predicta ſancta opera que inchoauimus perficienda. Nec vlla ex cauſa vel occaſione hinc recedere antequam aliquid efficax remedium circa predicta adhibitum fuerit. Cum euidenter omnibus conſtare poſſit ex diſſolucione huius ſacri concilii ſecutura fidei catholice ſtatus eccleſiaſtici et tocius chriſtiane religionis ruinam et deſolacionem ſperamus et pro certo tenemus attenta fama integritatis et ſanctitatis vite ſanctiſſimi domini noſtri domini Eugenii pape moderni. ipſum omnem fauorem et auxilium daturum ad conſeruandum hoc ſacrum concilium. Nec quiſquam aliquo modo credat quibuſcunque perſonis aut litteris aliud aſſerentibus et ob hanc rem ad mentem noſtram plenius explicandam vt ſanctitas dicti domini noſtri male informata melius informetur ad reuocandum facta ſi qua ſint huiuſmodi.

Iam noſt.os ſolempnes deſtinauimus ad ſuam ſanctitatem ambaſiatores. Ex ipſius enim ſacri concilii diſſolucionem certitudinaliter ſequeretur hereſum deformitatum guerrarum et odiorum induracio ac eciam multiplicacio que a finibus chriſtianorum non poſſent deleri poſtmodum et extirpari. Noſtre quippe profeſſionis eſt nos exponere muris pro domo dei et eam defenſare aduerſus tam inminencia pericula potiſſime nunc temporis quo ad dictam noſtram ſanctam Sinodum ſperamus Bohemos aduenire in katholice fidei vnionem nobiſcum reduci. Nam noſtras litteras quibus ad itidem eoſdem mouebamus ſalubriter et caritatiue honeſte et reuerenter receptas intelleximus.

Ceterum pax et concordia regum et principum ac comitatum quibus ſuper hiis noſtras litteras direximus per hec preſens concilium efficienda ſperatur. Propter que ſaluberrima opera ſpiritus ſancti qui huius ſacri concilii cuſtos eſt et protector adiutrice gracia perficienda. Hic de omni regione conuenimus atque in publica ſeſſione noſtra XIII. decembris primo in maiori huius ciuitatis eccleſia celebrata per noſtra decreta in hoc ſacro concilio permanere ſtatuimus. quouſque prefati nuncii vtique ac plurimum fructuoſi effectus votiuos fines ſorciantur quantum ex alto conceſſum fuerit. Et demum ad corroborandum mentes chriſti fidelium pro firmitate et ſtabilimento dicti ſacri concilii Baſilienſis et obuiandum calumpniis ſedicionibus et diuerſis periculis que eminent et obuenire poſſent in futurum.

Hec ſacroſancta Sinodus veſtigiis ſupradicti ſacri concilii conſtancienſis ſalubriter inherendo die veneris XV. Febr. nonnulla decreta et conſtituciones eiuſdem ſacri concilii Conſtancienſis aliis huius ſacre ſinodi decretis inſerendo ex illis ſtatuit et diffiniuit que eidem citra premiſſa oportuna videbantur. Ea propter vos vniuerſos et ſingulos chriſti fideles in domino obſecramus pro huius noſtre ſacre ſinodi ſalubri directione et felici ſucceſſu diuinam clemenciam deuocius exorare. necnon et ſique littere cedule ſcripta mandata quocunque nomine cenſeantur a quibuſcunque perſonis inueneritis aut receperitis

itis noſtre huic ſancte intencioni obuiamus. aut ſaluberrimos effectus prefatos quoquo nodo impediencia nobis indilate tranſmittere curetis nec eiſdem adherere aut a ſinceriate quam noſtre congregacioni geritis vllatenus recedere velitis quocunque colore. Reerendos autem patres dominos prelatos ceteros qui de iure vel conſuetudine ad ſacram eneralem ſinodum venire tenentur. Admonemus et eis mandamus ſub penis iuris ac ſub ebito iuramenti quatenus celerrime ad noſtram congregacionem accedant in propria erſona aut ſi corporali impedimento fuerint detenti venerabiles et doctos viros de ſuis ccleſiis bene inſtructos deſtinare non obmittant. Sic autem facientes chriſto cuius cauam gerimus maxime placebitis. Eccleſie ſue ſancte ymmo et toti chriſtianitati dignum amulatum prebebitis. Vos eciam vere fideles dei honorem et eccleſie ſue melioracionem olentes et affectantes monſtrabitis atque graciam in preſenti et gloriam in futuro poſdebitis quam vobis conferre dignetur ſpiritus ſanctus. Amen &c. Datum Baſilee die lue XVIII. menſis Februarii. Anno domini Mill.CCCC.XXXII. ſub ſigillo Reuerendi in hriſto patris domini Philiperti Epiſcopi Rothomagenſis prouincie preſentibus appreſſo &c.

X.

Eugenii Papae bulla contra decretum Conſtantienſe pro ſubuerſione autoritatis conciliorum ad Pariſienſem aliasque vniuerſitates miſſa.

Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Rectori et vniuerſitati ſtudii ariſienſis ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Etſi non dubitemus que ſcripturi ſumus iam dudum ad veſtram noticiam peruenisſe uoniam Baſilienſis Sinagoge iniquitas celum et terras quaſi zodoma ſuo clamore comleuit. Tamen cum eiusdem venena eciam fidei fundamenta conentur euertere tacere ut diſſimulare non poſſumus. verum et prouidere compellimur quo ſaluti religionis et ldei conſulamus ſcientes inſtituendi ſummi pontificii in euangelica lege cauſam eam poiſſimum extitiſſe vt fidei ledatur integritas. Vos ad tante impietati occurrendum exciare compellimur vt zelo iuſticie et veritatis induti ſacrilegis Baſilienſis auſibus ſicut et rofeſſionis veſtre racio exigit viriliter reſiſtatis. ne adinuencionibus ſuis euangelii veriate corrumpere molientes contra ſtabilite et ab inicio predicate fidei fundamenta pleoſque indoctos ſimpliceſque ſeducant. Preuidebat apoſtolus paulus qui ſpiritum dei ſe abere ſenciebat. talia hominum futura portenta quibus in periculum traheretur eccleſia. ropterea ad Timotheum ſcribens preſentes futurosque monebat dicens. Hoc autem ſcio quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa. et erunt homines ſeipſos amanes. cupidi. elati ſuperbi blaſphemi parentibus inobedientes. ingrati ſceleſti. ſine affeccione. ſine pace. criminatores. incontinentes. inmites ſine benignitate. proditores. proterui. umidi. ceci. voluptatum amatores magis quam dei. habentes quidem ſpeciem pietatis irtutem autem eius abnegantes. et hos deuita et ne ob tantam maliciam eſſet de donini miſericordia deſperandum quod veritati falſitas et pietati preualet et impietas. Conolabatur fideles. dicens. Quemadmodum autem ianues et mambres reſtiterunt Moyſi. ita

et

et hii reſiſtunt veritati. homines corrupti mente. reprobi circa fidem. ſed vltima non proficient inſipiencia enim illorum manifeſta erit omnibus ſicut et eorum fuit.

Hos nouiſſimos dies dilectiſſimi inpreſenciarum adeſſe ſentimus tempora periculoſiſſima inminere cernentes quibus filio perdicionis et mortis preparetur ingreſſus. niſi opportune ipſis nouis adinuencionibus occurratur. Quando enim periculoſiora tempora inſtare potuerunt quam cum vno impetu tocius fidei fundamenta quaciuntur. quod fieri neceſſe eſt cum ſedes apoſtolica inpetitur que katholice fidei et religionis eſt cuſtos. Quis enim chriſti Baptiſmate conſecratus poſſit ignorare vel debeat ad fidei pertinere ſubſtanciam et inter credibilia quodamodo origine primarium vt vnam ſanctam et katholicam et ap ſtolicam co fiteamur eccleſiam. Quis porro non intelligat hanc eccleſie vnitatem Baſilienſium impietate violari cum aut duas ſupremas introducunt in dei eccleſia poteſtates. aut ſi vnam tantum contendant auctoritatis ſummum apicem a ſede apoſtolica euacuare conantur quod et euangelio et fidei hactenus obſeruate ac omnium ſanctorum doctrine et veſtre racioni penitus contradicit.

Quis enim euangelii vel ſurdus auditor ignoret beatiſſimo Petro omnium apoſtolorum principi tocius gregis dominici curam fuiſſe mandatam et ipſum in vniuerſali eccleſia et ſuper vniuerſalem eccleſiam diſperſam per orbem terrarum vel concilialiter congregatam fuiſſe ſupremum pontificem conſtitutum. vt iheſu chriſti domini noſtri vice cum ſuis ſucceſſoribus fungeretur omnium auctoritate et poteſtate munitus que vſque in finem ſeculi eccleſie neceſſaria videretur. Hoc non tantum katholica credit eccleſia. verum eciam hy qui nondum colla chriſti vice fungatur et plenariam obtineat poteſtatem. hanc non potuerunt inpiorum machinamenta conuellere. quamuis ad tempus impugnare ſinantur. quoniam quod dei filius in aſſumpta humanitate fundauit ordinauit erexit celum et terra omniſque creatura inmutare non poterunt. Legant iſti ceci et in clariſſimo lumine non videntes euangelicas litteras concilia in occidentali et orientali eccleſia celebrata. percurrant ſanctiſſimos doctores quos apoſtolice ſedis et quinte Sinodi apud conſtantinopolim celebrate. probault auctoritas diligenter. Inquirant ſcrutentur propinquorum temporum magiſtros atque doctores quibus ducibus vobis ſcripturarum archana et ſanctorum doctorum ſentencie claruerunt. Inuenient vniuerſam ad hanc intelligenciam conſeruare.

Longum nimis eſſet pro epiſtolari anguſtia cuncta percurrere vt in conſpectum ſingula hanc rem ſpectancia ponerentur. Verum quoniam vt ait apoſtolus ſcientibus legem loquimur et ſapienciam loquimur inter profectos ſilencio illa tranſimus. In hanc vero impietatem ea racione deciderunt iſti euangelii corruptores. quod intelligenciam ſcripturarum non a katholicis ſanctiſque doctoribus ſed ab hereſiarchis atque ſciſmaticis vendicare voluerunt. Quas enim ſcripturas peruerſe intellectas illi ad robur erroris ſui ſumendas eſſe crediderunt. eiſdem iſti ſe munire contendunt. Fuerunt Nouaciani et donatiſte nephandorum ſciſmatum et hereſum inuentores quibuſdam ſcripturarum locis ſuis erroribus blandientes. Baſilienſes horum genimina viperarum eadem ad robur ſue inpietatis aſſiſtunt. Quo enim maiore robore ſe munire conantur quam quod vbi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo ibi ſum ego in medio eorum. Hinc ſe habere ſancti ſpiritus preſencia profitentur. hinc ſe dicunt errare non poſſe. hinc ſibi in chriſti eccleſia apicem auctoritatis vſurpant. Et quo alio capite Nouaciani ſuum ſciſma munierunt. Teſtis eſt martir glorioſiſſimus Ciprianus in eo opere in quo de vnitate diſſeruit. cuius quanta fuerit in eccleſia dei auctoritas teſtis eſt contra pelagianos Aurelius Auguſtinus.

Dicit

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

vna fides vnum baptiſma. vna eſt eccleſia catholica in omni terrarum orbe diffuſa. vnaque eſt plenitudo eccleſiaſtice poteſtatis in beato petro apoſtolorum principe collocata que eadem nec maior aut minor in ſuis ſucceſſoribus vſque in finem ſeculi perſeuerat. Quod potuit Petrus hoc Sylueſter hoc Leo hoc ceteri potuere pontifices. Et quod illi potuere nos poſſumus. Nec ſi in predeceſſoribus noſtris apoſtolica ſedes conciliis auctoritatem preſtare conſueuit et legitime ſancta firmare perpera vero et iniuſte actitata dampnare temporibus noſtris debent ab hac auctoritate cecidiſſe. Nam et ſi ſumus impares meritis non tamen imparis poteſtatis. Aliud enim inquit beatiſſimus Leo ſunt merita preſulum aliud ſunt iura et priuilegia ſedium. Nicene ſinodo auctoritatem dedit Beatiſſimus Silueſter ſinodum conuocando preſidentes vice ſua ibidem deſtinando geſtis concilialibus firmitatem roburque preſtando. Extant ad ipſum. Nicene ſinodi littere quibus patres cum ſumma humilitate depoſcunt vt ibidem geſta apoſtolice ſedis auctoritate confirmet. Extant ipſius littere quibus in ſinodo Rome celebrata habito diligenti diſcuſſionis examine Nicene ſinodi geſta confirmat. Pariter beate memorie Celeſtinus primam Epheſinam ſinodum apoſtolica auctoritate firmauit nomine ſuo certos ibi ſtatuens preſidere. Cum vero Neſtoriana peſte dampnata Euticiana inſurrexiſſet impietas et ad illam funditus abolendam ſecundo apud Epheſum Theodoſii iunioris tempore ſinodus vocaretur eam Beatiſſimus Leo apoſtolica auctoritate firmat miſſis Iulio Epiſcopo Renato preſbytero. Hillano dyacono qui ſuo nomine preſiderent. Cumque dioſcorus Alexandrinus antiſtes eam ſinodum ad approbacionem Euticiani erroris vi et arte traxiſſet et apoſtolicis preſidentibus vim quo ſubſcriberent inferre voluiſſet ac fugam ſubire coegiſſet. Beatiſſimus Leo dictam ſinodum vniuerſalem atque plenariam et auctoritate ſubmouit et dampnatis factionis impie auctoribus Calcedonenſem Sinodum in correpcionem illius conuocauit in qua eliminata Euticiani erroris inſania Dioſcorus pro ſua temeritate et impietate mulctatus eſt. Ad eam ſinodum miſſi ſunt Paſcaſinus et Lucenſius Epiſcopi. Bonifacius et Baſilius preſbyteri qui ſedis apoſtolice nomine preſiderent. Verum cum terminato concilio acta ſinodalia confirmari auctoritate apoſtolica patres ſinodi humiliter poſtulaſſent. Beatiſſimus Leo ea duntaxat cenſuit confirmanda que ad materiam fidei pertinerent. Quod autem Conſtantinopolitane ſedi in Alexandrine et Antiochene preiudicium fuiſſet indultum quamuis in ea re preſidentes ſuo nomine ſubſcripſiſſent tanquam indignum iniuſtumque reiecit aſſerens eam ſinodum ad extinguendam ſolum hereſim ac confirmacionem fidei katholice congregatam et preſidentes ſuis facultatem in ea ſola re fuiſſe conceſſam. Extant ipſius beatiſſimi Leonis littere que hec omnia ita ſe habere teſtantur. Ex quibus euidenter elucet concilia plenaria ſemper auctoritatem a ſede apoſtolica ſuſcepiſſe. nec ſine illa aliquid virtutis aut roboris habuiſſe et de ipſis iudicandi apud eandem ſemper facultatem iudicium reſediſſe.

Geſta eciam eccleſiaſtica procurrenti clariſſime datur intueri conuocatas ſinodos perſepe magnis ſimultatibus et diſſenſionibus laboraſſe niſique aſſuiſſet apoſtolice ſedis auctoritas eccleſiam magno diſſidii vulnere perituram multis excellentiſſimis et in eccleſia dei preſtantiſſimis patribus iniqua factione pereuntibus. que ita ſe habere Beatiſſimo Gelaſio referente cognoſcimus. Ait enim ad epiſcopos per Dardaniam conſtitutos cuncta per mundum nouit eccleſia. Quoniam quorumlibet ſententciis ligata pontificum ſedes beati petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi vtpote que de omni eccleſia fas habeat iudicandi neque cuiquam de eius liceat iudicio ſiquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari volunt ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus videlicet nec illa preterimus

inus quod apostolica sedes sine vlla sinodo precedente soluendi quos sinodus inique dampnauerat et dampnandum nulla extante sinodo quos oportuit habuerit facultatem. Sancte memorie quippe Athanasium sinodus orientalis addixerat quem tamen exceptum sedes apostolica quia dampnacioni grecorum non consensit absoluit. Sancte memorie nichilominus Iohannem Constantinopolitana sinodus eciam katholicorum presulum certe damnauit quem simili modo sedes apostolica eciam sola quia non consensit absoluit. Itemque sanctum Flauianum pontificem grecorum congregacione dampnatum pari tenore quoniam sola sedes apostolica non consensit absoluit. Pociusque qui illic receptus fuerat Dioscorum secunde sedis presulem sua auctoritate damnauit et impiam secundam synodum Ephesinam non consenciendo sola submouit ac pro veritate vt sinodus Calcedonensis fieret sola decreuit in qua pontificibus innumeris qui latrocinio corruerant Ephesino veniam poscentibus sola concessit et in sua perfidia permanentes nichilominus sua auctoritate prostrauit quam congregacio que ibi pro veritate reparanda collecta fuerat est secuta. Quoniam sicut id quod prima sedes non probauerat constare non potuit sic quod illa censuit iudicandum. ecclesia tota suscepit.

Nonne Beatissimus Gelasius Basilienssium frontes atque oculos euidentissima rerum demonstracione confodit. Et nisi in clarissimo solis iubare ceci esse persistent coguntur aduertere quanto errore teneantur. verum quod Ieronimus scribit in illis dubitamus impleri hereticum confundi posse emendari non posse dicit enim apostolus paulus hereticum hominem post primam aut secundam correcionem deuita. sciens quia subuersus est qui eiusmodi est et derelinquetur proprio iudicio quod priuatus.

Ceterum si quis generales sinodos occidentalis ecclesie mente percurrat inueniet apostolicam sedem non modo auctoritatem roburque dedisse verum in eis semper magisterium iudiciumque tenuisse. Celebrauit Alexander III. vnum Lateranensem Sinodum aliam Innocencius III. Remensem. Eugenius III. Lugdunensem vnam. Innocencius III. aliam. Gregorius V. Viennensem. Clemens V. plures. Preterea ante istas diuersi celebrauere pontifices. Verum in omnibus ex sola robur habuere. que apostolice sedis sanxit auctoritas. Cum scirent patres in sinodis congregati gesta sinodalia firmitate ab apostolice sedis auctoritate suscipere in qua dominus tocius ecclesie posuit principatum. Denique omnia decreta sinodica declarandi interpretandi. dispensandi a christiane religionis exordio apud apostolicam sedem semper mansit. auctoritas nulla per quamcunque sinodum potestate concessa sed ex sola plenitudine potestatis in beato petro domini et saluatoris nostri voce collata vt enim inquit Nicolaus II. ad mediolanenses Romanam ecclesiam solus ipse fundauit et supra petram fidei mox nascentis erexit. Qui beato Petro eterne vite claui-gero terreni simul et celestis imperii iura commisit non ergo quemlibet terrena sentencia. Sed illud verbum quo constructum est celum et terra per quod denique omnia conlita sunt elementa Romanam fundauit ecclesiam. illius certe priuilegio vtitur. illius auctoritate fulcitur. vnde non dubium. quia quisquis cuiuslibet ecclesie ius suum detrahit iusticiam facit. Qui autem Romane ecclesie priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum aufferre conatur hic procul dubio in heresim labitur. Et cum ille notetur iniustus hic est dicendus hereticus. Fidem quippe violat qui aduersus illam agit que mater est fidei. Et ille contumax inuenitur qui eam vniuersis ecclesiis pretulisse cognoscitur. Et Nycolaus primus ad Michahelem imperatorem grecorum inquit Romane ecclesie priuilegia christi ore in beato petro firmata in ecclesia ipsa disposita antiquitus obseruata et a sanctis vniuersalibus sinodis celebrata atque a cuncta ecclesia iugiter ve-

nerata

nerata nullatenus poſſunt minui. nullatenus infringi nullatenus commutari quoniam fundamentum quod deus poſuit humanus ꝛoı valet ammouere conatus. Et quod ſtatuit firmum validumque conſiſtit. illeque plurimum peccat qui dei ordinacionem temptat reſiſtere. priuilegia inquam iſtius ſedis perpetua ſunt diuinitus ſunt radicata atque plantata ſunt. inpingi poſſunt tranſferri non poſſunt. trahi poſſunt euelli non poſſunt. Que ante imperium noſtrum fuerunt et permanent deo gracias hactenus illibata manebuntque poſt nos. Et quouſque chriſtianum nomen predicatum fuerit non ceſſabunt inmutilata ſubſiſtere.

Videtis dilecti filii quid predeceſſores noſtri veri katholici ſanctique pontifices de ſedis apoſtolice auctoritate tenuerunt. Videtis quid ſacra concilia orientalis et occidentalis eccleſie verbo atque opere docuerunt. Cum ergo vna et eadem a beato petro in ſuis ſucceſſoribus perſeuerat auctoritas. Satis admirari de Baſilienſium impietate non poſſumus. qui apoſtolice ſedis auctoritatem que iam mille et quadringentis annis intemerata permanſit noſtris diebus temerare et mutilare contendunt. Et quod beatiſſimus Leo in ſubmouendo Epheſina ſinodo et Calcedonenſi ſubſtituenda potuit et perfecit. Nos in Baſilienſi concilio ſubmouendo et Ferrarienſi ſubſtituendo non potuiſſe ſubmurmurant. Cum tales et tante cauſe eius tranſlationis extiterint. vt maiores in eccleſia dei eſſe non poſſent ſicut et Baſilienſes ipſi cum concilium ibidem noſtra auctoritate vigeret decreto publice edito ſunt profeſſi. Aiunt enim nichil felicius aut glorioſius eccleſie dei poſſe contingere quam quod tot populi orientalis eccleſie qui numeroſitate ſua fere occidentalis eccleſie populos adequarentur nobiſcum in eiuſdem fidei vnitate iungerentur. nichilque ſalubrius ab exordio naſcentis eccleſie in chriſtiano populo contigiſſe quam quod tam diuturnum ſciſma de medio tolleretur. Nichilque obmittendum eſſe dicebant quo tante rei fine fruerentur et non tantum mundi huius caducam ſubſtanciam ſed animam debere ſimul et corpus impendi. Demonſtrant Baſilienſes hiis verbis quanta cecitate teneantur quantaque ſit ſui ſceleris magnitudo dum rem tanto preconio tamque ſublimi predicacione laudatam impoſterum tam imprudenter tam impie impedire conati ſunt. Nephandum ſciſma quod vt inquit Auguſtinus omnia ſacrilegia excedit in occidentali eccleſia ſuſcitantes. ne ſciſma orientalis eccleſie de medio tolleretur.

O quantum mentita eſt iniquitas ſibi. pollicebantur orbi terrarum magno et inſigni tytulo ſpiritum ſanctum quem congregacionis ſue profitebantur auctorem. ſe ad chriſtiani populi pacem vnitatemque collectos. Verum patris ſui Belial ſemitas incedentes adunata diuidere. collecta diſpergere omni vigilancia ſtuduerunt. Abhominandum deſolacionis ydolum in dei eccleſia ſtatuentes. Ceterum et ante tranſlacionem noſtram ipſa Baſilienſis ſinodus ſeipſam per decretum ſinodale tranſtulerat ſaniori parte concilii ad quam eligendi loci pro grecis auctoritas iure fuerat deuoluta tranſlacionem huiuſmodi faciendo noſtrorum eciam preſidencium et noſtra auctoritate fungencium accedente conſenſu. Huic tranſlacioni oratores grecorum Baſilee per id temporis commorantes preſtiterunt conſenſum clare perſpicientes alia via haberi non poſſe ſancte vnionis effectum idque publice proteſtantes. Propterea nobis Bononie ſupplicarunt vt tranſlacione predicte auctoritatem adicientes rem ipſam que per alium expediri non poſſe videbatur exequi dignaremur quod tandem cum maximis laboribus et expenſis deo adiuuante perfecimus. Nos ergo conſequenti tempore concilium illud auctoritate apoſtolica tranſtulimus multis racionabilibus et notoriis cauſis plenius continetur. Ex ea congregacione quantus eccleſie dei honor et fructus acceſſerit eciam hoſtes tam ſancti operis credimus non latere. Sublatum eſt eciam illud Armenorum ſciſma diuturnum qui fere mille annis et greci quaſi quingentis a Ro-

mane

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

mum Auguſtinum de vnico baptiſmo contra donatiſtas. Ait enim quis autem neſciat ſanctam ſcripturam canonicam tam veteris quam noui teſtamenti certis ſuis terminis contineri eamque omnibus poſterioribus Epiſcoporum litteris ita preponi vt de illa omnino dubitari et diſceptari non poſſit vtrum verum vel rectum ſit quidquid in ea ſcriptum eſſe conſtiterit. Epiſcoporum autem litteras que poſt confirmatum canonem vel ſcripte ſunt vel ſcriberentur et per ſermonem forte ſapienciorem cuiuſlibet in ea re pericioris et per aliorum Epiſcoporum grauiorem auctoritatem doctioremque prudentiam et per concilia licere repcherdi ſi quid in eis forte a veritate deuiatum eſt. Et ipſa concilia que per ſingulas regiones vel prouincias fuerit plenariorum conciliorum auctoritati que fuerit in vniuerſo orbe chriſtiano ſine vllis ambagibus cedere ipſaque plenaria ſepe peiora poſterioribus emendati cum aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat et cognoſcitur quod latebat ſine vllo typo ſacrilege ſuperbie ſine vlla inflata ceruice arrogancie ſine vlla contempcione liuide inuidie cum ſancta humilitate cum pace katholica cum caritate chriſtiana.

Ceterum vt aliquid de decreti illius Conſtancie editi qualitate tangamus. conſtat per id temporis eccleſiam tribus obedienciis fuiſſe diuiſam. Conſtat et ſinodum illam hunc habuiſſe progreſſum vt in ſui principio Iohannis XXIII. obediencia ſola conueuerit. Poſt aliquantum temporis Gregorii. vltimo Benedicti. Non dixit obediencia Gregorii non Benedicti que chriſtianitatis pars non modica erat ante tempus conuencionis ſue plenarie auctoritate ſuſcepit. Itaque oportuit ipſis conuenientibus primo ab obediencia Gregorii deinde ab obediencia Benedicti nouum concilium conuocari tuncque vniuerſa eccleſia concurrentis plenarie ſinodi rem et nomen accepit. Quod ergo ante illum articulum temporis a patribus ibidem conſedentibus actum eſt. vniuerſe eccleſie non debet aſcribi. ſed eis tantum qui ibidem conſedebant et vnius tantum obediencie ſinodum faciebant. Nec tamen hy omnes in eam ſentenciam concurrerunt. Sed nonnulli reclamauere grauiores qui ſtrepenti multitudine ſuperati ſicut hy nouiſſimis temporibus quibus carnales exuberant paſſiones factum eſſe manifeſtum eſt audiri nequiuerunt. Nec propterea Conſtancienſis concilii concluſo reuocatur in dubium qua ſciſmatis diuturni fetore depulſo actum eſt vt eccleſia vno capite et chriſti vicario potiretur. Quoniam decreto illo eciam non edito non minus eliminari ſciſma potuiſſet. Ceterum nec plenaria ſinodus quouis tempore congregata apoſtolice ſedis auctoritatem valuiſſet infringere quoniam ſicut iheſu chriſti domini noſtri fuit eam inſtituere ita ad eum ſolum minuere aut deſtituere pertinebat.

Cum ergo in conciliis eciam legitime congregatis poſſint varie affectiones et diuerſe contingere ſimultates quibus in periculum traherctur eccleſia vt beatiſſimus Leo et plerique predeceſſores noſtri magna experiencia didicerunt. Et nos qui viuimus et reſidui ſumus pedibuſque palpamus. Non potuit aliqua vniuerſalis ſinodi conſtitucione decerni vt in nullum euentum poſſet Romanus pontifex congregatam ſinodum ſubmouere. nec poſſet ſeipſum huius legis vinculo coartare ſine graui ſalutis ſue diſpendio ſine ſedis apoſtolice preiudicio ſine fidei et vniuerſe eccleſie grauiſſimo ineuitabilique periculo. Nec hoc ſtatuit Conſtancienſe concilium ſed generali lege decreuit ſinodum non debere tranſferri neceſſitatis aut euidentis vtilitatis articulum non excludens.

Videtis dilecti filii que inimicus ſalutis humane his nouiſſimis temporibus venena ſeminauerit vt vniuerſam eccleſiam vulneraret et ipſum chriſti corpus quod ſub ipſa paſſione crucifixores ſcindere nequiuerunt crudeliſſime laceraret. Videtis hoc calle patefacto omnibus hereſibus aditum aperiri apoſtolice ſedis auctoritate contempta que omnes ef-

fugare

fugare consueuit. Occurrendum ergo est dilecti filii et omni studio resistendum vt venena ista depereant. Vos ergo dilecti filii quos non tantum titulus christianitatis. verum eciam professionis adstringit. Adeste katholice fidei adeste illi que nostre est origo dignitatis. illi rependite vicem illi affectum reddite filialem. milites christi estis quoniam fidei militatis. Contra has ergo hostis insidias vigilem exhibete miliciam. Adeste fortiter adeste constanter vt iuxta apostolum peregrinis et variis doctrinis abdicatis fundatissima fides christiane religionis exordio predicate a sanctis patribus declarata a sacris sinodis obseruata in sua integritate permaneat et impiorum adinuenciones garrule et aniles fabule conticescant ab eo coronam inmarcessibilem percepturi cuius ecclesia tam turpiter et impie laceratur. et in cuius sanctis litteris legitur. Qui autem ad iusticiam erudiunt alios lucebunt sicut stelle in perpetuas eternitates. Datum Florencie anno incarnacionis d. Millesimo quadringentesimo quadragesimo primo XII. Kls May. Pontificatus nostri anno vndecimo &c.

Blondus manus Secretarii pape
Io. de Angeroles manus scriptoris.

XI.

Iuliani Cardinalis et Legati literae ad Eugenium Papam pro Bohemorum reconciliatione.

Beatissime pater post deuota pedum oscula beatorum. Iam nunc vniuersus cognoscat orbis in viscera patere ne caritatem et zelum domus domini vestra S. habeat an missa sit ad pacem vel ad dissidium an ad congregandum vel dispergendum an bonus ille pastor sitis qui animam suam pro ouibus suis ponat. Ecce iam hostium aperiri incipit per quod oues perdite ad proprium ouile regressure sunt. Ecce iam spes est in ianuis reconciliacionis Bohemorum. Si v. S. hoc diuinum opus prout tenetur adiuuet ac promoueat gloriam in celo et in terra perpetuam consequetur. Si forsitan quod nullatenus credendum est impedire conetur omnes illam arguent impietatis celum et terra aduersus illam conspirabunt. Nemo erit qui eam non deserat. Nam quomodo ille sequendus est cum ecclesie pacem et quietem vnico verbo dare possit id facere recuset. Sed meliorem iam spem concipio quodammodo easdem S. sine vlla excusacione tota mente huic sacro fauebit et gracias omnipotenti deo quod pro tanto bono ista congregacio hinc non discesserit. Ecce legati huius sacri concilii ex Egra cum leticia et exultacione redeuntes referunt quemadmodum per graciam spiritus sancti firmiter concluserint cum ambasiatoribus Bohemorum videlicet Pragensium Orphanorum et. Taboritarum. Inter quos affuerunt ductores exercituum illius gentis presertim Procopius quod solempnis ambassiata omnium statuum regni ad concilium Basiliense venire debeant. Postquam per concilium saluus conductus in forma conducta ad eos remissus fuerit. quod sine mora fiet miro gaudio letatisque ad celum manibus hec sancta congregacio exhilarata est. Necnon isti nostri ambassiatores asserunt cum tanta caritate hoc negocium in Egra tractatum fore et talia apud illos Bohemos vidisse et coniecturasse quod maximam spem reductionis illorum merito concipiant et tandem se tenerrime amplectationis cum lacrimis leticie ex Egra ne-

cessitie

ceſſiſſe ipſis Bohemis noſtros rogantibus vt hoc negocium quantocius expediretur. Multa eciam referunt in huiuſmodi tractatu interueniſſe que ſi quis audiens non lacrimetur pre gaudio iudicare ſe poterit chriſto modicum affici de tribus, autem quatuor articulorum non videntur facere difficultatem de quarto videlicet communionis ſub vtraque ſpecie ſpes eſt quod conſequantur iudicium concilii.

Quis ergo iam audeat conſulere V. S. quod in propoſito diſſolucionis amplius perſeuerat quin ymmo ſi nunquam indictum fuiſſet hoc concilium pro tanta ſpe et caritate in hoc loco indici deberet. quam laudabiliter S. V. ſi dimiſſa Italia et omnibus rebus adhuc perſonaliter ſe conferet eciam ſi neceſſario foret vehiculo deferri. Cuſtodia autem defenſio patrimonii temporalis eccleſie optime per legatos et vicarios poſſet diſponi. Hoc eſt verum patrimonium eccleſie lucrifacere animas. Non enim eccleſia eſt congeries lapidum et murorum Non cuſtodem vos fecit chriſtus caſtrorum et menium ſed paſtorem animarum. Proinde quod magis neceſſarium eſt et chriſto carius id in propria perſona agendum eſt cetera per ſubſtitutos. Ita fecerunt apoſtoli qui vt liberius intenderent predicacioni verbi dei ſeptem inſtituerunt qui vacarent menſis et inferiorium rerum adminiſtracioni.

Audio per dei graciam de die in diem melius conualeſcere S. V. et ſi per pedes vt dicitur aliquas eccleſias nunc viſitare forſitan huc per equos poſſet accedere. Ad rem autem vtiliorem et ſuo officio magis congruentem ire non poſſet quam ad locum vnde ſeparantur innumerabilia bona peruenire. Recogitet aliquando S. V. in quibus actibus chriſtus cuius vicarius eſtis et beatus petrus cuius ſucceſſor eſtis. et alii apoſtoli et ſancti pontifices exercuerunt ipſis ſicut officio ſucceditis ita ſuccedatis et moribus. Quodſi forſan eadem S. V. nequeat huc venire conſulo vt pro tanto bono mittatis maiorem partem Reuerendiſſimorum dominorum cardinalium curie Romane et mandet prelatis quibuſcunque vt huc ſe conferant. Non retrahat neque impediat ſiout fama eſt volentes venire quin pocius adhuc veniendum alliciat. Credat S. V. michi quem ſolum caritas ad conſulendum inſtigat. Nolite ſeparari a membris veſtris fouete filios tanquam gallina pullos ſuos ſub alis ſuis. Si forte nec aliquis velit deſtinare ſaltem vnicam verbum hoc dicat. Placet vt fiat Baſilienſe concilium. Hys eciam diebus aliud nunciatum eſt prope S. V. deſiſtere debet ab ipſa diſſolucione. Reuerendus pater dominus Archiepiſcopus Lugdunenſis ſcripſit concilio et michi qualiter prelati Francie conuenerint in Bituricenſi ciuitate. et ibi poſt longam et exactam examinacionem concluſerunt. Concilium eſſe hic legitime congregatum neceſſarium vt hic et nunc celebretur. Et ad id prelatos Francie debere venire. Motiua autem et raciones quibus moti ſunt ita concludere eciam deſtinauit huc quorum copiam puto per alios ad S. V. miſſam. Quod ergo amplius V. S. mora conata eſt quantum potuit neceſſariis veſtris variis modis retrahere prelatos laborat pro viribus vt hoc concilium deſperat nichilominus vt videt in dies magis augetur et quo fit maior prohibicio eo magis quibus in contrarium accenditur. Nonne iam hoc eſt reſiſtere voluntati dei.

Cur iam prouocatis eccleſiam ad indignacionem. cur irritatis populum chriſtianum. Dignemini ita obſecro agere vt amorem fauorem non odium gencium comparetis vehementer vbique gentes talia audientes ſcandalizantur. Non permittat ſe S. V. a quoquam ſeduci incuciente forte timorem vbi timendum non eſt aut perſuadente. Hoc non eſſe legitimum concilium. Scio me offenſurum S V. ſi vehm probare contrarium. Sed melius eſt vt paululum offendam verbis et proſim factis. Non medicus infirmo apponit

caute-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

et in primo instanti post septennium. Sed cum verba • • • intelligenda sint huiusmodi intellectus est nimis obscurus.

Et si dicat aliquis ergo potest prorogari quod prohibetur in capitulo frequens: Iste qui sic arguit ne se intelligit nec vim verborum. Non enim prorogatur si incipitur secundo vel tercio mense sed magis fit continuacio vel execucio eius quod est in facultate. Nam si esset prorogacio tunc cum prorogacio sapit naturam prioris dilacionis aut illud tempus prorogatum inchoari non posset. Sed hoc non est in casu nostro. Nam licet ipso mense inchoatum non sit sed in secundo vel tercio. Non per hoc concluditur quod in primo inchoari non posset. Sed si fuisset facta prorogacio ad secundum mensem tunc in primo incipi non potuisset. vt verbi gracia. promitto dare centum florenorum post pascha ante pascha non possum exigi et licet non exegero non tamen desino esse obligatus Et licet exigerer in secundo vel tercio mense non propter hoc intelligitur facta prorogacio. Nec sequitur quod in primo non potuissem exigi quod fieri non posset si facta esset prorogacio. Item de natura prorogacionis est quod ante lapsum primi termini. post vero non est prorogacio sed noua dilacio. Et si dicatur ergo diu differri poterit. Respondetur quod in hoc standum est iudicio ecclesie que consideratis diuersis circumstanciis arbitrabitur tempus debitum in eius fauorem et vtilitatem huiusmodi facultas celebrandi concilia instituta est quod enim si in loco celebrandi concilium adueniente termino superueniret pestis vel obsidio vel aliquid huiusmodi quod duraret per tres aut per quatuor menses nec papa interim mutasset locum secundum formam capituli frequens. Et propter talia inpedimenta prelati non attenderent prima die ad locum. aut si aliqui prelati venientes ad concilium caperentur in via qui si capti non essent fuissent in prima die et momento in loco. Nunquam propterea dicendum est expirasse facultatem concilii et quod cessante impedimento prelatis venientibus concilium celebrari non posset. Hoc certe esset valde absurdum et nimis preiudiciale ecclesie. In casu autem nostro fuit satis probabilis causa quod prelati distulerint venire in principio termini quoniam appropinquante ipso termino papa martinus in die XX. Februarii defunctus est. propter quod prelati merito poterant dubitare de aliquo impedimento concilii. Item expectabant quod aliquis nomine pape illuc accederet. ne sine presidente apostolico frustra starent in loco. Legatus autem qui ordinatus fuerat ad concilium cuius presenciam homines expectabant antequam se vellent ad iter attingere non accessit tempore statuto ad concilium sed ad Norimbergam ad prosequendam extirpacionem Bohemorum secundum mandatum pape Martini qui iniunxit quod prius illuc iter quam Basileam pro concilio celebrando arriperet. Fuit eciam ipse Legatus pluries requisitus in Nurenberga per dominum Imperatorem quod iret Basileam pro concilio celebrando iuxta facultatem sibi traditam. qui respondit semper nolle ire ante consensum noui pontificis.

Ista ergo fuit causa retardacionis prelatorum que non est retorquenda in dampnum vniuersalis ecclesie. nec forte multum imputandi prelatis qui suspicabantur quod papa Martinus nollet concilium. et timebat se ponere in hys nolicionibus et contradictionibus. et racionem timendi habebant ex hys que contigerant in concilio Senensi. Multa eciam tunc dicebantur que suspicione faciebant. Scio michi fuisse relatum quod nonnulli dixerunt me venisse in almaniam ad disturbandum concilium. Item hoc fuit de mente pape Martini quod licet in principio Marcii non inchoaretur concilium non tamen expiraret facultas celebrandi concilium ipse enim appropinquante termino concilii voluit quod prius

irem

irem verſus Bohemiam quam ad concilium de quo eciam in Bulla conſiſtoriali diſſolucionis fit mencio.

Sed quid opus eſt aliunde de hoc probare quam per litteras S. V. ipſa in litteris confectis II Kl. Iunii et ſic longe poſt terminum eciam fuerunt per tres preſentate menſis poſt mandatis michi quam expedito negocio Bohemico cuius finis expectabatur. In breui dirigam greſſus meos ad Baſileam pro concilio celebrando. et ibi importune prouideam iuxta michi iniuncta et ordinata in concilio Conſtancienſi. Hoc eciam repetit in Bulla facultatis diſſolucionis portata michi per dominum Tharentinum cuius verba ſunt hec. Circumſpectioni tue ex quo ingreſſu tuo ad alamanias partes nulli prelati in Baſileá pro celebracione Concilii erant congregati. dedimus in mandatis vt interea certe expedicionem contra Bohemos hereticos eciam tibi commiſſam vacares. Ac deinde ad ciuitatem dicti concilii locum accederes. et iuſſu noſtro et eccleſie nomine preſideres. Quid ergo hoc clarius. quod ſi dubium eſſet ex huiuſmodi tenore litterarum aperte tollitur. Nec dominus Martinus nec dominus Eugenius tales litteras ſcribendo poterat validare concilium quia eſſet prorogacio que prohibita eſt in capitulo frequens.

Reſpondetur. quod non eſt prorogacio ſeu execucio cuius quod erat in facultate ſeu declaracio quod neceſſe non eſt preciſe celebrari in principio. Item non eſt prorogacio quia prorogacio fit ante terminum non poſt. Poſt enim poſitus eſſet noua iudicio vnde valeret quaſi nouiter indictum. Et ſi dicatur non potuit de nouo indici. Tunc obicitur quomodo ergo de nouo potuit indici concilium Bononienſe. Et replicetur. Ideo noua indicio concilii Bononienſis quia Baſilienſe fuerat per S. V. diſſolutum. Tunc habeo intentum. Si enim fuerit diſſolutum ergo ante fuit concilium quia priuacio preſupponit habitum. Sed ſi ante erat concilium tunc infra probabitur diſſolui non poterat non conſenciente concilio. Quid ergo ad hec poteſt reſponderi ad maiorem eciam clarificacionem in ipſa die termini ſtatuti vel ante dominus Vergiliocenſis congregato ad hunc actum capitulo maioris eccleſie et ceteris aliis prelatis et nobilibus viris fecit ſolempnem proteſtacionem qualiter tempus aduenerit concilii celebrandi. Et quod propter hoc ipſe Baſileam venerit inquirendos eos de materiis ad concilium pertinentibus vſquequo alii venient vellent inſimul conferre ac tractare. Et de hoc extat publicum inſtrumentum. Et infra menſem venerunt ambaſiatores vniuerſitatis Pariſienſis et inceperunt tractare de his que ad concilium pertinebant. Scribendo eciam imperatori et aliis dominis alamanie vt mitterent ad concilium quas litteras tunc vidi. Nec obſtat paucitas perſonarum. quia vbi eſt auctoritas numerus magnus non requiritur ſecundum illud chriſti vbi duo vel tres conueniunt in nomine meo ibi ego in medio eorum ſum. in qua auctoritate fundantur concilia.

Iam igitur S V luce clarius videt predictam obiectionem eſſe ſatis friuolam. Item ad quid facta eſt diſſolucio ſi non erat concilium vnde nullatenus eſt ambigendum. quod concilium fuerit legitimum et canonice congregatum. Et forſan vix aut nunquam legitur aliquod concilium tot auctoritatibus innixum ſicut iſtud videlicet per precedencia concilia Conſtancienſe et Senenſe indictum et per duos Romanos Pontifices confirmatum. Audio inter alia Rome aliquos dicere me non potuiſſe vocare prelatos venire ad concilium. quia in bulla domini Martini hec clauſula non erat adiecta vehementer anmiror. hoc obici. Inprimis non ego ſolus illos vocaui. ſed ego et hy qui in concilio conuenerunt. Mira res. papa Martinus dabat michi cum concilio concilii facultatem extirpandi hereſes pacificandi regna reformandi mores cuiuſlibet ſtatus chriſtianitatis et audent di-

cere quod non poteram citare. Datur michi poteſtas iudicandi et condempnandi. et non habeo poteſtatem citandi inquit iuriſconſultus cui commiſſa eſt iuriſdictio ea omnia commiſſa videntur ſine quibus illa expedire non poteſt. Quomodo autem predicta omnia niſi prelati et alii huc venient fieri poſſunt. Item cur in c. ego enim iureiurando dicitur. Vocatus ad ſynodum veniam. ſi poteſt vocari. a quo ergo ſupponit vocandum niſi a concilio vel eo qui concilio preeſt. Item tota diſtinctio XVIII. non loquitur de aliquo niſi epiſcopi vocati ad concilium non venientes poſſunt excommunicari vel ſuſpendi. Legant iſti librum Conciliorum beati Yſidori et reperient in pluribus conciliis prelatos fuiſſe per ſinodum vocatos.

Nunc reſtat dicere an diſſolucio valuit. Iterum vereor loqui timens irritare S. V. ſed caritas me cogit. Nam forſitan S. V. credit diſſolucionem valere propterea in illa perſeuerat. Ex quo tamen multa ſcandala poſſunt contingere. remordet conſciencia ne taceam. Inprimis c. frequens innuit quod non. Nam ſi prohibet et prorogacionem quod eſt minus multo magis diſſolucionem quod eſt plus. Plus enim aufferre quam differre prorogando differtur. diſſoluendo auffertur. Item iſti dicunt. quod facile predicta conſtitucio c. frequens redderetur fruſtratoria. quia vt primum inchoatum eſſet concilium poſſet reincepta diſſolui. Sicut dicunt factum eſſe in Senis et nunc dicunt eſſe S. V. ſiniſtre et ſurreptiue in cauſis diſſolucionis fuiſſe informatam dicunt et iam predictam diſſolucionem euidenter intendere in euerſionem fidei et ruinam eccleſie et perturbacionem populi chriſtiani ergo fieri non poſſe parendum fore. Aſſerunt eciam predictam diſſolucionem fieri non potuiſſe obſtante quodam decreto Conſtancienſi quod in hys que pertinent ad fidem ad extirpacionem hereſum ſeu ſciſmatis et eccleſie reformacionem in capite et in membris quemlibet cuiuſcunque ſtatus eciam papalis teneri obedire ſtatutis ordinacionibus et preceptis cuiuſcunque concilii generalis. Et niſi obedierit puniatur. Ecce poſſe ſtatuere in aliquem poſſe precipere poſſe punire. non obedientem. ſigna ſunt euidencia ſuperioritatis in his quibus ſtatuit precipit aut punit teneri aut obedire. parere et ſubici ſigna ſunt inferioritatis in predictis caſibus. Ergo in hys tribus caſibus cum papa vt dicunt ſit inferior concilio quod eciam facto probatum fuit. Nam propter vnum de tribus caſibus concilium Conſtancienſe priuauit Iohannem et alterum priuauit Benedictum non potuit papa diſſoluere concilium quia inferior in eo qui eſt inferior vt poteſt ſoluere vel ligare ſuperiorem. vt in c. Cum Inferior de ma. et obe. cum ſimilibus iuribus. nec tollere legem ſuperioris. alioquin implicaret contradictionem tenetur obedire et non tenetur. quia poteſt diſſoluere. Quomodo autem obeditur ordinacione vel ſtatuto concilii ſi illam ordinacionem vel ſtatutum poſſet tollere et annichillare. Concilium autem hoc congregatum eſt propter extirpandas hereſes faciendam pacem reformandos mores. Et in prima ſeſſione ordinauit et ſtatuit ad iſta debere intendi procurans impedire hoc concilium diſſoluere aut prorogare vel mutare ſeueriter poſſit puniri et procedi tanquam perturbatorem communis pacis. Si autem diſſolui poteſt conſtat quia non obeditur predicte ordinacioni. Vnde debet hoc neceſſario fateri quodſi diſſolui poſſit quod predictum decretum Conſtancienſis Concilii non valet. Item probatur hoc alia racione. Nemo dubitat ſi contra aliquem ſummum pontificem ageretur de hereſi quod ipſe non poſſet concilium diſſoluere. quia ſi poſſet diſſoluere non poſſet iudicari quod eſſet contra c. ſi papa XL. di. Ergo ſicut in hereſi. ita in aliis duobus caſibus. Iſti enim tres caſus parificati ſunt per concilium Conſtancienſe. Et eodem modo loquitur concilium Conſtancienſe in tribus hys ſicut ſi papa in illo vno. Et vt predixi facto concilium Conſtancienſe hanc appropinquauit ſen-

ten-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

promocionem si factum sit legitima auctoritate et an plenam habuerit faciendi facultatem et potestatem. Tercia consideracio de actitatis in hac re vsque modo in pluribus dietis per Reuerendissimos patres et illustrissimos principes sacri Romani imperii electores quomodo scilicet auctoritati iuri aut racioni innitantur seu quibus solidentur fundamentis. Quarta consideracio est de futuris agendis de quibus consulta est vniuersitas videlicet quid omnibus actis vt acta sunt et omnibus stantibus vt modo stant agendum atque consulendum sit salubriter super hac re in futurum.

Quantum ad primam consideracionem. Nemini nisi hosti fidei orthodoxe dubium esse potest quin sacrum concilium Basiliense legitimum habuerit inicium et processum cum non ex conuocacione vnius hominis nec tantum auctoritate papali congregatum habetur. Sed ex ordinacione vniuersalis ecclesie conciliariter congregata inicium cepit et auctoritatem. Nam cum ecclesia in concilio Constanciensi statuendo dicat in c. frequens. hoc edicto perpetuo sancimus decernimus atque ordinamus vt omni modo generalia concilia celebrentur ita quod principium a fine huius concilii sc. Constanciensis in quinquennium inmediate sequens, quod fuit concilium Senense secundum vero a fine inmediate sequentis concilii in septennium et hoc est Concilium Basiliense quod inchoatum fuit post concilium Senense lapso septennio et deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur. Ecce quod hoc sacrum concilium Basiliense auctoritatem legitimam sui inicii et processus habet ab ecclesia conciliariter legitime congregata denique non solum domino Romani pontifices sc. Martinus et Eugenius pro tali ipsum habuerunt. Ibi legati suos habentes pro se presidentes sed eciam totus populus christianus illud concilium in spiritu sancto legitime congregatum appellabat et omni veneracione recepit. Quod eciam hodie persistat in sua auctoritate omnimoda aperte ex eodem decreto frequens conuincitur. Nam cum ibidem dicatur sicut allegatum est quod deinceps concilia sacra de decennio in decennium perpetuo celebrentur subditur in locis que summus pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilii approbante et consenciente concilio vel in eius defectu ipsum concilium deputare et assignare teneatur vt sic per quandam continuacionem semper aut concilium vigeat aut per termini pendenciam expectetur verba ista sunt decreti frequens. Sed cum sacrum concilium adhuc nullum nominauerit locum pro futuro concilio nec in nominatum per papam consenserit. patet quod ipsum adhuc manet in suo vigore cum ex ordinacione ecclesie non cesset esse in vigore nisi ante mensem sue desicionis consenserit in locum futuri concilii. Patet ergo quod iuxta decreta solemniter publicata concilium sacrum Basiliense adhuc stat in vigore. Item cum prius habitum sit ab omnibus pro concilio legitime in spiritu sancto congregato et ex decreto pre allegato decernatur habere vigorem tenetur quilibet sibi vt concilio adherere donec eius desicio fuerit manifestata et publice declarata. nec super hys que sancta foret vt de compactis non seruatis allegacio eciam cuiuscunque dignitatis existeret sacro concilio contradicente. Nam cum iuxta decreta concilii Basilienses sessionis videlicet vndecime nec papa papali auctoritate possit ipsum dissoluere eo nolente quomodo non magne lenitatis esset iuxta illud sapientis qui cito credit lenis est corde credere fame super hys que facta essent super dissolucione concilii concilio in hoc contradicente et constanter negante alias conficto mendacio de hys que facta forent posset dissolui concilium sacrum eo nolente quod papali auctoritate solui non potest.

Circa secundam vero consideracionem sc. an sacrum concilium ad instituendum et prosequendum processum contra Eugenium quoad eius suspensionem et depocicionem plenariam

ıariam et alterius inſtitucionem &c. Reſpondeo. quod ſpiritus ſanctus per organum ſa-
:ri concilii Conſtanc. declarauit aperte talem poteſtatem habere eccleſiam et ſacrum con-
:ilium repreſentans eccleſiam ſuper omnem hominem eciamſi papalis exiſtat dignitatis.
Vam prefata ſancta ſynodus Conſtancienſis in tercia ſua ſeſſione ſuper hoc diffinit ſtatuit
lecernit et declarat in hunc modum. Quod ſancta ſynodus in ſpiritu ſancto legitime con-
;regata generale concilium faciens eccleſiam catholicam militantem repreſentans. pote-
tatem a chriſto inmediate habet cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis eciam ſi
›apalis exiſtat obedire tenetur in hys que ad fidem pertinent et extirpacionem ſciſma-
is et generalem reformacionem eccleſie dei in capite et in membris. Ex quo decreto
nanifeſte habetur papam ſubeſſe concilio in caſibus expreſſis in decreto allegato ſicut
ıliud decretum eiuſdem ſeſſionis dicit. Quicunque cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis eciam
i papalis exiſtat qui mandatis ſtatutis ſiue ordinacionibus aut preceptis huius ſancte ſy-
ıodi aut cuiuſcunque alterius concilii generalis legitime congregati ſuper premiſſis ſeu ad
:a pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempſerit niſi reſipuerit con-
ligne penitencie ſubiciatur et debite puniatur eciam ad alia iuris ſubſidia ſi opus fuerit
:oncurrendo. Ex quibus manifeſte patet quod ad penas contra eum procedere poterat
:ciam depoſicionis pro pace eccleſie temeritate eius id exigente. Nec ſacro concilio ob-
citur. racionabiliter indiſcrecio nimie precipitacionis in tanto negocio cum poſt tot an-
ıorum curricula per quos in hac redſudauit concilium res continue in penis declinauit
n magnumque ſcandalum plebium chriſti.

Circa terciam vero conſideracionem ſc. de hys que in hac materia ſc. vnionis acta
unt per Reuerendiſſimos patres et illuſtriſſimos principes ſacri romani imperii electores
&c. Primo ante omnia commendandus eſt optimus eorum huius vnionis zelus. Inten-
lebant enim vt apparet per hanc vnionem litibus metas precludere et paci eccleſie dei
›er hoc locum preparare et hec intencio tam plane ſancta et bona fuit quam apud em-
ıes certum eſt pacem in rebus non eſſe mediocre bonum eciam tanto amplius ſollicitu-
lo huius pacis procurande ad eos pertinuit quanto ad eos pre ceteris principibus alia-
um nacionum pertinet tutela nacionis in qua concilium ſacrum conſiſtit vt in pace et
ıono ſtatu gubernetur. Vnde ex hac intencione racionabiliter conuenire ad dietas pote-
ant et ſe tanquam tutores germanice nacionis venire ad interponendum inter ſacrum
:oncilium et dictum dominum Eugenium hortando vtraſque partes ad vnionem pacem
:t concordiam item ad hortandum ſacrum concilium vt rigorem proceſſus manſuetudi-
ıe mitigaret per aliquam proceſſus dilacionem aut ſuſpenſionem faciendam et eciam ad
ıoc decuit per eos eciam alios principes ſeculares et ſpirituales inducere et aduocare.

Et hec dixerimus pro honore principum quantum ad ea que poterant recta inten-
:ione fieri exhortacio parcium ad concordiam et pacem. verum cum merito commen-
landa ſit recta intencio principum. Intencio enim ſecundum Ariſtotelem et circa finem
:lectio autem mediorum eſt termini. vnde iterum in aliqualem excuſacionem pretactorum
›rincipum electorum eſt. Quod ſepe propter multitudinem irruencium negociorum cogun-
ur inuencionem mediorum ad finem delegare minoribus. Inde eſt quod vel ex affectio-
ıe aut minori pericia ad optimum finem queruntur. media minime congrua. vt in ma-
eria hac aliquantulum videtur eueniſſe preſertim in appellacione a ſacro concilio et ſub-
raccione obediencie eidem. Pro cuius declaracione ſit propoſicio prima talis.

Si duo aut plures contenderunt de papatu licitum eſt et iuſtum ſi de iure eorum
lubitatur eis vſque ad futurum concilium obedienciam ſubtrahere ymmo ſi non eſt du-

bium

bium de iuſticia vnius adhuc ſi alia via non foret pro pace eccleſie et ſedando ſciſmate licet et debitum eſt eis obedienciam ſubtrahere et ad futurum concilium appellare. Iſta propoſicio racionabiliſſime deo inſpirante determinata eſt in ſacro Conſtancienſi concilio in decreto frequens. Si vero vbi dicitur. Si vero quod abſit in futurum ſciſma oriri contingeret ita quod duo vel plures pro ſummis pontificibus ſe gererent. a die quo ipſi duo vel plures inſignia pontificatus publice aſſumerent ſeu miniſtrare inciperent intelligatur ipſo iure terminus concilii tunc forte vltra annum pendens ad annum proximum abbreuiatus. Ex quo patet quod eccleſia vniuerſalis velit adhuc poſt annum de iure ſuo in papatu iudicare et quod liceat interim ab eo ad ſacrum concilium futurum et a quolibet tali appellare. Sic autem fieri non poteſt vbi eſt diſſenſio inter papam et ſacrum concilium vt in caſu preſenti vbi talis neutralitas et obediencie ſubtractio ab vtriſque eſſe non poteſt.

Pro quo ſit propoſicio ſecunda. In hys que fidei ſunt aut ſciſmatum extirpacionem aut morum reformacionem in capite et membris eccleſie reſpiciunt nunquam licet chriſtiano homini a ſacro concilio legitime congregato appellare et pro probacione eſt aduertendum quod de nulla perſona in quacunque dignitate ſiue papali aut imperiali conſtituta fuerit neque de quacunque quantumcunque religioſe obſeruancie communitate certe dici poteſt et ex ſcripturis fundari quod habeat tantam ſancti ſpiritus aſſiſtenciam vt certum ſit quod ſic in certis actibus ſuis ab eo dirigatur ſola ſacra congregacione Concilii generalis vniuerſalem eccleſiam repreſentantis dempta de qua certum eſt quod in hys que fidei ſunt et morum correctionis regitur a ſpiritu ſancto. Hoc expreſſe habetur ex concilio celebrato de quo legitur actuum XV. vbi illud ſacrum concilium diffinicionem ſuam eccleſie Autidorenſis publicando ſcripſit. Viſum eſt enim nobis ſpiritui ſancto. Vnde iſte titulus eſt ſacris conciliis generalibus rite congregatis a primitiua eccleſia vſque in preſens appropriatiue reſeruatus quod ab omnibus dicatur ſacrum concilium in ſpiritu ſancto legitime congregatum. Si autem in ſpiritu ſancto concilia ſacra congregata ſunt conſequens eſt vt in nomine iheſu chriſti congregata ſint. Qui tamen veraciter de ſe promiſit vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ego ſum in medio eorum. Vnde conueniens eſt ſpiritui ſancto ibi eſſe. ſed non eſt ibi vt ſubditus ſed vt ſupremus preſidens a quo vero fideli licet appellare et quod pro conſequens neque a concilio in hys articulis in quibus certum eſt ipſum concilium ab eo gubernari et illi ſpirituali gracia et illuſtracione preſidere ſcilicet in hys que fidei ſunt et ſciſmatum extirpacionis aut reformacionis morum in capite et in membris. Quo enim nos eſt aperte diuine maieſtatis contemptus et quaſi ydololatrie ſcelus vbi in talibus cauſis appellatur a ſacro concilio ad papam quid aliud eſt quam a deo qui noſcitur ſacro concilio in hac re preſidere ad purum hominem appellare et iudiciariam poteſtatem a deo creatore aufferre et in hominem tranſferre. Quid hoc aliud eſt quam hominem deo tanquam iuſtiorem iudicem preferre. Denique quomodo non omni equitati iuris repugnat vt in ſimili materia ab vno concilio ad aliud appelletur, cum in vtriſque legitime congregatis preſideat ſpiritus ſanctus, et equalis in vtriſque ſit ymmo eodem auctore. niſi forte putetur quod in alio concilio per doctiores homines ſpiritus ſanctus melius inſtruendus ſit tanquam prius minus doctus quod aperta eſt blaſphemia ex extrema demencia. Nec debent chriſtianos principes mouere vmquam metus litium et guerrarum et ab licere pax terreſtris ſeu quies polliciarum ſecundum corporis quietem vt pro ea relinquatur pax dei que exuperat omnem ſenſum que non habetur niſi in cuſtodia et obſeruancia

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

nunc et in hac dieta non ſit facienda per alteram partem contendencium ſuper papatu declaracio. Item quod ad vtramque partem quantocius ex hoc loco mittantur ambaſiatores ad practicandam rem vel videatur apud nuncios et patres hic exiſtentes. Item quod interim maneat animorum ſuſpenſio et induſtria ſaluo tamen ſi quid moderandum vel addendum videatur in litteris deſuper confectis. Item ſi qua parcium in locum aut congregacionem concilii non conſentiret quod dominus noſter Rex Romanorum cum aliis regibus et principibus et preſertim ſuis electoribus vtatur iure aduocacionis ad ipſum congregandum vel iam exiſtens excluſis excludendis reaugendum. Item dummodo celebrandi prefatum concilium generale quantum ad naciones aut deputaciones et de preſidentibus in eodem ordinacioni concilii relinquatur.

XIV.

Petitio oratorum Regis Romanorum et Principum Concilio Baſileenſi porrecta.

Dignemini veſtre Reuerendiſſime paternitates ad exhortacionem et deuotam poſtulacionem Sereniſſimi domini noſtri Romanorum Regis &c. Necnon ſuorum principum electorum ſua vota conferre quantis modis congruis ad generalis concilii ab omnibus indubitati congregacionem infra vnius anni ſpacium perueniatur loco ſue maieſtati et ſuis principibus et electoribus grato et rebus gerendis accomodo.

XV.

S. Concilii Baſileenſis reſponſio Romanorum Regis et Principum electorum Ambaſiatoribus ſexto Octobris anno 1442 data.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilienſis in ſpiritu ſancto legitime congregata vniuerſalem repreſentans eccleſiam ad futuram rei memoriam. Peticionem veſtram audiuit hec ſancta ſynodus quam nomine Cariſſimi filii Frid. Regis Romanorum illuſtriſſimorum et venerabilium Archiepiſcoporum et nobilium virorum principum electorum ſacri Romani imperii Vos venerabilis Silueſter Epiſc. Chiemen. &c. et ſinguli alii &c.

Primo hec ſancta Synodus commendat deuotam et ſinceram intencionem quam prefati Sereniſſimus Romanorum Rex &c. Et illuſtres principes ad vnionem et pacificacionem eccleſie ſancte dei habent et pridem per predictos ſolempnes nuncios et oratores cum eorum litteris ad hoc ſacrum concilium deſtinatos in congregacione generali facunde et prud nter explicarunt.

Secundo prefatis oratoribus commemorat quomodo in hac ciuitate Baſilienſi hactenus fuerit et hodie ſit generale concilium vniuerſalem eccleſiam repreſentans quod merito apud omnes chriſticolas multiplici racione debent dici et reputari indubitatum et vnitum. Et quod ſine maximis periculis incommoditatibus laboribus ſumptibus et difficulta-

cultatibus abhinc ad alium locum mutacio huius ſacri concilii fieri non poterit prout res hec ſeipſam cunctis diligenter intuentibus indicat. et hec ipſa ſancta ſynodus ſepius per oratores ſuos in diuerſis ambaſiatis aſt in iſto loco verbo et ſcriptis oratoribus regum et principum ſeculi multipharie luculenter oſtendit. Vnde premiſſis aliisque plurimis attente conſideratis videretur huic ſancte ſynodo quod hec inſignis ciuitas Baſilienſis cuius ydoneitas multiplici experiencia diuturne comprobata extitit eſſet locus aptus et rebus gerendis accomodus ad quem cooperantibus prefatis dominis Sereniſſimo Romanorum Rege et electoribus non ſolum ex inclita nacione Germanica ſed ex omnium fidelium nacione que ſub celo eſt conuenire poſſent. omnes qui generalibus conciliis intereſſe debent et conſueuerunt. vt vna cum patribus qui in hoc concilio conſtanter hactenus perſeuerarunt pax et vnio eccleſie deſiderata dari poſſet. precipue cum hoc ſacrum concilium inter alia ſancta opera ſpecialiter extitit congregatum ad pacem omnium chriſtianorum.

Nichilominus hys non obſtantibus vt predicti Sereniſſimus Rex et principes electores ceterique Reges et principes ac cuncti fideles clare percipiant rectam et puram intencionem quam habet hoc ſacrum concilium ad ,vnitatem et pacem eccleſie et hactenus ſemper habuit. Quodque patres in ea perſeuerantes parati ſunt reddere racionem omni poſcenti de ea que in ipſis eſt fide. Vtque prefati Sereniſſimus Rex et ſui principes electores euidenter cognoſcant quod ſacrum concilium votis eorundem complacere pro pacificacione vniuerſalis eccleſie diuina fauente clemencia conſequenda. Ipſa ſancta Synodus in hac Baſilienſi ciuitate inclite nacionis Germanice in ſpiritu ſancto congregata et vſque in preſentem diem legitime continuata vniuerſalem eccleſiam repreſentans offert ſe paratam in tempore de quo infra fit mencio ad locum eiuſdem nacionis rebus gerendis accomodum et Regie Celſitudini gratum ſua propria auctoritate modis congruis ſe ipſam tranſferre ſecuritatibus tamen ante huiuſmodi tranſlacionem decretandis et ſiendis in talibus preſtari ſolitis et aliis neceſſariis datis et preſtitis. Obſecrat autem preſata ſynodus eandem Regiam maigeſtatem quatenus dignetur rem hanc aliis Regibus et principibus intimare eos toto ingenio et niſu inducendo vt illam ipſi complectantur veniantque perſonaliter aut ſuos ſollempnes oratores mittant ac prelatos et alios qui in generalibus conciliis de iure vel conſuetudine intereſſe dicionis eorundem eciam ad veniendum inducant vt pax et vnio eccleſie ſancte dei dari poſſit.

Primo quod Sereniſſimus dominus ipſe Rex preſtet ſuum et ſacri Romani imperii ſaluum conductum ipſi ſacro concilio ad alium locum tranſferendo pro omnibus accedentibus ad ipſum ſtantibus et recedentibus in plena forma detque operam vt locus eligendus eciam det pleniſſimam ſecuritatem et ſaluum conductum cum libertatibus certa iuriſdictione ac eciam ſuper habitacionibus victualibus et aliis requiſitis. Similiterque dabit operam quod principes eccleſiaſtici et ſeculares ac loca ipſi concilio vicina dent ſuos ſaluos conductus. Quodque predicti ſalui conductus Sereniſſimi domini regis loci concilii aliorumque dominorum et locorum ſint irreuocabiles durentque continuo vſque ad quatuor menſes poſt finitum concilium. Exhortatur autem ſancta ſynodus Regiam celſitudinem ſi que guerre aut graues diſcordie tunc inter illos aut illa eſſent digne ſe interponere pro treuga aut pace inter illos componenda.

Item petit ſancta ſynodus quod ſereniſſimus ipſe dominus Romanorum Rex ipſi concilio interſit perſonaliter legitimo ceſſante impedimento quo adueniente aliquem potentem et magne auctoritatis principem ſacro concilio gratum in eius protectionem inſtituere

habeat polliceaturque ſub verbo regio per ſuas litteras patentes quod non faciet nec fieri permittet deo auctore quantum in eo fuerit quid ſit vel eſſe poſſit directe vel indirecte contra ipſius concilii auctoritatem et libertatem.

Item ne inanis et fruſtratoria reddatur huiuſmodi ſacri concilii tranſlacio que ſine magnis periculis et difficultatibus fieri non poteſt videtur permaxime neceſſarium cum iuxta declaracionem ſancte et magne Sinodi Conſtancienſis quicunque fidelis teneatur obedire mandatis ſtatutis ordinacionibus aut preceptis cuiuſcunque generalis concilii quod domini Rex et Electores preſati per ſuas litteras patentes hoc ſacrum concilium Baſilienſe ante ipſius tranſlacionem decretandam certificent quod concilium dum in illo loco fuerit recognoſcent pro vero generali et indubitato concilio eique adherebunt cum effectu inconcuſſe quamdiu durabit et continuatum fuerit ſtatutiſque ordinacionibus decretis et mandatis per illud inibi fiendis acquieſcent et obtemperabunt et quantum in eis erit inuiolabiliter facient obſeruari Eciam ſi aduerſarii ad id non venerint Loca vero que predicte tranſlacioni et rebus gerendis videntur accomoda et regie celſitudini grata nominabit ſacrum concilium quando ipſius ſerenitati videbitur expedire quorum alterum pro maiori gratitudine contentatur ſacrum concilium quod ipſe dominus Rex auctoritate huius ſacri concilii eligat et aſſignet.

Poſtquam autem dicte ſecuritates ſacro huic concilio fuerint preſtite cum effectu ac per regiam ſerenitatem vnus ex locis eidem ſpecificandis pro tranſlacione concilii nominatus et de hys aliiſque premiſſis ſacrum concilium per ſuas litteras Regias patentes fuerit certificatum. Hec ſancta ſynodus ſuam tranſlacionem in illum locum publice ac in ſolempni ſeſſione decretabit fiendam ad tempus quod eidem ſynodo ac dicte Regie maieſtati conſideratis temporis circumſtanciis et neceſſitate eccleſie videbitur expedire.

XVI.

Reſponſio data Ambaſiatoribus Regis Romanorum et Principum Electorum Florentiae per Eugenium Papam in Conſiſtorio ſecreto in die Conceptionis B. V. Mariae anno 1442.

De venerabilium fratrum noſtrorum ſancte Romane eccleſie Cardinalium conſilio reſpondemus vt ſequitur.

Deſiderium Cariſſimi in chriſto filii noſtri Friderici in Regem Romanorum electi illuſtrium et venerabilium fratrum et dilectorum filiorum nobilium Electorum imperii in quantum pacem et vnionem eccleſie ſicut eorum nomine dixiſtis deſiderare videntur in domino commendamus &c. Verum nobis vniuerſale concilium in quo tota repreſentatur eccleſia celebrantibus- Quod ſancte apoſtolice ſedis concurrente patriarcharum tocius orbis conſenſu firmauit auctoritas ac mirabilium dei operum gloriam ſublimauit. illudque cunctis ſeculis celeberrimum reddit in quo eccleſia reliqua ad vnitatem et pacem ac reformacionem eccleſie necnon dubiorum declaracionem ſi qua forent ample et ſalubriter proficí poſſent non ſufficimus ammirari. Vos ex preſatorum electi et electorum parte ſupplicaſſe vt votum noſtrum ad alterius generalis indubitati concilii conuocacionem conferre velimus quaſi innuere volueratis hoc ipſum ſacrum concilium et pro diuinis illius

operi-

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

XVII.

Concluſiones tanquam erróneae ex hac reſponſione per Panormitanum exhibitae.

Ex reſponſione premiſſa hys diebus per quondam dominum Eugenium papam quantum Sereniſſimi Regis Romanorum ſacrique imperii Electorum Ambaſiatoribus et oratoribus data nonnulle concluſiones ſtatum et perſonam prefati domini Regis et dominorum electorum pungentes mordentes et acerbiſſime notantes elici poſſunt.

Prima concluſio prefatus quondam Eugenius in prefata reſponſione videtur dubitare de electione facta de predicto domino Romanorum Rege ſeu de dignitate eius perſone vel de vtriſque. Hec concluſio probatur ex eo quia multiplici ſimpliciter Regem Romanorum Nam ſi non dubitaret de validitate electionis ſue aut de ydoneitate perſone appellaret eum ſimpliciter Regem Romanorum. vt aperte probatur in cle. Ne Romani in v. Nos eodem de iureiurando. Quin ymmo voluit glo. in c. Legimus X.C.III. diſ. et in c. quanto LXIII. di. Quod ſola electio principum electorum facit imperatorem licet quod alia opinio nonnullorum doc. et antiqua conſuetudo habeat vt poſt electionem et coronacionem factam a Romano pontifice vocetur Rex Romanorum et non electus in Regem Romanorum. Hinc eſt quod ex ſola electione habet plenam poteſtatem adminiſtrandi ac ſi eſſet coronatus vt not. per glo. notabilem in dicta cle. Romani.

Secunda concluſio. Quod prefatus Rex Romanorum et electores tamquam dubitantes vniuerſale concilium et indubitatum eſſe apud ipſum olim Eugenium impugnant fidem katholicam. ſaluti innumerabilium animarum contradicunt et dei ordinacioni reſiſtunt ac apertos hoſtes et inimicos ſpiritus ſancti ſe faciunt. Hec concluſio probatur ex verbis dicte reſponſionis ſi bene ponderentur et notant hec verba apertiſſime eoſdem principes qui non ſolum dubitarunt ymmo firmiter tenuerunt vniuerſale concilium minime fuiſſe durante hoc ſacro Baſilienſi concilio in Ferraria vel in Florencia. Conſiderent prefati principes quid hec verba velint quid imputent quantum venenum nutriant in tempore effundendum in eo qui ſe gerit pro Romano Pontifice. Nam quis dubitat Romanorum Regem et electores impugnantes fidem katholicam et dei ordinacioni reſiſtens vt apertos inimicos et hoſtes ſpiritus ſancti ſe faciens depoſicione ab eorum dignitatibus ſuſtinendos. Nec dubitandum quin hec verba venenoſa habeant tantam comminacionem quo in tempore obuiandum eſt. Nam ſero medicina paratur cum mala prolongantur.

Tercia concluſio eſt. Quod prefati Rex Romanorum et Electores niſi olim Eugenio priſti am reuerenciam et obediencicam reſtituant ſunt in ſtatu dampnacionis. Hec concluſio apertiſſime patet ex eo dum in illa reſponſione dicitur quod ad hoc tenentur ex ſalutis ſue neceſſitate et ſic habet eos notorie pro preciſis ab eccleſia cum notorie ipſos conſtat non eſſe reuerſos ad priſtinam obedienciam eius. Quod in quantum hec concluſio ſit falſa nemo eſt qui neſciat cum dampnato ab eccleſia nulli ſit obediendum. Non enim mentitur veritas inquiens qui non obedierit eccleſie ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus.

Quarta concluſio. Quod prefati principes et omnes neutrales in preſenciarum ſunt apertiſſime heretici et extra dei eccleſiam. Hec concluſio patet ex eo dum dicitur quod non videat quomodo ad concilium congregandum admitti et in eo conſedere de-

beant

beant neutrales. Nam hec verba non poſſunt verificari niſi in hereticis manifeſte qui nullo modo debent admitti ad concilium generale cum fidelibus. vt pat. ext. in c. Cum quibus et in c. Quociens. q. VII. iuncta glo. XXIIII. q. III. Et ſic aperte notat acerbiſſime ipſum Regem Romanum et electores. quod durante eorum neutralitate non ſunt digni intereſſe concilio vniuerſali et quod nullus locus in tali concilio eſt eis aſſignandus. Quod quantum periculoſa eſt hec concluſio et vituperoſa nemo ſane mentis ignorare debet ymmo eam iudico aperte. cont. C. Si contra phas. LXXIX. di. et cont, mentem. c. frequens in concilio Conſtancienſi editi.

Quinta concluſio ſapit errorem manifeſte videlicet quod ſedes apoſtolica ſit fidei mater et magiſtra a domino ihefu chriſto inſtituta prout dicitur in illa reſponſione et precipue ſi intelligit vt intelligere videtur per verba prope finem poſita de ſedente in ſede apoſtolica. Nam papa poteſt eſſe hereticus. vt in c. Si papa. XL. diſt. et in c. Anaſtaſius. XIX. di. et in c. Nunc XXI. di. et in c. Achacius. XXIIII. q. 1. Idem ſi intelligatur de papa et Cardinalibus. Nam ſi ſedes apoſtolica eſſet fidei mater et magiſtra profecto errare non poſſet. Attamen quod dicitur quod eccleſia errare non poteſt non debet intelligi de ſede apoſtolica quia illa non eſt eccleſia vniuerſalis ſed de corpore eccleſie vniuerſalis. vt dicit glo. in c. Ecce. LXXXIX. di. Ideo dicit glo. in c. Arctam. XXIIII. q. 1. Quod ipſa congregacio fidelium dicitur eccleſia de. con. di. 1. Eccleſia que errare non poteſt vel deſinet eſſe. Hinc eſt quod nemo negat quod vbi agitur de fide iudicium ſacri concilii vniuerſalis prefertur iudicio pape et ſedis apoſtolice vt not. glo. in prealle-gato c. Anaſtaſius. Ipſa ergo vniuerſalis eccleſia iam ſynodus ipſam repreſentans eſt fidei nater et magiſtra. Hinc cum quis baptizatur vt dicit Auguſtinus ad neophitos et tranſumptiue de con. di. in c. 1. igitur &c. Interrogatur an credat in ſanctam eccleſiam quia ſancta eccleſia &c. credit in deum quod non ſic dicitur de papa vel de ſede apoſtolica et idem habetur in ſymbolo apoſtolorum.

Vltimo obmitto multos alios errores qui ex dicta reſponſione elici poſſunt in eo quod appellatur illud conciliabulum vniuerſale concilium &c. et ſe papam contra iudicium et ſententiam ſancte ſynodi vniuerſalis et predictas concluſiones tanquam periculoſiſſimas quibus ſuccurrendum eſt ſub compendio elicui. Obmitto eciam quod recuſando congregare quantum in eo eſt ſeu venire ad vniuerſale concilium ex vtraque obediencia congregandum. Et ſi nullum habet ius in papatu attamen huiuſmodi ex ſubterfugiis et perſuciis prodit ipſo facto omne ius ſi quid ſibi in papatu competere pretendit et vltra nec ad quaſlibet dignitates actiue et paſſiue ſit inhabilis hoc aperte eſt de mente prellegati c. frequens in v. Si vero quod abſit in concilio Conſtancienſi editi que conſtitucio niſi - - - in ipſo olim Eugenio quoad audienciam preſtandam et alia concernencia ius fauorem ſeruari non deberet cum fuerit ipſe dampnatus in vniuerſali concilio Baſienſi tunc precipue indubitata et iudicium vniuerſalis ſynodi eſt ſupremum et vltimum. Nullum enim aliud iudicium veritas ipſa euangelica requirit Cum dixit Qui non obedierit Eccleſie ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus.

XVIII.

Cedula Eugenio Papae ab Ambaſiatoribus Regis Romanorum et Principum Florentiae XIII. Nouemb. anno 1442. porrecta.

Reuerendiſſime pater et domine clementiſſime. Dignetur S. V. votum ſuum ad id conferre vt modis congruis ad generalis et ab omnibus indubitati concilii congregacionem in loco glorioſiſſimo domino noſtro Romanorum Regi et ſuis principibus Electoribus grato ac rebus gerendis accomodo infra vnius anni ſpacium perueniatur pro dicti domini noſtri Rex glorioſiſſimus et eius principes electores hortantur obſecrant et per viſcera miſericordie helu chriſti requirendo ſanctitatem veſtram ſuppliciter exorant.

Super qua peticione nobis dati fuerunt per dominum olim Eugenium deputati infra ſcripti Cardinalis ſancte Crucis Cardinalis Grecus. Cardinalis Morinenſis Cardinalis S. Sixti. ſc. Io de Turre cremata. Archiepiſcopus Florentinus. Epiſcopus paduanus. Epiſcopus Arimenſis et Abbas Grecus extra vrbem. Iohannes Carmal auditor et magiſter Thomas dyaconus pape qui mouerunt nobis ſupra dicta cedula dubia infra ſcripta que eis pecierunt declarari. Primo cum verbum votum in materia ſubiecta vario modo intelligi poſſet videlicet auctoritatiue aut per aſſenſum quomodo ipſum intelligant. Item ſuper verbo modis congruis qui ſunt illi modi. Item ſuper verbo indubitati an intelligant de indubitato ſimpliciter an vero reſpectiue ad aliud concilium quod dicatur dubium. Item ſuper verbo loco an intendat alios principes excludere ita videlicet. Quod ſi locus ſit ipſis gratus quamquam aliis non gratus aut accomodus de eo intelligant. Item ſuper verbis rebus gerendis que ſint hec res gerende. Item ſuper verbo requirendo conſueuerunt vti pares apud pares aut ſuperiores apud inferiores quomodo eciam intelligant.

Super quibus dubiis dictis deputatis per prefatos Ambaſiatores date fuerunt declaraciones infra ſcripte. Primo verbo quas maſticarunt bene decem diebus Et cum ſepius pro reſponſo dando tam dominus olim Eugenius papa quam ipſi deputati pulſaſſi fuiſſent tandem videlicet die lune XXVI. menſis nouembris que fuit proxima dies poſt S. Katherine prefati deputati ex parte pape pecierunt dictas declaraciones eis in ſcriptis dari pro celeriori reſponſo nobis dando que eis promiſſe fuerunt ſub condicione infra ſcripta videlicet quod illis datis de cetero non inſiſtere velimus diſputacionibus aliquibus Et quod eciam papa nobis reſponſum det in ſcriptis de quo certificati dare vellemus in ſcriptis declaraciones noſtras.

Die vero martis XXVII. nouembris papa nos certificauit de reſponſo in ſcriptis nobis dando quare deputatis dedimus declaraciones in ſcriptis vt ſequitur.

Et quia V R. P. dicunt illa verba eſſe aliqualiter nuda et petunt in hys per nos amplius declarari vt clarior et celerior nobis expedicio dari poſſit. Nos oratores volentes veſtris R. P. morem gerere quamuis id opus non eſſet cum pericio clara ut et non exceptioſa ſed ex pura et ſincera intencione dominorum noſtrorum quam gerunt ad pacem eccleſie procedit. Dicimus quod per votum ſuum conferre dignetur &c. Intelligitur vt per ſanctitatis ſue conuocacionem et indictionem ad generalis concilii congregacionem perueniatur et hoc via modo et forma melioribus quibus hoc fieri poterit et hoc important illa verba modis congruis. Item dicitur poſtea indubitati concilii Et hoc propter opinionem multorum hominum qui habere afferunt dubium an Florencie vel Baſilee ſit con-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Metropolitanum ſuper predictis et quolibet predictorum infra duos menſes certum faciat. Item deliberabunt domini ſuffraganei ſuper oblacione domini olim Eugenii inter cetera per oratores apoſtolicos hic expoſita in qua cauetur Si Almanicum placebit habere concilium Sanctitas ſua parata ſit mittere legatum ad tractandum de neceſſitatibus nacionis et ad prouidendum ſuper grauaminibus eiuſdem.

XX.

Reſponſio nationis Germanicae ad cedulam, quae incipit: vt ſacrae deputaciones.

Sacris deputacionibus Germanica nacio cum debita reuerencia et honore humiliter regraciatur vt dignate ſunt deliberaciones ſuas ſuſpendere ad ſui peticionem quouſque valeret et ipſa ſuper propoſitis per venerabiles et eximios chriſtianiſſimi regis Francorum oratores mature deliberare &c.

Piam intencionem cum ſincera deuocione illuſtriſſimi ac chriſtianiſſimi regis Francorum ad ſanctam ſedem apoſtolicam collaudamus et omnium illorum zelum qui pro neceſſitatibus ſedis apoſtolice prouiſorem obtulerunt noſtramque deliberacionem ſuper propoſitis per dictos venerabiles oratores operimus rememorantes ſacrum concilium nuper Reuerendiſſimis patribus et dominis ſancte ſedis apoſtolice ambaſiatoribus ſuper hys articulis reſpondiſſe cuius reſponſionem vt conderet ammiramur.

Vnde de loco ſic reſpondit. Ita concilium negocium hoc mature diſponet quod in eligendo loco nichil committeret negligencie nec incaſſum labi tempus permitteret tempore autem optimo talis loci electio fiet quod a nemine redargui poterit ad quod omnes de eccleſia latina comode poſſint proficiſci. Et aliquibus interpoſitis ſubiungit Reuerſi nos volumus quod ſolempni decreto obligati ſumus vſque ad certum tempus hic permanere vnde ante id ſine nota et periculo rapture tractatus bohemorum et interrupcione reformacionis in qua laboramus tranſferre non poſſit hoc ſacrum concilium de loco cuius premiſſa verba ſunt in forma. De prouiſione vero facienda ſedi apoſtolice in eadem reſponſione ita continetur. Congruencius ergo fuiſſet decretum ipſum ſcilicet de annatis tam ſalubre accipere et poſtea ab eccleſia prouiſionem poſtulare quam ſecundum indigenciam facere non recuſamus preſertim ſi ſuam ſanctitatem ad obſeruacionem reformacionis depoſitam efficaciter videamus que quidem prouiſio iam forte facta eſſet niſi ex parte ſue ſanctitatis ac ſuorum quidam contigiſſet que hanc prouiſionem diſtuliſſent. Hoc ſacrum concilium de prouiſione reſpondit in forma iam narrata.

Predictis addimus quod dudum dicta nacione ad glorioſiſſimum ſuum et romanorum Imperatorem ſuos nuncios deſtinauit poſtremo ſtrenuum militem et egregium vtriuſque iuris doctorem d. Georgium Viſchel deinde Reuerendiſſimum patrem dominum Ludouicum patriarcham Aquiligenſem pro nonnullis ex parte dicte nacionis tractandis ac inter cetera eciam de loco concilii ſacri et optimo modo prouiſione. Miſit eciam ſepe dicta nacio egregium decretorum doctorem d. Tilemannum prepoſitum ſancti Florini Confluencie Treuirenſis dioceſis ad ſacri imperii electores ad tractandum de eiſdem et quia neuter predictorum quos tamen quotidie preſtolamur reuenerit neque in agendis huiuſmodi quidquam ſcriptis intimauerit animaduertant dominaciones veſtre qua racione et honeſtate

dicta

dicta nacio nostra ad conclusionem aut tractatum alicuius permissorum videlicet loci et prouisionis possit conuolare ista via.

Insuper non modicum mouemur ad has materias suspendendas ex propriis verbis dictorum venerabilium ambasiatorum cristianissimi regis Francorum dicencium nisi super materia loci aliquid determinare vanum extimant tractare de prouisione dicitur enim in cedula per R. D. Cardinalem legatum sacris deputacionibus oblata sit. Addiderunt predicti Ambasiatores quod nisi sacrum concilium aliquid determinet super prima peticione loci non possent inire aliquem tractatum super facto prouisionis. hoc ipsum autem videtur concludere de prouisore hac vice nos non posse disponere eoquod nullatenus expediat nec presentis loci mutacionem nec alterius deputacionem eciam si nunc electe essent per orbem diuulgari tamen propter bohemos qui extra Almanniam nullum locum pro concilio visitare velle frequencius protestati sunt tamen propter dictos grecos qui pleniissima diligencia admouendi sunt rogandi et inducendi vt in presentem locum Basileam velint consentire in quo manere compellimur quousque futura diligencia de grecorum in eorum concilio captanda certitudinaliter agnoscatur. Dicit enim decretum huius sacri concilii plurimum attendendum. Item quod post huiusmodi ambasiatores sacri concilii iturs cum predictis galeis ad Constantinopolim nominabunt domino Imperatori portum ad quem debebit vltimo applicare et locum vnum de pernominatis in quo debeat esse dicta vniuersalis sinodus. Laborabunt tamen cum omni instancia nec ciuitas ipsa Basilea elegatur prout sperandum est. Item quod hoc sacrum concilium interim stabit in Basilea firmiter nec dissoluetur legitimo impedimento cessante - - - quod deus auertat pro contumacione sui iuxta disposicionem capituli frequens ad aliam ciuitatem transferri et in casu quod dominus Imperator non contentaretur de isto loco tunc infra mensem postquam prefatus dominus Imperator applicuerit ad dictum portum vltimum sacrum concilium se transferret ad vnum de predictis locis nominatis per ipsum sacrum concilium vt supra scriptum est eligendum. Hec de decreto sacri concilii quod eciam per sanctissimum dominum nostrum papam per suas potentes litteras approbatum est in generali congregacione huius sacri concilii publicatum.

Ex quibus liquido patet necessario certum tenere debetur hunc locum Basileensem mutandum cum eius mutacio in dominorum grecorum dependet voluntate quam forte ante mensem decembris vel Ianuarii certitudinaliter percipere non valemus. Quam periculosum itaque sic loci mutacionem et alterius deputacionem diuulgari non est difficile cognoscere per premissa. Hec itaque modo pertractare inutile credimus et natura et impedimentum reformacionis quam sacrum concilium toti mundo repromisit.

Supplicat itaque dicta nacio Germanica cum omni humilitate et reuerencia quatenus sacre deputaciones non moleste ferant sed pacienter pro bono vniuersalis ecclesie dei tollerent non dubitantes quin ymmo certissimum habentes quod sepe dicta nacio fuit est et erit parata ad prouidendum quantum ad ipsam pertinet sanctam sedem apostolicam reformare in quibuscunque necessitatibus laudem dei vtilitatem et necessitatem rei publice concernentibus de quibus et quod per eam non stat stetit nec stabit quo minus omnia et singula super quibus hoc sacrum concilium congregatum extitit salubriter perficiantur solempniter protestatur et desuper requirere omnes et singulos notarios nec sibi vnum vel plura desuper instrumentum vel instrumenta &c.

Vt omnibus pateat luculenter quod prouisio sanctissimo pape et Cardinalibus facienda pro nunc presertim de integra decima ecclesiarum dignitatum et beneficiorum vacancium non conueniat.

Quia per eandem prouiſionem quam plurima monaſteria notabilia que nunquam Romane curie tributaria fuerunt iam tributaria fierent.

Qui plurima primo maior pars beneficiorum ſimplicium quorum valor quatuor marc. arg. non excedit eciam tributaria curie non fuerunt tamen tributaria fierent.

Omnia beneficia de iur. pa. laicorum que nunquam ſoluiſſent iam ſoluerent in quam ſolucionem nullo modo principes et laici conſentirent.

Quia nacio Germanica et pro vice talem prouiſionem nunquem acceptaret propter cauſas predictas et propter hoc eciam dominum papam non contentaret ipſa prouiſio cum ipſo in poteſtate facultatis dominorum legatorum nouiſſime ad concilium tranſmiſſorum expreſſerit quod prouiſio ſibi facienda primo per naciones et prouincias debeat acceptari.

Que prouiſio talis facienda non videtur niſi ſtatibus et officiis reformatis et aliis grauaminibus ceſſantibus. Nam illum ſolum fieri debet prouiſio vt preſint et exerceant laudabiliter et deifice officia ſua quod eciam expreſſe patet ex decretis concilii Conſtanciensis vbi inter illa diſponitur quod facta in reformacione prouiſio fieri debeat vite dicta et prouiſio ibi ponitur quaſi vltimo loco que decreta dicta nacio hic repetit pro iuſtificacione huiuſmodi narratorium.

Sed conſtat quod nec dominus papa nec domini Cardinales neque curia Romana adhuc a grauaminibus ceſſant et aſſertualiter non ſunt reformati ymmo reformacionibus hic in concilio Baſilienſi factis expreſſe per preſidentem domini pape eſt contradictum que quidem contradictio executionem habet paratam Quia in curia Romana nulla decreta reformacionis facte obſeruantur contra tamen pollicitacionem in ſua heſione factam et ſolemnes requiſiciones deſuper per oratores ſacri concilii ſibi factas Sed contrauenitur eis expreſſe eciam in ludibrium auctoritatis vniuerſalis eccleſie ſancte dei et magnum nacionis Germanice grauamen. Item quia de graciis exſpectatiuis que ſunt fomenta omnium litium et ſpoliacio nacionis Germanice neque de cauſis que indifferenter in curia omnes ſuſcipiuntur per hoc ſacrum concilium aliquid eſt actum vel prouiſum.

Petit ergo dicta inclita nacio Germanica deliberacionem et concluſionem prouiſionis huiuſmodi differri et ſuſpendi donec conſtat dominum papam Cardinales et curiam Romanam reformacionem ſanctam effective ſubiiſſe et faciendam obſeruare et in contrarium attemptata reuocare, et oſtenſa indigencia iuxta reſponſionem datam in congregacione generali et tunc parata erit ipſa nacio facere prouiſionem racionabilem iuxta explicacionem per eos pro ſuo ſtatu et oneribus ſibi incumbentibus faciendam quam eciam ipſa nacio et eciam prouincie et prelati et principes eorum vt ſperamus acceptabunt quoſ quidem prelatos et principes eadem nacio - - - quod effectualis reformacio practicetur deſuper ſollicite conſultabit ad que eciam ſe offert pronam et paratam.

Quodſi ſecus fieret ipſa nacio proteſtatur quod talis prouiſio per eam non acceptabitur nec in eam conſentit ſed ex cauſis predictis reclamat expreſſe et contradicit nec vult quod moribus vtencium approbetur in quantum eam concernat et proteſtatur eciam quod per eam non ſtetit ſtat nec ſtabit quominus bona et effectualis reformacio in eccleſia dei ex vndique huiuſmodi prouiſio fiat cum effectu.

Inſuper timet ipſa nacio quod ingrediendo pro nunc materiam prouiſionis predicte negocium principale fidei ſcilicet reductionis grecorum et indulgenciarum proſecucio ſimpliciter impediretur.

INDEX

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE $3,999,994

Did you know we sell paperback books too?

To buy our entire catalog in paperback would cost over $4,000,000

Access it all now for $8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Benedicti XII. conſtitutiones. V. 90. 91.
Berengarii Ep. liber exemplorum. V. 112.
S. Bernardi opuſcula. III. 117. 118. Homilia. 121. de humana miſeria. IV. 114. Lib. V. de conſiderat. &c. 112.
Bernardi Caſſin. expoſitio reg. S. Ben. V. 108. VI. 89.
Bernardi Geſtenſis palpaniſta. VI. 87.
Bernardi Tegernſeen. tractatus de miſſae officio. III. 119. Specnlum mortis et ordinarius miſſae. 120. de eſu carnium. VI. 87.
S. Bernardini ſermones de paſſione dom. III. 121. Vita. 102.
Bertrandi ſermones. IV. 123.
Biblia pauperum. IV. 106. Biblia VI 98.
Bildii epiſtolae, aliaque opera. IV. 81 - 94. Epiſtolae ad Conr. Peutinger. 173 - 181. ad Birkheimerum. 182 - 192.
S. Birgittae reuelati nes. VI. 115.
Birkheimeri ad Bildium epiſtolae. IV. 183 - 191.
Boethius de conſolat. philoſ. IV. 105
S. Bonauenturae itinerarium mentis &c. III. 121. diuerſa opuſcula. 122. IV. 105.
S. Bonifacii Ep. vita et paſſio. III. 93.
Boniacontrii Laur. Faſtorum LL. IV. VI. 105.
Bradwardin Th. (de) contra Pelagianos. LL. III. III. 115.
S. Brandani vita. III. 94. IV. 118.
Breuiarium. IV. 81.
Bruſchii Caſp. monaſt. germ. centur. 2da VI. 69.
Bulla aurea. V. 99.
Burlei Walth logica. II. 36.
Burſfeldenſis Congr. Capit. prouinc. decretum. V. 88. Proceſſus et receſſus. 90. 9. 99.
Butrio Ant. (de) modus confitendi. III. 131.
Bydani Io. quaeſt ſuper lib. Porphyrii. II. 36.

C.

Caeſarii Arelat. homiliae. IV. 103. Sermones. V. 105.
Caeſarum hiſtoria. VI. 30.
Caietani Conſtant. Abbat Epiſtolae ad Car. Stengelium. II 151.
Calendarium eccleſiaſticum. II 31.
Capitula regularia IV 101.
Cardinalium Senis congregatorum ad Rom. Regem reſponſio. VI 164.
Carlerii Aeg. oratio de punitione peccatorum. VII. 63.
Carmelitarum informatio de iuramento San-Vlricau ad Abbat Cremifanenſem V 140.
Carmina ſuper ianuas monaſt S. Vdal &c II. 56.
Caroli Craſſi anniuerſarius in Monaſt. Augienſ. VI. 29.
Caroli V. edictum contra proteſtantos. IV. 136. 138.
Caroli Reg. Franc. Epiſtola ad Praemonſtratenſes. II. 146.
Carthuſiani ord. Capit. general. decretum. II. 36. 147.
Caſſiodori M. Aur. expoſitio pſalmorum. V. 113.
Catalogus Impp. et Pontiff. IV. 115.
S. Catharinae Senenſ. vita. IV. 103. germ. 104. V. 102.
Catonis ethica. V. 114. VI. 113. 114.
Cerei paſchalis benedictio. II. 141.
Ceremoniae monaſticae. VI. 105.
Chronicon Vrsbergenſe. II. 91. Monachi Weingartenſis. 97. Chronicon, *ibid.*
S. Chryſoſtomi Io. tractatus. IV. 104. Sermones. 114.
Clementis VI orationes. IV. 103.
Clementis VII. electio acceptata et reiecta. II. 53. V. 99.
Collationes Germ. V. 114.
S. Columbani Abb. vita. V. 105.
Columna Guid. (de) hiſtoria Troiana. VI. 93.
Commentarius in Cantic. VI. 113.
Comoedia. II. 45.
Compendium Theolog. veritatis. II. 28.
Computus manualis: eccleſiaſticus. II. 31. 32. VI. 105.
Concluſiones erroneae ex Eug. IV. reſponſ. VI. 190.
Confeſſionis forma. V. 115.
Conflictus Amobii et Serapionis. II. 4 127. Morientis. IV. 114.
S. Conradi vita. V. 102.
Conſtantienſis ſynodi ſtatuta. IV. 97. 100.
Conſtitutiones Carolinae. IV. 98.
Contemplationes de paſſione D. III. 123.
Corporis Chriſti fraternitas Auguſtae inſtituta. III. 167. 169.
Cracouia Matth. (de) rationale diuinorum operum. III. 118. Dialogus conſcientiae et rationis. 119. de colluctatione conſcient. et rationis. IV. 111. tractatus de corpore Chriſti. VI. 108.
Creſcentiis Petr. (de) LL. XII. commod. rural. V. 115.
Cuſa Nic. (de) ſtatuta pro eremitis. V. 108. Liber de viſione. VI 96.
Cyrilli Ep. Alex. Epiſtola paſtoralis. II. 131.

D.

Dati Auguſt. Libellus de arte dicendi. II. 45. 46.
Dauidis Ord. S. Franc opuſc de reformatione exterioris hominis. V. 88 95.
Decretales. III. 111. Caſus ſummarii. 113. Summarium. 123.
Deſponſatio Chriſti cum fideli anima. germ. VI. 107.

Dicta

Dieta ſalutis. III. 123.
Dinkelsbühl Nic. (de) tractatus de Corpore Chriſti: ſermones: tractatus de paſſione Dom. III 124. tractatus de munditia cordis. 131. de octo beatitudinibus. 134. de praeceptis decalogi. IV. 100. de eſu carnis. V. 108.
Directorium pro diuino officio. V. 98. 99.
Diſputatio contra Iudaeos. IV. 98.
Documenta moralia. German. III. 92.
Donatus de 8. orat. partibus. II. 44. 48. 50. 54. 59.
Donner Sebaſt. ſermones et epiſtolae. VI. 67.
Duranti repertorium aureum. IV. 97. Rationale diuinorum officiorum. VI. 102. 103.

E.

Eberhardi Ver. lib. de erudit. puerilis ling. II. 45. Labyrinthus. 52.
Eberhardi Altach. annales. II. 97.
B. Eginonis Abb. res geſtae. III. 141. Literae ad ſuos Monachos. V. 126. 127.
B. Eliſabethae reuelationes. VI. 105.
Elucidarium. IV. 111. 127.
Epiſtolae virorum erudit. ad Car. Stengelium. II. 64-91. cuiusdam Carthuſ. de ſolutione Concilii Baſileenſis IV. 111. Euſebii et Auguſtini ad Cyrillum. V. 102. ad Corbin. Khammium. VI. 72.
Eugenii IV. Inſtructio ad Armenos. VI. 104. ad Frider. Imp. reſponſio. VI. 159. Bulla ad Vniuerſitatem Pariſinam. 167. Reſponſio oratoribus Florentiae data. 188.
Euſebii chronicon. II. 108.
S. Euſtachii et Soc paſſio. III. 88.
Exempla S. Scripturae. VI. 102.
Expoſitio Cantic. V. 113. Pſalmorum: Salue Regina: vocabulorum S. Scripturae. 116. Orationis dom. VI. 70. Decalogi. III. 121. Miſſae. II. 34. III. 133. IV. 110. V. 111. Pſalmorum. VI. 101.
Euckeneſpurg Alb. (de) lectura de coelo et mundo. II. 30.

F.

Fabri Io. Epiſtolae ad Car. Stengelium. II. 172.
Facetus latino-theodiſc. II 50.
Flos coeleſtis doctrinae VI 105.
Forma profitendi in monaſter. Augienſi. V. 105.
Formularia in proceſſibus. VI. 112.
Francofordienſis dietae concluſio. VI. 185.
Frank Io Chronicon Auguſtanum. III. 35.
Fraternitatis S. Roſarii renouatio. VI. 117.
Fredegardi Schol. Chronicon. II. 108.
Friderici III. literae ad Auguſt. pro Vitelliorum ſalute. IV. 142. Literae ad Eugenium IV. VI. 158.
Friderici Io. Ducis Wirtenberg. diarium. VI. 68.
Fuggerorum origo. V. 78. Genealogia a Io. Naſ. 83.
Fultenbacenſis monaſterii reformatio. III. 147. Abbatum catalogus. IV. 192.

G.

Gallenſis ſumma. VI. 106.
Gambiglonibus Ang. (de) tractatus de maleficiis. IV. 97.
Garlandria Io. (de) ſynonima &c. II. 47. 48. 50 51.
Gaſſari Achil. Pirm. annales Auguſtani. IV. 1.
Gaufridi Angli ars dicendi. IV. 102.
Gebethbüchlein. V. 117.
Gebhardi Card. confirmatio electionis Abbat. Vdalſcalci. V. 128.
Georgii Abbat. Faucenſis liber de reformatione. V. 91.
Gepzen Berthold. (de) quaeſt. ſuper 12. Metaphyſ. II. 32.
Germanicae nationis ad cedulam reſponſio. VI. 194.
Gerſonis Io. opuſcula quaedam. III. 124. 125. IV. 105. 107. 108.
Giltlingen Io. Abb. (de) ſermones capitulares. VI. 115
Gloſſa ſuper Matthaeum. II. 5.
Gloſſarium biblicum latino-theod. II. p. 1. excerpta. 117.
Golſii Simonis Abb. vita. III. 180.
S. Gregorii M. dialogi Germ. III. 125. Homiliae 126. eius vita. 127. Expoſitio Cantic. IV. 109. Liber paſtoralis. 112.
Guelforum hiſtoria et Genealogia. II. 96. de iisdem Chronicon. 97.
Guidonis Bern. Catalogus Rom. Pontiff. Impp. Genealogia Regum Francorum; Comitum Toloſanorum: tractatus de tempore celebrationis concil. de ordinatione miſſae. VI. 1.
Guilelmi Gellon. vita. III. 35. 93.
Guilelmi Pariſ. ſumma virtutum et vitiorum: tractatus de ſacramentis. IV. 108.

H.

Hanckocon Anthorii opuſ. epiſtol. II. 46.
Haymonis expoſitio Apocalypſis. IV. 109.
S. Hedwigis legenda. III. 93.
S Henrici Imp. vita. VI. 106.
Henrici Angliae Reg. reſponſio Sabaudiae nuntio data II. 36 144.
Henrici Erford. reportata ſuper 8. LL. Phyſic. II 31.
Henrici de Haſſia lectura: expoſitio orat. dom. IV. 110. tractatus de clauibus ligandi et ſoluendi. 124. de 4. Nouiſſimis. 127.
Henrici ord. Min. dicta contra concubinarios. IV. 107.

Hermanni Contracti chronicon. II. 97.
Hertfelder Bern. triennium Sueco-Auguſt. V. 49. Literae ad ſummum Dec 133. Huius reſponſio. 134 Capucini cuiusdam informatio *ibid.*
S. Hieronymi Epiſtolae. IV. 109. Prologi in S. Script. 110. Liber de eſſentia. 111. Epiſtolae et homiliae. *ibid.*
Hilarionis chronologia. II. 97.
Hildegardis dicta. V. 122.
Hisdenio Io. (de) poſtilla. IV. 112.
Hiſtoria Ioſaphat et Barlaam. II. 52. de deſtructione monaſteriorum S. Afrae et S. Magni. 181. Trium SS. Regum. IV 120. V 102. Lombardica. 100. 101. Veteris et noui Teſtamenti VI. 98
Holcoth Rob. quaeſtiones ſuper IV. LL. Sentent. VI. 108.
Homiliae. IV. 126.
Horbork Wilh. deciſiones rotae. V. 118.
Hugonis a S. Victore LL. IV. de clauſtro animae. III. 127. Tractatus de oratione. IV. 106 107. Didaſcalicon 112. Expoſitio Regul. S. Auguſt. *ibid.* de animae clauſtro V. 112
Humberti expoſitio regulae S. Auguſtini. IV. 113.

I.

S. Ignatii Ep. et Mart. vita et paſſio. II. 114. 183.
Inſignia omnium regnorum. VI. 113.
Ioannis Abbat Tractatus de eſu carnium. V. 88.
Ioan. Ant Epiſc. Euſtett. ad Khammium epiſtola. VI. 73.
Ioan. Capiſtrani ſermo de paſſione D. IV. 103.
Ioan. de dea margarita decretal. V. 99. Arbor conſanguinitatis 119.
Ioan. de Francofordia tractatus de contractibus. III. 131.
Ioan. Ionicell. memoriale decreti. VI 102.
Ioan. de noua cuiuste ſummula VI. 114.
Ioan de S. Paulo Breuiarium. VI. 107.
Ioan. de S. Boſco tractatus de Sphaera. II. 31.
Ioan. de villa quadrageſimale V. 112.
Iordani tractatus de paſſione D. IV. 124. Sermo. VI 106
Iſidori ſententiae IV. 112.
Itinerarium B V. M III. 129.
Iuliani Card cedula in generali congreg. lecta. VI. 129. Literae ad Eugenium pro reconciliat. Bohem. 115.
Iuramenti forma a Suecis clero propoſitum. V. 131 13
Iuris tractatus diuerſi III. 122.
Iuſſe Io. modus ſignificandi. II. 48.

K.

Kalteiſen Henr. oratio de libera praedicatione verbi dei. VI. 63.
Kauffringer Paul. de templi noſtri ruina Carmen. III. 161.
Kyburgenſium Comit. Genealogia. VI. 70.

L.

Lactantii Firm. diuinae inſtitutiones. V. 118.
Landrecht. V. 100.
Lauacrum conſcientiae. III. 120.
Laurentii de Aquileia vſus dictionis. II 55.
Layniz Petr. (de) poſtilla. III. 130.
Legenda ſanctorum V 104. 105.
Libellus precatorius VI. 85.
Libelli ſpirituales. V. 117.
Libri de imitatione Chriſti. IV. 104. VI. 108.
Libri ſententiarum VI. 110.
Lignano Io. (de) Lectura ſuper VI. Decret. III. 112.
Lombardi Petr. glo a in D Pauli Epiſt. V. 119.
Lucerna ſimplicium. IV. 120.
Lucidarius. V 110. VI. 70.
Ludolfi Carthuſ. vita Ieſu Chriſti. V. 119.
Ludouici poſtilla ſuper euang. III. 130.
Ludouici Comit Palat. et Praep. Eluac. ad Khamm epiſtola. VI. 72.
Lür Henr. epiſtola ad Melch Stamham. pro erectione gymnaſii. V. 160. Tractatus de paſſione D. et epiſtolae ad Geſſelium. VI 92.
Lulli Raym. liber de laudibus B. V. M. III. 131.
Lumen confeſſorum IV. 100
Lyra Nic (de) expoſitio paſſionis D. IV. 105. Tractatus contra Iudaeos. 110.

M.

Macer de virtutibus herbarum. VI. 83.
Mahometis hiſtoria carm. VI. 80.
Malogranatum III 1 2
Mamomtrectus. VI. 101
Mandeuilla Io (de) iter ſanctum. V. 102.
Manipulus curatorum. II. 29. III. 133. Florum. IV. 117.
Marca Harcl (de) quaeſt. ſuper LL Topic. II. 33.
S. Marci paſſio et translatio. V. 105.
S Margarethae paſſio. III. 94.
Maronis Franc ſermones IV. 124.
Martyrologium. V. 121 VI 107
Maximiliani Rom. Reg literae pro ſubſidio ad nouam eccleſiae S. Vdal ſtructuram praeſtando data. III 178
S. Maximiliani Ep. et Mart. vita et paſſio VI. 41. 42.
Meditationes de paſſione D. III 129. V 120 121.
Melchioris Stamham Abbat. epitaphium III. 160.
Mellibeus III. 108
Mellicenſis monaſterii conſuetudines et ceremoniae. V. 95. 96 97. 98. 120.

Mey-

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read
for only
$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Prato Hug. (de) ſermones. IV. 119.
Priſciani opera. II. 55.
Proceſſio Monachii inſtituta. VI. 116.
Proceſſus iudiciarius. III 111.
Proclamatio SS. reliquiarum Auguſtae facta. VI. 116.
Proſperi Tir. chronicon. II. 108.
Proteſtantium principum literae ad Auguſtanos. IV. 140.
Pſalmi VI. 98.
Pſalteria. III. 97. &c. VI. 100. 101.
Publicii Iac. epitome artis orat. II. 52.

Q.

Quadrageſimale. IV. 123. 125.
Quodlibetum ſtatuum humanorum. VI. 111.

R.

Raderi Matth. Bauaria ſancta. V. 86.
Ragufio Io. (de) oratio de communione. VI. 63. Relatio de legatione Conſtantinopolitana. VI. 137.
Rampigolli Ant. biblia aurea. VI.
Raymundi ſumma. II. 32. 36. 42. VI. 107. 108. 109.
Reformatio monialium S. Nic. III. 107. Monaſteriorum. V. 95.
Regimen grammatic. II. 47.
Reginonis chronicon. II. 108.
Regulae morum. V. 110. Patrum. IV. 101. Ordinis Saluatoris V. 112.
Relatio rerum Auguſtae an 1632. geſtarum. IV. 56.
Reliquiae in eccleſia S Vdal. VI. 116.
Repetitiones iuris V. 118.
Reſponſorialia III. 102.
Richardi itinerarius mentis in Deum. VI. 113.
Ridolfi Ord. Praed. ad Hertfelder literae. V. 141.
Ritus monach Ciſtercienſ. II. 20.
Rudolphi de Lubeck paſtorale nouellum. VI. 109.

S.

Sabaudia Val. (de) Tractatus de V. floribus. III. 119
Saluationis humanae compendium. IV. 106.
Saluſtii hiſtoria VI. 95.
Samuelis Iſraelitae epiſtolae. IV. 124.
Schildiz Herm. (de) ſpeculum ſacerdotum. III. 120. IV 97
Schwabenſpiegl. VI. 115.
Scobaei Andr lumen confeſſorum. III. 110.
Scripta diuerſa VI. 97.
Senderi Clem. Chronographia. I. 1. Breuiarius decretorum. 47 Armarius animae. *ibid.* Aduerſaria aſtrologica. 48.
Seneca de virtutibus Cardin. II. 52. Prouerbia. III. 122.
Senenſium Cardin. ad Rom. Regem literae. VI.
Sententiae ex SS. Patribus. II. 10. Sententiarum LL. IV. III. 114. 115.
Sermones ſuper Epiſt. dominic. III. 128. de tempore. 129. Diuerſi. IV. 103. De dignitate ſacerdotii. 104. de tempore. 119. de Sanctis. 120. Diuerſi. 120-125. De viſitatione monaſteriorum in Auſtria. V. 91. In Concilio Conſtantienſi habiti. VI. 64. Quadrageſimales. VI. 86. De corpore Chriſti. *ibid.* de diuerſis feſtiuitatibus. *ibid.*
Serrae lo ars epiſtolaris. II. 48.
Sigismundi Imp. Reformation. VI. 115. Literae ad Concilium Baſileenſe. VI 164.
S. Simperti Ep. vita: inuentio: translatio: miracula: Genealogia &c. III. 76. 88. 92. Iuuentionis inſtrumentum 170.
Sisgorei Georg. carmina. VI 112.
Sixti IV. bulla pro exemtione monialium S. Nicolai. III. 152.
Sortilegium. V. 117.
Soltoro Conr (de) Lectura cap. firmiter. III. 113.
Speculum B. V. IV. 124. Paupertatis: perfectionis. 126. Humanae ſaluationis. VI. 117. Peccatoris. *ibid.*
Spezhart Hug. ſpeculum grammat. II. 60.
Statuta regularia pro monaſt. Murbac. III. 76.
Stella clericorum. III. 120. VI. 108. 111.
Stengelii Car. volumen aduerſariorum. I. 50. Pars II. coronae lucidae. *ibid.* Chriſtologia 59. Dioeceſis Auguſtana. 62. Proprium feſtorum monaſt. Anhuſ. 63. Commentarius rerum Auguſt. 67. Monaſteriologia. 69. Necrologium. 70. Catalogus Abbat. San-Vlric. *ibid.* Abriſs einiger Kloeſter. 73. Origo monaſt. Anhuſani. 74. Promiſſio penſionis pro ſtructura Academiae Diling. 150. 151. Monaſteriologia. V. 86.
Stephani Ord. Capuc. literae ad Bern. Hertfelder. V. 139.
Stephani Pariſienſis expoſitio reg. S. Bened. VI 88.
Steronis Henr. Annales. II 97.
Steuartii Petr. epiſtolae ad Car. Stengel. II. 175.
Summa de Euchariſtiae ſacramento. II 34. Rudium. III 121. Pauperum. IV. 127. 128.
Suſonis Henr. horologium aeternae ſapientiae. IV. 127. V. 118.
S. Symeonis vita. V. 105.

T.

Tabulae directionum. VI. 106.
Theramo Iac. (de) conſolatio peccatorum. V. 119.
S. Thom. Aq. quaeſtiones ſuper IV ſentent. IV. 29. II. 29. Summa. IV 125. 126.
Thomae Regentis Erfordiae comment. in Iſagog. Porphyr. II. 35.

Tractatus arithmeticus. II. 31. de Musica. *ibid.* de Astronomia. *ibid.* de entium perfectione. 32. de neutralibus verbis. 48. de verbis compositis de deponent. 54. III. 107. de quotidiana missae celebratione. 119. de voluptate paradisi: de 10. praeceptis. 123. de spiritualibus ascensionibus. 124. de institutione confessorum: de poenitentia. 131. de passione D. IV. 100. de poenitentia. *ibid.* 114. de missae sacrificio. *ibid.* de 10 praeceptis. 119. 120. de poenitentia. 121. Spirituales. 127. contra vitium proprietatis. V. 88. de professione monach. *ibid.* de amore. 109. 110. de corpore Christi. *ibid.* de paupertate. 111. Asceticus. *ibid.* de passione D. 112. de regimine sanitatis. 113. de confessione. 114. 115. de hortorum cultura. 119. de virtutum connexione. VI. 86. de constellacionibus: de medicina. 106. 108. de poenitentia. 113.
Trithemii Io. quaedam opera. V. 94. Polygraphia. VI. 118.
Turre-cremata Io. (de) de efficacia aquae benedictae. III. 134. Expositio reg. S. Bened. IV. 128.
Tundali visio. V. 122.

V.

S. Vdalrici vita et miracula. III. 82. 88. 92. 93. 94. Fraternitas. 35. V. 85. Instrumentum. 158.
SS. Vdal. et Afrae Abbatum catalogus. III. 82 97. Structura ecclesiae. 35. Monasterium gaudet privilegio sacram. extremae unctionis administrandi. 139. Documenta de nova ecclesiae structura. 153. de arte impressoria ibidem introducta. 157. Contractus cum architectis. 162. Abbatibus usus pontificalium conceditur. 164. Confirmatur. 165. Foedus spirituale cum Caesare Maximiliano 173. Literae ad senatum August. IV. 143 ad Suecicum urbis gubernatorem. 145. Relatio ad Abbat. Ioan 147. Solutae pecuniae. apocha 149. Literae ad gubernatorem. 150. Cancellarii apologia. 151. Literae ad gubernatorem. 151. Iuramentum a Monachis Suecorum Regi praestitum. V. 49. 128. 129.
Vdalrici Abbatis concordantia charitatis. IV. 123.
Vdalscalci Abbat. carmina. III. 142.
Vercellensis Abbatis Tractatus super Cantic. IV. 128.
Vienna Vlr (de) fallaciae. II. 38.
Viennensis Vniuersitatis super consultat. Archiep. Salisburg declaratio. VI. 181.
Visconti Card. ad Carol. Borromaeum epistolae de Concilio Tridentino. VI 65.
Vitae patrum. IV. 115. 120. Sanctorum. V. 101. Patrum. 107 111.
Viti Steph. S I iudicium de vindiciis S. Vdal. II 173.
Vocabularius latino-germ. II. 63. 64. III. 127. 128. Iuris. VI. 102.
Voragine Iac. (de) quadragesimale. IV. 119.
Vrbani VI electio approbata et reprobata. II. 53.
Vrimaria Henr. (de) Tractatus de instinctu boni et mali. IV. 98.

W.

Wagner Leon. liber centum diuersarum scripturarum. VI. 45. Aduersaria. 55.
Wagner Petri congestum Monachorum. VI. 42.
Westernach Io. carmen german. III. 108.
S Wiboradae vita et passio. III. 94.
Wilhelmi Elect. Palat. ad Khamm. epistola. VI. 72.
Wilhelmi Hiersaug. vita. III. 35.
Wirttenbergiae ducatus restitutionem respicientia acta publica de an. 1533. I 79. Praelatorum conuentus Goeppingae habitus 103.
Wittwer Wilh. Catalogus Abbat. San-Vlric. III. 1. Collectanea. 35.
Wolfarthus Ep. Augustanis vectigal concedit. IV. 131.
Wolfgangi Ep. vita metrice. II. 56.

Z.

Zeiler Casp. epistolae ad Hertfelder Abbat. S. Vdal. V. 142.